
Sc. 14.
A
N. 3.


BIBLIOTECA DELL' UNIVERSITÀ
BIBLIOTECA NAZIONALE di TORINO
Bio.
g
12
Biografia




QUI ERUDIUNT MULTOS QUASI STELLÆ IN PERPETUAS ÆTERNITATES.
Sata gite, u certam faciati uestram
uocatio nem 2.° Petri 1.°



BIBLIOTHECA
PROVINCIÆ
LOMBARDIÆ
SACRI ORDINIS PRÆDICATORVM.

BIBLIOTHECA CHRONOLOGICA ILLVSTRIVM VIRORVM PROVINCIÆ LOMBARDIÆ SACRI ORDINIS PRÆDICATORVM

Qui ab Ordine condito, ad hæc vſque tempora, in Orthodoxæ Fidei defenſionem, in Catholicarum veritatum propugnationem, in Apoſtolicæ Sedis exaltationem, in Hæreticorum depreſſionem, inquè Chriſti Fidelium vtilitatem, reſpectiuè calamum acuere.

Accedit Syntaxis eorum, qui ex eadem Lombardiæ Prouincia, ob eximia doctrinæ merita, primas Ordinis dignitates obtinuere.

REVERENDISSIMO PATRI

F. ANTONINO CLOCHE

Magiſtro Generali totius Ordinis Prædicatorum Dicata.

AVTHORE

P. F. ANDREA ROVETTA DE BRIXIA,

Sac. Theol. Magiſtro, Inquiſitore Veronenſi, & Priore Prouinciali eiuſdem Prouinciæ Lombardiæ.

BONONIÆ, MDCLXXXXI.

Typis, Ioſephi Longi. *Superiorum permiſſu.*

REVERENDISSIME PATER.

IX Albo Religionis adſcriptus prima rudimenta delibaueram, Reuerendiſsime Pater, cum in euoluendis Hiſtorijs, ac Annalibus Ordinis, totis viribus incubui. Obſtupui ex ipſo, velut ex Equo Troiano, innumeros prodijſse Heroes, qui Ortodoxam Fidem lingua, calamo, atque ſcriptis, ab Heterodoxis vindicauerant, eamque ſplendidiſsimis ſuę doctrinę radijs colluſtrauerant. Aſt magè admiratio me cępit, dum animaduerti inter tot Illuſtres Prouincias Ordinis, Almam Lombardię præ cæteris excelluiſſe; in ea enim quamplurimi, ac potiſsimi floruere, qui virtute, literis, ac ſtudio Diuinarum Scripturarum, ne dum toti Catholico Orbi profuerunt, verum etiam mirum in modum perpetuo vigentes honore, nec non probitatis nitore

Sanctissimi Patriarchę Dominici Religionem decorarunt. Horum ergo nomenclaturam exorsus, in ipsis, nostrarum Legum Obseruantiam Sapientię, & Probitatis, Sapientiam fæcundas extitisse Parentes, agnoui, (in animam enim maleuolam sapientia non intrat) atque in ijsdem sapientiam stabilijsse illius obseruantię munimina, cuius indoctus stabilimenta non capit. Hinc Diuinę Bonitati gratias egi, quod superno afflatu, Diuo Dominico eam Religionem instituendam suaserit, quæ proximorum saluti potissimè intenderet, & Æterno Deo incessanter funderet benedictiones; quodque Diuinarum Litterarum studio, ac Religionis cultu Dominicanam Sobolem ad tantarum virtutum adeptionem prouexerit, vt talibus Doctrinis confirmata liberam confitendi Dei constantiam, Doctrinę Euangelicę pabulum animabus in lumine Prędicationis Apostolicę non tantum reuelaret, sed administraret, vt Prædicatio in substantiam animæ spiritualem refunderetur: Solertia enim in Sacrarum Literarum Studijs, & Religionis Obseruantia ipsarum cultores ad tantum gloriæ apicem euexit: perspicuum namque est, Obseruantiam Doctrinę sterilem, solo exemplo nil ferè prodesse, minusuè Doctrinis

imbu-

imbutum, ni morum probitate prȩstet, iuuamina ferre. Sané horum ſanctitatis, & doctrinæ luminum Lombardiæ Prouinciam, inclitam matrem extitiſſe nullus eſt qui ignoret, cum tam Sanctos, & Doctos Viros, Vigiles Catholicȩ Fidei Inquiſitores, inſignes Vaticano Magiſtros, egregios Vniuerſitatibus Doctores, indefeſſos Gentibus Diuini Verbi prȩcones, Sacris Diuos Altaribus, inuictoſque Cœlo Martyres progenuerit. In huius initio orientis Prouinciæ duo ſplendidiſsima inter cætera micuere Sydera, à Gallico Cœlo mutuatá, Beatus nempé Reginaldus à Sanctiſsimo Patriarcha in ſui Vicarium Generalem Bononiæ reſidere iuſſus, & Beatus Iordanus, quem Pariſios auocarat, in primum noſtræ Religionis Prouincialem præfectus, vt candida Lilia in Liliorum regione exorta, inter ſæculi ſpinas non ſuffocata; ſed à ſentibus immunia, Sanctitatis, & Doctrinæ odorem fundentia eam per ſemitas Sanctitati, & perfectioni peruias dirigerent. Vt igitur tantorum Virorum geſta, quos Alma Lombardiæ Prouincia genuit, & aluit, Guſmanȩ Proli eſſent exemplo, ea non tantum ex varijs Authoribus colligere; ſed & collecta typis impri-

mere

mere curaui. Plura de tot, ac tantis huius Prouinciæ Alumnis ſcribere opus eſſet. Quæ collegi, in hoc Volumine, velut in Iliade, breuiter perſtringo, quod Reuerendiſsimæ Paternitati Tuæ, vt per poſteritatis ſeriem inoffenſo decurrat pede, conſecro, & dico. Non dedigneris obſecro ſereno oculo intueri; munus licet exile, tuiſque meritis & virtutibus impar, quoniam ſub fœliciſsimis protectionis tuæ auſpicijs mirum in modum grandeſcet. Vale Paſtorum exemplar, Sapientum decor, atque Dominicanæ familiæ ornamentum.

Paternitatis tuę Reuerendiſsimę.

Veronę 22. Februarij 1690.


Seruus Humillimus

Fr. Andreas Rouetta de Brixia
Inquiſitor Veronæ.

Nos

Facultas Reuerendiſsimi Patris Generalis.

Nos Frater Antoninus Cloche Sacræ Theologiæ Professor, totius Ordinis Fratrum Prædicatorum Humilis Magiſter Generalis, & Seruus, Salutem.



Enore præſentium, & Officij noſtri Authoritate, licentiam facimus Reu. Adm. Patri Inquiſitori Veronenſi Fratri Andreæ Rouettę in Sacra Theologia Magiſtro Prouinciæ noſtræ vtriuſque Lombardiæ, Typis edendi Librum, cui titulus eſt. Bibliotheca Chronologica Illuſtrium Virorum Prouinciæ Lombardiæ Sacri Ordinis Prædicatorum, qui ab ordine condito, ad hæc vſque tempora in Orthodoxæ Fidei defenſionem, in Catholicarum veritatum propugnationem, in Apoſtolicæ Sedis exaltationem, in hæreſum depreſsionem, inquè Chriſti Fidelium vtilitatem, reſpectiuè calamum acuere. Accedit Syntaxis eorum; qui ex eadem Prouincia, ob eximiæ Doctrinæ merita, primas Ordinis dignitates obtinuere &c. Dummodo ſit prius reuiſus, & approbatus à duobus in Theologia Magiſtris, ſeruatiſque alijs dè Iure ſeruandis. In quorum fidem &c.

Datum Romæ Die 29. Nouembris 1689.

Fr. Antoninus Cloche Magiſter Ordinis.

Regiſtrata fol. 113.
Fr. Paulinus Bernardinus Magiſter; & Socius.

APRO-

APROBATIO OPERIS.

DEmandante Reuerendiss. P. Mag. Fr. Antonino Cloche totius Ordinis Prædicatorum Magistro Generali accurate, ac omni diligentia possibili adhibita maxima animi mei consolatione perlegi opus titulo insignitum, *Bibliotheca Chronologica Illustrium Virorum Prouinciæ Lombardiæ Ordinis Prædicatorum*, opus maximo, & indicibili Studio elaboratum, *à Reuerendissimo Patre Magistro Andrea Rouetta à Brixia Inquisitore Veronensi, nec non modo Priore Prouinciali vtriusque Lombardiæ*, & cum in eo nihil repererim, quod non sit scitu dignum, ideo censeo posse Typis mandari; In quorum fidem &c. Datum Bononiæ, Die 16. Mensis Septembris. Anni 1690.

Ita est Fr. Petrus Martyr à Bononia Sacræ Theologiæ, & Prouinciæ Magister.

IMposito mihi mandato attente legi Librum (cui titulus *Bibliotheca Chronologica Illustrium Virorum Prouinciæ Lombardiæ Sacri Ordinis Prædicatorum, Authore Reuerendiss. P. Fr. Andrea Rouetta de Brixia Sac. Theol. Mag. Inquisitore Veronensi, atque eiusdem Prouinciæ Prouinciali,*) nec in eo aliquid ex proprijs inueni, quod fidem, aut bonos Mores offendere valeat, sed quod magis plurimam redoleat pietatem, ac eruditionem, & cui vniuersi prædictæ Prouinciæ alumni facile nouerint se quam maximè debere ob ingentem pleni voluminis laborem, in quo veluti in speculo innumeros penè Viros præclara distinctione quasi indigitans mirificè eandem illustrauit; quamobrem ad immortalem illius gloriam Typis mandari posse censeo.

Fr. Paulus Maria Cauuinus de Nicæa Sacræ Theologiæ, ac Prouinciæ Magister.

Vidit D. Antonius Baruchius Clericus Regularis Sancti Pauli, & in Ecclesia Metropolitana Bononiæ Pœnitentiarius, pro Illustrissimo, & Reuerendissimo Domino, D. Iacobo Boncompagno, Archiepiscopo Bononiæ, & Principe.

Die 22. Augusti 1690.

Ad Reu. P. Mag. & Baccalaureus Studij Dominicani Bononiæ, & Prouicarius Sancti Officij Fr. Paulus Maria Cauuinus de Nicea videat pro Sancto Officio, & referat.

Fr. Paulus Hieronymus Giacconus de Garexio Inquisitor Bononiæ.

SVperiori nouiter imposito mandato, iterum fateor legisse Librum, (cui titulus, *Bibliotheca Chronologica Illustrium Virorum Prouinciæ Lombardiæ Sacri Ordinis Prædicatorum, Authore Reuerendiss. P. F. Andrea Rouetta de Brixia Sac. Theolgiæ Mag. Inquisitore Veronensi, atque eiusdem Prouinciæ Prouinciali,*) nihilque in eo inueni, quod fidei, aut bonis moribus aduersetur, sed quod ingentem exprimit laborem, ac eruditionem, ad inclytam eiusdem Prouinciæ, ac eius Virorum Illustrium immortalem memoriam.

Fr. Paulus Maria Cauuinus, qui suprà.

IMPRIMATVR,
Frater Paulus Hieronymus Giacconus Inquisitor Bononiæ.

NOVITIO LECTORI SALVTEM.

MAgnam, quinimo perdificilem, ne dicam impracticabilem proculdubio Prouinciam assumpsissem, in præsentiarum percurrendam, si omnes, ac singulos amplissimos, litteratissimosquè Viros, qui ab Ordine condito ad hæc vsque tempora in Apostolicæ Sedis exaltationem, Orthodoxæ Fidei veritatum defensionem, Hæresum depressionem, inquè Christi Fidelium manifestam vtilitatem, respectiuè eruditissimo calamo scribendo Lombardiæ Prouinciam Sacri Ordinis Prædicatorum plurimum illustrarunt, in hoc volumine perstringere voluissem. Rem inquam impracticabilem assumpsissem; quoniam experientia compertum est, & marmoreas, sepulchrariasque memorias passim temporis edacitati cessisse. Si itaque à temporis edacitate lapideæ inscriptiones, sepulchrariaquè memoriæ præseruari nequierunt; Quid inferendum de Papirijs, Codicibus, Voluminibus, atque Pergamenis Illustrium Virorum Prouinciæ Lombardiæ, qui profundissimo, elegantissimoque sui calamo adeò totam Ecclesiam illustrarunt, vt apud Sanctam Sedem Apostolicam, Romanos Pontifices, Sacrorumque Conciliorum Patres, eximiam sibi conciliauerint gloriam? Si in quinque seculorum decursu in partibus Italiæ, & signanter in Lombardiæ confinijs ob bellorum motus insigniores Lombardiæ, atque Italiæ Vrbes, ac pariter Religiosorum Conuentus fere omnes sursum, atque deorsum iuere. Addas Ignes, Pestilentias, Clades, Dilapidationes rerum, quæ à Victoribus in Ciuitatibus victis practicari consueuerant: Et postmodum deducas, quæ Volumina, quænam scripta, aut quinam Codices, vel Scriptorum Priscorum memoria hisce temporibus, præ occulis nobis obuiam; vt in hoc Volumine inseri valuissent, occurrere potuerint?

Quæ-

Quare in vnum equidem, quos potui, redegi, qui eorum ſcriptis, calamoque Lombardiæ Prouinciam illuſtrarunt Scriptores; ſed non omnes, & forſan eorundem minorem ob recenſitas temporum, bellorumque cauſas colligere potui Scriptorum numerum. Quos tamen in hoc retuli, non proprio Marte peregi, aut ſine veritatis fundamento præſtiti; ſed ex notitijs, ab approbatis tam Priſcis, quam Recentioribus Authoribus habitis. Ex Antiquis Scriptoribus in hac parte Duces mihi fuere Iacobus de Suſato in eius Antiquiſſimo Chronico Ordinis, & Ambroſius Taegius in Monumentis PP. Ordinis, vna cum Ioanne Michaele Plodio, De Viris Illuſtribus Ordinis. Ex Recentioribus verò Anteſignani in hac quoque parte mihi extitere, Vincentius Maria Fontana, Ambroſius de Altamura, & Vincentius Maria Riualius, vna cum varijs Relationibus Lombardiæ à diuerſis dimanatis. Si itaque præfati Scriptores in eorundem Hiſtorijs, texendis errorem ſumpſere, non mihi, quod ſic ſcripſerim id malitiæ imputandum erit; ſed illis, cum iuxtà eorundem reſpectiuè in meo Opere Hiſtorias ſcripſerim. Dixi in titulo Nouitio Lectori. Ex eo videlicet quod nonnullis inexpertis, atque in hac parte veluti Nouitijs, incredibile forſitan videbitur captu, quod in hoc Opere, inter Scriptores, qui Prouinciam Lombardiæ ſuo calamo illuſtrarunt, plures deſcripti iuſto titulo legantur diuerſarum regionum, qui Lombardi nati non ſunt; & forſan putabitur quod artificiosè ad auram Prouinciæ Lombardiæ dumtaxat captandam cum Scriptoribus Lombardiæ acumulati fuerint. Verum etſi innumera ſuppetant fundamenta rationum ad euacuandam, vndequaque propoſitam ſuſpicionem; vnum vel alterum dumtaxat adducam. Et quidem Eminentiſſimus, ac Reuerendiſſimus S. R. E. Cardinalis Vrſinus Romanus, aliàs digniſſimus Grauinæ in Apulia Dux: iſte certè non eſt dicendus Lombardus natus; Et tamen quis negabit eundem Eminentiſſimum eſſe filium Conuentus Veneti, ac perinde Prouinciæ Lombardiæ alumnum? Inſuper Eminentiſſims, atque Reuerendiſsimus S. R. E. Card. Houard, atque de Norfolch Princeps,

pro-

proculdubio Lombardus neque ipse natus dicendus est, cum in Angliæ Regno Princeps, atque Dux sit ortus. Et tamen, quis dicere, aut asserere poterit præfatum Eminentissimum Principem Cardinalem Houardum, nullo modo dici posse Conuentus Cremonensis Filium? Cum ibi Sacri Ordinis Prædicatorum habitum Clericalem, sub Generalatu Reuerendissimi Turci Magistri Ordinis susceperit, professionemque solemnem non minus nomine Conuentus præfati Cremonensis emiserit, ac Eminentissimus, & Reuerendissimus Dominus Cardinalis Vrsinus illam emisisset nomine Conuentus Sancti Dominici Venetiarum. Et tamen ambo præfati Eminentissimi DD. Cardinales sunt duo splendidissima Vrbis, & Orbis lumina, & adhuc neuter illorum inquam est Lombardus natus. Ergo quia Lombardus natus, neuter illorum est non erit Lombardiæ Prouinciæ alumnus? ergo quia singularem gloriam Prouinciæ Lombardiæ afferunt, à P.P. Lombardiæ inter alumnos Prouinciæ Lombardiæ nuncupantur? Absit! Sed dicuntur tales præfati Eminentissimi, atque Reuerendissimi Principes S. R. E. Cardinales, quia re vera, & in facto esse eorum Solemnem Professionem nomine Conuentuum Cremonensis, atque Veneti, qui incorporati Prouinciæ Lombardiæ sunt respectiuè emiserunt; Etsi diuersis in Regionibus, atque Regnis sint nati. Si itaque verum est, quod Nihil sub Sole nouum; *Non est nouum quod alias* Ecclef.cap. 10. *Viri litteratissimi fuerint re vera Prouinciæ Lombardiæ alumni etiam si diuersarum fuerint nationum. Neque id mirum sit. Quoniam cum in insigniori Prouinciæ Lombardiæ Conuentu Bononiensi Sanctissimi Patris Dominici ingeniorum Phœnicis quiescat perrenni cultui corpus, miraculorum, atque portentorum perpetua officina, iuxtà illud.* Vbi fuerit corpus ibi congregabuntur, & Aquilæ; Matth.cap. 24. *Ratio exigebat, vt & diuersarum Nationum in Prouinciæ Lombardiæ ambitu congregarentur, & intelligentiarum Aquilæ. Habes igitur in hoc Volumine iam diù Illustrium Virorum Prouinciæ Lombardiæ Bibliothecam desideratam, eorum scilicet qui signanter eruditissimo calamo, atque morum probitate Prouinciam Lombar-*

dia, quinimo ipsum Sacrum FF. Prædicatorum Ordinem insigniter illustrarunt. Scriptoresque ipsos in ea descriptos, veluti in Speculo, præ occulis tibi proponere decreui, vt simul vnico obtutu, quid effugere deberes, quid verò imitari valeres, promptum haberes. Recole cuius capitis sis membrum; considera, quæ sint tui Instituti præcipua munera. Certo scias quod, qui docti fuerint fulgebunt, quasi splendor firmamenti. *Addas quod* qui ad iustitiam erudiunt multos, quasi stellæ fulgebunt, in perpetuas æternitates. *Fuge itaque ignorantiam, quæ est omnium malorum causa. Fuge litterarum ignauiam, Sectare lecturam, atque Sapientiam, Studiorumque assiduitati iuxta præscriptum tui instituti attende. Memor esto Apostolici consilij ad Timotheum.* Dum venio, attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ. *Et rursus memorare verborum eiusdem Apostoli ad eundem Timotheum.* Attende tibi, & doctrinæ: instà in illis. Hoc enim faciens, & te ipsum saluum facies, & eos, qui te audiunt. *Hæc igitur attente meditare. Vale, & diù feliciter viuas.*

Daniel. cap. 12.

Ad Timoth. p. cap. 4.

Ad Timoth p. cap. 4.



AV-

AVTHORVM ELENCHVS,

Qui in hoc Opere citati fuere.

A

Abbas Ferdinandus Vghellus.
Abbas Hieronymus Ghillinus.
Abbas Michael Iustinianus.
Abbas Tritemius.
Abraham Bzouius.
B. Alanus Rupensis.
Albertus Castellanus.
Alexander Pinus Gallus.
Alphonsus Ciacconus.
Alphonsus Fernandez.
Ambrosius de Altamura.
Ambrosius Gozzius.
Ambrosius Taegius.
Andreas Lorenti.
Annales Maluendæ.
Annales Baronij.
Annales Bzouij.
Annibal Guascus.
S. Antoninus Florentinus.
Antonius Maria Spelta.
Antonius Senensis.
Ausbertus Miræus.

B

Bartholomeus Burchelati.
Beatus Alanus.
Beatus Humbertus.
Bernardus Guido.
Bernardus Lucemburgensis.
Bibliotheca Altamuræ.
Bibliotheca Hispana.
Bibliotheca Brixiensis.
Bibliotheca Genuensis.
Bibliotheca Mariana.
Bibliotheca Molana.
Bibliotheca Sancta.
Bibliotheca Antonij Senensis.

C


Cardinalis Pallauicinus.
Cæsar Cardinalis Baronius.
Christophorus Marcellus.
Chronicon Conuentus Bononiensis.
Chronicon Conuentus Cremonensis.
Chronicon Conuentus Veronensis.
Chronicon Conuentus Veneti.
Chronicon Constitutionum.
Chronicon Iacobi de Susato.
Clemens Galanus.
Cochleus.
Conradus Gesnerus.
Cyprianus Vbertinus.

D

Dantes Algerius.
Diagus Ogea.
Dominicus Codaleus.
Dominicus Grauanus.

E

L'Etebure.
Eucherius Bonerti.



F

LE Febure.
Ferdinandus Caſtillus.
Ferdinandus Vghellus.
Firmianus Strata.
Florauantes Martinellus.
Franciſcus Giacceti.
Franciſcus Pegna,
Franciſcus Picus Mirandulanus.
Franciſcus Sanſouinus,

G

GAllia Chriſtiana.

H

HIeronymus Burſellus,
Hieronymus Ghillinus.
Hippolytus Maraccius.
Hyacinthus Parra.

I

IAcobus de Suſato,
Ioannes Andreas Coppeſthein.
Ioannes Antonius Flaminius,
Ioannes Antonius Gabutius.
Ioannes Lopez.
Ioannes Muricetta.
Ioannes Antonius Petramellara.
Ioannes Michael Plodius,
Ioſias Simlero.

L

LEander Alberti.
Leonardus Cozzandi,
Ludouicus de Paramo.
Ludouicus de Prælormo,

M

MArtinus Nauarrus.
Matthæus Miecouienſis.
Molanus.

N

NIcolaus Bertrandus.

O

OBertus, ſiuè Vbertus Folietta.

P

PAriſius de Groſſis.
Petrus Martyr Feſta.
Petrus Zerra.
Philippus Labbè.
Ptolomeus Lucenſis.

R

REginaldus Lucarinus,
Robertus Bellouiſius,

S

SEbaſtianus Olmeda.
Sebaſtianus Salelles.
Seraphinus Razzius.
Scipio Ceretus.
Sygiſmundus de Ferrarijs,
Sixtus Senenſis.
Sphortia Pallauicinus.
Spondani Annales.
Stephanus Salantchus.

T

THeodoricus.
Theodorus Valle.
Thomas Garzoni.
Thomas Maluenda.
Thomas de Sancto Geruaſio,

V

VIncentius Belleuacenſis,
Vincentius Maria Fontana.
Vincentius Maria Riualius.

Et vltra prædictos Authores.

Relationes Bononienses.
Relationes Ianuenses.
Relationes Lombardiæ.
Relationes Status Mediolanensis.
Relationes Marchiæ Anconitanæ.
Relationes Romandiolæ.
Relationes Pedemontis, atque,
Relationes Serenissimi Dominij Veneti.



CATALOGVS

Conuentuum Prouinciæ Lombardiæ Sacri Ordinis Prædicatorum, in quibus vſque ad annum 1642. mirificè tam Studium Philoſophiæ, quàm Theologiæ reſpectiuè floruit; è quibus innumeri Viri Sanctiſsimi, atque Litteratiſsimi per tempora Sacri Ordinis Prædicatorum promanarunt.

ANconitanus.
Ariminenſis.
Aſculanus.
Baſelenſis.
Bononienſis.
Boſchenſis.
Brixienſis primo.
Caſalenſis.
Cæſenatenſis.
Comenſis.
Corrigienſis.
Cremenſis.
Cremonenſis.
Æxinus.
Fabrianenſis.
Fauentinus.
Ferrarienſis primo.
Ferrarienſis ſecundo.
Finarienſis.
Firmanus.
Foroliuienſis.
Genuenſis primo.
Genuenſis ſecundo.
Gibelenſis.
Imolenſis.
Laudenſis.
Lugenſis.
Magdalonenſis.
Mantuanus.
Mediolanenſis.
Meldulenſis.
Murianenſis.
Mutinenſis.
Neapolitanus.
Papienſis.
Parmenſis.
Piſaurenſis.
Placentinus.
Rauennatenſis.
Regienſis.
Sauonenſis.
Soncinatenſis.
Sancti Seuerini.
Tabienſis.
Terdonenſis.
Venetus.
Veronenſis.
Vincentinus.
Viglenanenſis.
Vrbinatenſis.

De

De ab immemorabili, quinimo ab ipso primo Sacri Ordinis Prædicatorum exordio Priscorum PP. ad hac vsque tempora circa Sacrarum Doctrinarum Studium continuata assiduitate, atque attentione.

PROLVSIO BREVIS.

DE Anno millesimo ducentesimo vigesimo vix sub pijssimis Sanctissimi Patriarchæ Dominici auspicijs, pro habitationibus FF. è fundamentis, in insignioribus Lombardiæ Vrbibus, sex constructis, atque erectis Religiosis Domibus, eodem anno in maius Sacri Ordinis Prædicatorum incrementum, statim in primo Capitulo Generali, cum assistentia Sanctissimi Patris Dominici tunc temporis Bononiæ celebrato, vnanimi omnium PP. voto, sex præfati illi Conuentus videlicet Bononiensis, Bergomensis, Mediolanensis, Placentinus, Brixiensis, atque Cremonensis in vnam Ordinis Prouinciam, Lombardiæ nuncupatam, erecti fuere. At Definitores præfati Capituli Generalis vnà cum Diuo Dominico, attendentes, quod sapientia amicos Dei, Prophetasque constituit; & rursus quod neminem diligit Deus, nisi eum, qui cum sapientia inhabitat; Considerantesque Sacrum FF. Prædicatorum Ordinem ex vi proprij Instituti, nec non iuxta Apostolica Scripta, non nisi ad proximorum salutem, animarumque conuersionem procurandam, ac perinde ad profligandas hæreses, diuinitùs per se primò in Ecclesiam suscitatum fuisse, atque ab Apostolica Sede introductum. Et attendentes ex alio capite, quod penitus quis inefficaciter vult finem, nisi prius ipsemet in eius mente cogitet; atque recogitet de medijs ad consequutionem eiusdem finis proportionatis eligendis. Idcirco præfati PP. Definitores primi Capituli Generalis, Bononiæ in vnum con-

gre-

gregati considerantes alumnos tam inclyti Ordinis signanter ad docendum, & prædicandum iuxta illud Laudare, benedicere, & prædicare diuinitus esse designatos; Et similiter tale Apostolicum munus docendi, atque prædicandi laudabiliter sine sufficienti lectura, atque doctrina æquè benè à Diui Dominici filijs non posse exerceri; nisi in Ordine aliqua Sapientiæ Domus, in qua commodè sub eruditissimorum Virorum, qui è Cathedra dictarent magisterio, die, ac nocte studio Diuinarum Doctrinarum ex professo vacarent aperiretur. Qua consideratione inquam à Diuo Dominico coram PP. Definitoribus in præfato Generali Capitulo primo Bononiensi maturè examinata; statim pro Studio Generali, non solum pro Religiosis Prouinciæ Lombardiæ, sed & pro Religiosis totius Ordinis in specialitate designatus fuit Conuentus Bononiensis. Quo facto non minus, ac si sapientia ipsa præ foribus eiusdem Bononiensis Domus, ac si in plateis ipsis clamitare cæpisset. Si quis diligit Sapientiam ad me declinet, & eam inueniet; adeo inualuit in supradicto Conuentu Bononiensi apud Religiosos eiusdem recensita prouisio: vt vix declarato in præfato Capitulo Generali, Conuentu Bononiensi pro Sudio Generali Prouinciæ Lombardiæ, statim eodem anno millesimo ducentesimo vigesimo ex omnibus Orbis partibus Viri litteratissimi; veluti ad omnium Doctrinarum Archigimnasium ad præfatum Conuentum Bononiensem iuerint, siquidem experientia cognitum est, quod Studiorum causa ex Hispania Fr. Raymundus de Peniafort Barchinonensis, ex Germania Fr. Iordanus Saxo; qui extitit Prior Prouincialis Prouinciæ Lombardiæ; ex Gallia Fr. Reginaldus Aureolianensis, qui fuit Vicarius Generalis Conuentus Bononiensis. Ex Hungaria, Fr. Paulus Dalmata, siue Bresinensis. Ex Italia similiter Fr. Rolandus de Cremona, Fr. Petrus Martyr Veronensis, Fr. Bartholomeus de

Bra-

Bragantijs Vicentinus, Fr. Gualla Bergomensis, Fr. Ioannes Vicentinus, & Fr. Moneta Cremonensis, cum alijs plurimis Viris in omni facultate eruditissimis illuc accesserunt. Ex cuius postea celeberrimæ omnium scientiarum Academiæ gremio, tractu temporis in singularem eiusdem Lombardiæ Prouinciæ nec non totius Sacri Ordinis Prędicatorum gloriam immortalem innumeri Viri eximia dotati doctrina, etiam sanctitate fulgentes processere, qui in profligandis hęresibus, vel in Catholicarum veritatum propugnatione, aut in Orthodoxę Fidei defensione, etiam cum proprij cruoris, quandoq; effusione, litteratissimi cum essent, semper è suggestu, aut pro animarum salute, aut pro hęreticorum confutatione, aut pro Apostolicę Sedis exaltatione, pro viribus in congressibus publicis in Oecumenicis Concilijs, & extra, cum Hęreticis respectiuè, docendo, arguendo, decidendo, declamando, increpando; studio, lingua, atque calamo, scribendo, decidendo, atque dictando, eorumdem scriptis, eruditis lucubrationibus plurimum insudarunt. Horum itaque Illustrium Virorum Scripta, luce meridiana clariora, signanter pręclarissima tot amplissimorum Virorum Commentaria, euiternitate digna; ne suorum Authorum nomina, cognomina, aut patria, ex diuturna temporum vetustate, atque edacitate, vnà cum eorumdem Codicibus manifestam, quinimmò talem, incurrant iacturam, ita vt per obliuionem eorundem penitus memoria pereat. Idcirco breui manu, compendiosoque calamo iuxta superius illud, qui ad iustitiam erudiunt multos in perpetuas fulgebunt æternitates; Eruditissimorum Virorum signanter, qui è Generali Studio Bononiensi prodiere à Diuo Dominico omnium Amplissimorum Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ Antesignano incipiendo, Chronologica seruata methodo, nomina, cognomina, atq; Authorum Patriam, quantum nobis possibile fuit vnà cum Voluminum, atque Tra-

cta-

ctatuum titulis hoc in Opere in album reddidimus; vt vnusquisque hac Illustriorum Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ Bibliotheca, veluti per sensus infallibiliter manu ducatur ad comprehendendum, quæ, qualisuè apud FF. Ordinis Prædicatorum Prouinciæ Lombardiæ ab eiusdem exordio, atque successiuè ad hæc vsque tempora circa Studium Sacrarum Doctrinarum, semper, perpetuisq; temporibus inalterabilis extiterit in Prouincia Lombardiæ Religiosorum assiduitas, quibusq; respectiuè in hac parte sublimitas, latitudo, atquè profundum. Nam si in solo Oecumenico Tridentino Concilio inter tot PP. de Sacro FF. Prædicatorum Ordine congressibus præfati Generalis Concilij summa cum Dominicanæ Religionis gloriæ astitere septem supra de viginti doctissimi, ac litteratissimi de sola Prouincia Lombardiæ Viri, qui plurimum in materia de Gratia, de Iustificatione, alijsq; materijs in prefata Synodo Generali discussis, atq; tractatis, adamussimq; examinatis insudarunt? Ex vno actu discere omnes; & cum fundamento vnusquisque potest deducere qualis fuerit perpetuis temporibus in Prouincia Lombardiæ circa studium Diuinarũ Doctrinarum assiduitas, & attentio, si sola Prouinciæ Lombardiæ ad Oecumenicum Sacrosanctum Concilium Tridentinum viginti septem Amplissimos, litteratissimoq; in omni disciplinarum genere miserit viros, qui æquissima lance, iustissimoq; zelo cùm in materia Theologica, tum in materia Dogmatica, tum materia Sacrorum Canonum, atque Conciliorum, nec non in materia Reformationis, propositiones in præfato Tridentino Concilio propositas, ita librarunt, vt ex facta eorumdem PP. Sacra decisione in materia Reformationis signanter Regularium adèo adæquata, atq; appropriata vniuersus Christianis Orbis eximiam eorundem PP. fuerit admiratus Sapientiam, de opportuno remedio, pro obseruantia Regulari promouenda. Non ergo pugnat in Sacro FF. Prædicatorum

Ordi-

Ordine, continua circa ſtudium Diuinarum Doctrinarum Religioſorum eiuſdem attentio, ſeu applicatio, cum vera, atque rigoroſa obſeruantia, eiuſdem Ordinis; ſed potius Sacræ Doctrinæ Studium, eiuſdem Regulari obſeruantiæ plurimum fauet, illamque mirabiliter excitat, eamdemque obſeruantiam Regularem fouet, atque mirifice nutrit. Neque audiendus eſt, qui implicantiam inter Regularem obſeruantiam, & Studium Sacræ Doctrinæ, ſiue Sacrarum Scripturarum: inueniri aſſeueret, & oſtendat. Quapropter pius Lector huius operis, quod olim, ait Diuus Hieronymus, de Scriptoribus Eccleſiaſticis, concludat reſpectiuè, de Scriptoribus Prouinciæ, demptis tamen imperfectionibus. *Diſcant ergo Celſus, Porphyrius, Iulianus, rabidi aduerſus Chriſtum Canes, diſcant eorum ſectatores, qui putant Eccleſiam nullos Philoſophos, & eloquentes, nullos habuiſſe Doctores, quanti, & quales Viri eam fundauerint, extruxerint, & ornauerint, & deſinant fidem noſtram, ruſticæ tantum ſimplicitatis arguere, ſuamque potius imperitiam agnoſcant.* Hæc Diuus Hieronymus. Pro coronide igitur ad cognoſcendum, qualis ab Ordine condito ad hæc vſq; tempora Priſcorum PP. Prouinciæ Lombardiæ circa ſtudium Sacrarum Litterarum re vera fuerit aſsiduitas, applicatio, atque attentio ex hoc capite præſertim colligas, quod ab ordine condito vſque modo in toto Chriſtiano Orbe, ſiue pro Reformatione morum, ſiue pro Sacroſancta Eccleſiæ vnione, aut pro decernendis ijs, quæ Fidei ſunt à Romanis Pontificibus Generale Concilium indictum fuit nullum, in quo ad decernendum PP. Prouinciæ Lombardiæ non interfuerint. Et hæc ſatis ſint dicta.

Pro

Pro Prouinciæ Lombardiæ Bibliothæca, Authoris Proteſtatio.



Poſtolicæ Sacræ Congregationis S. R. & Vniuerſalis Inquiſitionis Decreto Die 13. Martij, Anni 1625. edito, & Die 5. Iulij, Anni 1634. confirmato iuxtà declarationem eiuſdem Decreti à Sanctiſsimo Domino Vrbano Papa VIII. Die 5. Iunij Anni 1631. factam, in integrum, atque inuiolatè obtemperaturus, Sanctè profiteor, me, ſi in hoc Opere, cui titulus, Bibliotheca Chronologica Illuſtrium Virorum Prouinciæ Lombardiæ Sacri Ordinis Prædicatorum, Inq; Elogijs Virorum Illuſtrium, quos in hoc Volumine complexus ſum, non nulla forſan obiter, vel quoquo modo attingerem, quæ Sanctitatem ipſis adſcribere viderentur, non alio ſenſu, illa accipere, vel ab alijs accipi velle, quam quo, ea ſolent, quæ humana dumtaxat, non autem diuina, Catholicæ Romanæ Eccleſiæ, aut Sedis Apoſtolicæ auctoritate nituntur, ijs tantumodo exceptis, quos eodem Sancta Sedes, Sanctorum, Beatorum, aut Martyrum Catalogo adſcripſit. Imò cum de pleriſque alijs dicam in Cœlum, aut æternam beatitudinem euolaſſe, nil certum affirmare, aut aſſerere, etſi ex aliorum ſcriptis deſumpſerim; ſed pio, & conſueto dumtaxat loquendi modo, eorum mortem ſignificare volo. In reliquis Librum, meque ipſum in omnibus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ purgatiſsimæ cenſuræ ſubmitto.

IN LAVDEM
REVERENDISSIMI PATRIS
F. ANDREÆ ROVETTÆ

Ob editam in lucem Bibliothecam ſuam
Chronologicam, dùm ſingulorum
Patrum, quos ibi recenſet,
in ipſo virtutes effulgent.

ELOGIVM.

Noua Sydera
In ampliſſimo ſuæ Religionis Cælo
Aut non viſa detexit, aut collegit diſperſa
ANDREAS ROVETTA.
Verius vt dicam:
Veterum lucem Syderum, nouam emiſit in lucem;
Et ne vel minimum illis officeret
Aut fumus inuidiæ,
Aut nubes aliqua obliuionis,
Ipſe ſingula illuſtrauit luce ſua.
Quantum hinc debet erudito calamo fidelis quiſque,
Cui nimirùm tot in Scriptoribus plures oſtendit Cynoſuras,
Quas in hoc Mundi pelago ſubindè reſpiciat
Ad fugam naufragij.
Quantum debet vel impius;
Cui plures indicat Comætas,
Qui fatale ipſi portendant exitium,
Niſi credens tot Cœli vocibus
Mores mutet cum nomine.
Quantum debet Chriſtianus Orbis vniuerſus,
Cui fecit quodammodo compendium lucis immenſæ,
Et integrum pænè Cœlum dedit habere præ manibus.
Quid ſperandum tibi non eſt,
ROVETTA doctiſſime,
A quo Pietas, ac Sapientia commendari vident Heroes ſuos
Et calamo, & exemplo?
Viuebant illi vel mortui,
Sed vnica tantùm vita;

Suæ nimirùm immortalitate doctrinæ;
Nouam per te nunc vitam viuunt,
Et gemina fruuntur immortalitate.
Non erunt ingrati beneficio tuo,
Quod omni narrabunt Posteritati
Religioso quidem, sed facundo silentio.
Viuet in singulis ROVETTA,
Vt in ROVETTA viuunt singuli,
Nec ante famæ morietur,
Quàm tot perdat vitas,
Quot viuunt augusta nomina in hoc libro,
Verè libro vitæ.
Vnum habeo, quod admoneam Lectorem tuum;
Nè cùm legerit omnia,
Nesciat, quod in hoc libro maximum est;
Auctorem scilicèt.
Ne mirere, Lector, quod legis,
Quamuis legas vbiquè miranda.
Mirare, quod non legis.
Quæ diuisa debetur tot Heroibus admiratio,
Debetur tota ROVETTÆ;
In quo nihil est singularitèr admirandum,
Nisi ipse totus.
Ipse, ipse compendium est libri sui;
In quo scilicèt aut Legas ROVETTAM diuisum in singulos,
Aut singulos in ROVETTA collectos.
Hoc vno propterea non meruit adscribi cum tot Heroibus;
Quià nimirùm tot inter Sydera
Non est ipse Sydus;
Sol est.



Idem

Idem fermè argumentum breuiùs expressum.

EPIGRAMMA.

QVem cernis librum, Cœlum est; tot Sydera in illo,
Quot, Fidei palmis, nomina clara legis.

At tu, qui in prima Cœli huius fronte coruscas,
Quique alijs addis lumina, Phæbus eris.

REVERENDISSIMVS PATER

ANDREAS ROVETTA

Ducem se præbet tot Heroum, quot colligit Sacros Scriptores, & ordine singulari disponit in sua Bibliotheca Chronologica.


EPIGRAMMA.

DOminici signis adscripti, & iussa sequuti
Hi sunt, qui calamo prælia sacra gerunt.

Hactenùs at varijs, sparso velùt agmine, chartis
Diuisa errori damna tulisse putes.

Deniquè nùnc primùm ROVETTA Volumine in vno
Colligit, vt Virtus sic magè iuncta micèt.

Qui potuit leges præscribere, & ordine certo
Digerere, Heroum quis neget esse Ducem?



AD REVERENDISSIMVM PATREM

ANDREAM ROVETTAM,

Cuius laudes quamuis non referantur, laudatur tamen ipse à libro Suo, laude dignissimo.

EPIGRAMMA.

VT te mens subijt, venturis tradere Sæclis,
Quod scripsere tui Lustra peracta Patres.
Visa fuit niueis spatiari fama quadrigis,
Et centum flatu sollicitare tubas.
Non audita priùs fundebat semina laudum,
Hoc opus, æternam me quoquè, dixit, habet.
Auctorem tamen illa nihil laudauit, & vllæ
Illius ad laudem non sonuere tubæ.
Talia ne famæ ROVETTA silentia damnes.
Non silet huic Operi, si Tibi Fama silet.

In Laudem Eiusdem.

Alluditur ad præsentia Bella, quibus Orbis Christianus quàm maximè laborat.

EPIGRAMMA.

QVis neget afflictæ pro Religionis honore,
Pugnaces calamo bella subire viros?
Ecce quot Heroes libro collegit in vno
ANDREAS, doctas ad pia bella manus.
Testes virtutis veteres dat quisque triumphos;
Quisque etenim viuens agminis instar erat.
Hos putat extinctos Romani nominis hostis;
Scilicet hinc vires jactat in astra suas.
Diua Fides gaude, tantum tibi militat agmen;
Tuquè feras, hostis perfide, pone minas.
Hostis erit tibi tanta cohors, hostisque perennis;
Nam Duce, ROVETTA, jam nequit illa mori.

Ad

Ad Eundem.

Alluditur ad munus, quo fungitur, Prouincialis.

IAMBVS.

QVàm benè, ROVETTA, Scribis Heroas tuos,
Quos merita doctæ mentis, & doctæ manus
Donant perenni posse nunc vita frui!
Quàm benè vetustos suscitas veluti Patres,
Tuaquè decoràs luce; dùm regis alios,
Meritumquè Sacri Præsulis munus geris!
Hoc est diserto Fratribus silentio
Præcipere, quidquid agere debeant, tuis.
Quid plura verba, plura quid iussa cupitis?
ROVETTA jussit, & perorauit satis.
Hic omnia liber est: Ibi quodcunque est Patrum
Exemplar inspicite. Esse vos tales decet.

Ad eiusdem eruditissimum Librum.

EPIGRAMMA.

IBitis in totas perdocta volumina terras,
Nec, qui vos vltrò non legat, vllus erit.
En tibi, dicetis, fidei quot lumina! Ab istis
Fulmina sed Fidei perfidus hostis habet.
Ille humeris Petri Solium fulcire laborat;
Annè Atlanteo est hic minor orbe labor?
Bella gerunt alij: calami mutantur in enses,
Area fit belli pagina, miles Amor.
Hic claros virtute sua, imperioque modesto,
Cui labor imperij præmia solus erat.
Hæc per vos fiet notissima gloria: sed quod
De magno vestro Præsule nomen erit?
Quæ faciunt alios, quamuis diuisa, beatos,
Omnia, Lectori dicite, solus habet.


In

In laudem eiuſdem.

Ex fama per ipſum parta Scriptoribus, quorum in ſua Bibliotheca meminit, Fama Auctoris arguitur.

EPIGRAMMA.

A Vrata Cœlum, qui luce illuſtrat, & aſtr A.
N on minus ipſe ſuo luceſcit lumine Tita N.
D umque noua autumno properat, vindemia quidqui D
R eddit cultori, ipſa prius tibi reddidit arbo R.
E t dum fœcundo tellus rorauit ab imbr E
A nte magis larga rorarunt nubila lymph A
S ic & idaſpæus populos dum ditat, & vrbe S.
R iuus, in auratos qui fluctus verſat in æquo R;
O mnia dum ditat, proprio ditarier alue O
V ult prius, & diti ſe circumfundere Curſ V.
E rgo dum viua per te clareſcere luc E
T ot datur, & famæ ſublimi nomine gauden T,
T u quoque clareſcas famaque, & luce neceſſe eſ T
A quo tanta tuis lux parta, & reddita fam A.



In Laudem Eiuſdem.

E L O G I V M.

Quot Nomina Legis per Volumen ROVETTÆ
Agnoſce tot flores,
In Sacro Religionis viridario à Sapientia educatos.
Collegit ROVETTA flores in Coronam,
Dum Nomina in Elenchum digeſsit,
Sapientiam ipſam floribus ſuis,
Aut potius Sapientiæ floribus Virtutem Suam
Coronaturus.
Miraberis profectò quòd flores ſpinis alligentur,
Quòd Colligantur à Spinis,
Spinas ſiquidem ſonat Nomen ROVETTÆ.
Mirari deſine:
Nouum non eſt
Quod inter ſpinas lilia commorentur
Immò equiſsimum fuit,
Quod iſtos Sapientiæ flores Colligeret ROVETTA,
Qui ſcilicet vel inter Spinas Nominis,
Hortus eſt Sapientiæ florentiſsimus.

ALLVDITVR

REVERENDISSIMO PATRI

F. ANTONINO CLOCHE

Generali Ordinis Prædicatorum, cui ista Bibliotheca est dicata,

EPIGRAMMA.

ARcem, Lector, habes, in qua per tempora, & annos
Gusmanum series est tibi facta Ducum.

Hostibus ex Fidei, quæ iam retulere trophæa
Moribus, & calamo, cernere cuncta potes.

Cur timeat non est inimicum Arx ista furorem,
Pro qua tot vigilant in Statione Viri;

Nam quoscunque dolos, astus, fraudesque repellit
Gusmanus CANIS hinc, CLOCHIVS inde LEO.

BIBLIOTHECÆ PROVINCIÆ LOMBARDIÆ Sacri Ordinis Prædicatorum.

CENTVRIA I.

ANNO 1220.

1220. *Diuus Dominicus.*



PRimus omnium de Sacro FF. Prædicatorum Ordine, qui aduersus hæreses, in Dei Genitricis semper Virginis Mariæ, in Deique, ac proximi amorem excitandum, nec non in Orthodoxæ Fidei exaltationem, atque defensionem Calamum Apostolico Zelo acuerit, extitit Diuus Dominicus Hispanus, è nobilissima Gusmanorum familia natus, clarissimi Ordinis Prædicatorum Dux, Prouinciæquè Lombardiæ decus, & Pater inclytus. Vir Spiritu Dei plenus, qui in Libro Charitatis erga Deum, & proximum plurimum studens, plura didicit, quæ Deus Sapientibus, atquè Prudentibus huius Sæculi abscondere consueuit. Et quoniam non ignorabat, quod homines, veluti in infinitum, magis mouent exempla, quàm verba, idcirco, vt eius Filij iuxtà tenorem proprij Instituti, vt hæreses, cæteraquè mala mundi, penitùs, quam citius è Catholicorum confinijs eliminarentur, lingua atque calamo id omni studio satagerent, ipse, inquam, primus omnium eius exemplo. Pluriès in partibus Tolosanis aduersus errores Hæreticorum Albigensium, & Romæ in Concilio Lateranensi sub Innocentio Papa III. coram Patribus contra Ioachimi Abbatis Florensis errores, nec non contra deliramenta Aymerici Carnotensis Lutetiæ Parisiorum impietatis Doctoris, profundissimo sermone, pergrauique ore perorauit, atque disputauit, Sacratissimi Rosarij Virginis Deiparæ primus promulgator extitit, atque aduersus hæreticam prauitatem in partibus Italiæ, & signanter in partibus Lombardiæ primus Inquisitor Apostolicus, ab Apostolica Sede designatus fuit, Palatijque Apostolici ab Honorio Papa III. Magister creatus, in quo munere, dum Romæ Diuinam Scripturam mirificè interpretaretur, Paraphrasim, seu Postillam scripsit in Diui Apostoli Pauli Epistolas omni eruditione refertam, quemadmodum, & Bononiæ aliam consimilem Postillam scripsit in Canonicas Epistolas, nec non in Psalterium Dauidicum, atque in Sacrosanctum Diui Matthæi Euangelium. Et separatim supèr illa Diui Matthæi verba. *cap.* 8. *Ascendente Iesu in Nauiculam.* Qui & antea duos libellos scripserat, Fidei Catholicæ fidelissimos testes, omnibus numeris grauissimos, quam non in humanæ sapientiæ verbis euangelizabat, cuius rei, tum multorum hæreticorum conuersio, tum id argumento fuit, quod ijdem libri sæpè in ignem coniecti, numquam combusti fuere, Deo signum hoc faciente, ad Fidei, quam prædicabat, veritatem comprobandam. Scripsit quoque singulari pietate, parique eruditione refertos nonnullos Tractatus de Laudibus Beatissimæ Virginis Deiparæ, atque Psalterio eiusdem, dequè modo meditandi in Virginis Psalterio; Atque Sermones de Psalterio Virginis diuersos. Qui tandem de prostrata hæresi, clarissimis erectis tropheis, clarus virtutibus, cumulatus meritis, ingenijque sui, post se, Bononiæ prædilectis filijs, relictis immortalibus monumentis; anno mil-

lesimo ducentesimo vigesimo primo placidissimè in Domino obijt, in vita, & in morte magnis nobilitatus Miraculis, regnaturus in Cœlo. Eruditissimè ita in Christi Fidelium commodum, fideique Orthodoxæ quam impretermisse propugnauit, confirmationem, scripsit sequentes Codices, siue Tractatus. videlicet

Libros duos aduersus Albigensium errores, seù hæreses.

Paraphrasim, seù Postillam in Diui Apostoli Pauli Epistolas.

Paraphrasim, seu Postillam in alias Epistolas Canonicas.

Commentaria in Dauidicum Psalterium.

Commentaria in Sacrosanctum Diui Mathæi Euangelium.

Item Commentaria in illa Diui Matthæi verba cap. 8. Ascendente Iesu in Nauiculam.

Opusculum de pijs salutationibus ad benedictionem Virgineorum membrorum.

Sermones de Angelica Salutatione diuersos, atque eruditos.

Item Sermones de Laudibus Beatissimæ Virginis Deiparæ.

Opusculum ex professo de Psalterio, seù Rosario Beatissimæ Virginis Mariæ.

Item Libellum de modo meditandi in Psalterio Virginis Deiparæ, nec non

Librum, siue Tractatum, de Diuinissimo Christi Domini Corpore.

Præmemoratorum Diui Dominici Opusculorum, atquè Tractatuum, amplissimam attestationem respectiuè faciunt. Diuus Antoninus *in 3. p. Historiali tit. 19. cap. 1.*, Ioannes de Turrecremata, *de Conceptione p. 13. cap. 2.*, Vincentius Belluacensis *in eius Speculo Historiali. cap. 30.*, Beatus Alanus Rupensis, apud Ioannem Andream Coppestain. *De Psalterio Deiparæ Virginis.*, Ferdinandus Castillus *in Historia Ordinis*, Antonius Senensis Lusitanus *in eius Bibliotheca Dominicana*, Ioannes Michael Plodius. *de viris illustribus Ordinis p. 2. lib. 1.*, Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, Reginaldus Lucarinus. *In Adnotationibus ad Indicem Librorum prohibitorum.*, Vincentius Maria Fontana. *De Prouincia Romana cap. 6.*, & Antonius Posseuinus è Societate Iesu. *In Appendice ad Tomum primum Apparatus Sacri.*, apud Ambrosium de Altamura. *In Appendice Bibliothecæ Ordinis Prædicatorum. Ad Annum 1221. pag. mihi 428. col. p. §. Diuus Dominicus.*

Claruit quoque in Conuentu Bononiensi, circa annum millesimum ducentesimum vigesimum, Fr. Reginaldus Aurelianensis natione Gallus, vir inter alia præclarissimarum virtutum lumina, admirandasque animi dotes, Theologus celeberrimus, parique Sanctitate clarissimus à Beatissima Virgine, in desperata à Medicis eius Salute, sibi apparente salutari vnctione perunctus, atque à lætali morbo sanatus, qui Bononiæ in cæterisque Prouinciæ Lombardiæ Conuentibus, qui tunc extabant, Sanctissimi Patris Dominici Vicarius Generalis cum esset, signanter in Bononiensi Ecclesia, tum Sanctæ Mariæ della Mascarella nuncupata, tum in Ecclesia Sancti Nicolai ad Vineas, modò Sancti Dominici dicta, tali, ac tanto salutis animarum zelo excitatus conciones ad populum habebat, vt pro fundanda Lombardiæ digna Prouincia (sic Diuina aspirante gratia) litteratissimos viros amplissimarum virtutum tùm sæcularium, tùm Ecclesiasticarum dignitatum ornatissimos, ad suscipiendum nomine Prouinciæ Lombardiæ Sacrum Ordinis Prædicatorum Clericalem habitum, ad Christique Domini sequelam facilimè attraxerit. Vnde & de tam eximio viro legatur. *Et prædicante ibidem* (hoc est Bononiæ) *Fratre Reginaldo, qui Vicarius erat Beati Dominici, multi magni, & litterati viri Archidiaconi, Decani, Abbates, Priores, atque Doctores omnium facultatum, Ordinem intrauerunt.* Ex quo piè infertur, atque iusto titulo indubiè præsumitur, tali occasione Beatum Reginaldum eruditissimo sui calamo infrascriptos, aut consimiles Codices posteritati scripsisse. Videlicet

1220. *B. Reginaldus Aurelianensis.*

Librum Sermonum ad populum omni eruditione refertum.

Item Libellum diuersorum Sermonum ad Fratres, singulari elegantia elaboratum.

Et alia Opuscula summam Spiritus suauitatem redolentia.

Quem celebrant Martyrologium Dominicanum, Iacobus de Susato *in antiquissimo eius Chronico Ordinis. fol. mihi*

144.

144. *à tergo*. Ferdinandus Castillus *in Historia Ordinis*, Thomas Maluenda *in Historia Ordinis*. Abraham Bzouius *in Annal. Ordinis*, *ad annum* 1220. Chronicon Constitutionum. *pag. mihi* 269. & alij plures.

ANNO 1221.

1221. *Fr. Clarus de Bonania.* FR. Clarus Sextius Bononiensis, Vir morum probitate, atq; doctrina celebris, qui Bononiæ, adhuc puerulus, pluries Sanctorum Angelorum concentus, in loco vbi postea modernus Conuentus Bononiensis fuit ædificatus, audiuit, iste Philosophiæ studuit, & postea in Iure Canonico, atque Ciuili laureatus, Sacrum FF. Prædicatorum Ordinis Clericalem habitum Bononiæ suscepit, in quo ordine breuissimo tempore adeò profecit, vt primus omnium è Sacro FF. Predicatorum, qui in Italia in ordine è Cathedra, exprofesso Sacram Theologiam legerit, atque post Diuum Dominicum Librorum scriptor, siuè Opusculorum Compilator intèr FF. Ordinis Prædicatorum enunciatur, extitit, qui ob singulares ipsius animi dotes, atque virtutes, quibus refertus erat, ab Honorio III. Pontifice Maximo Romam vocatus, ab eodem Romano Pontifice Capellanus Apostolici Palatij, atque Pœnitentiarius Apostolicus creatus fuit. Qui disertissimus vir, nomine Clarus; sed Sanctimonia, atque doctrina omnibus numeris clarissimus pluriuḿ operum, atque Librorum Aucthor, ac Scriptor Bononiæ in Ordine Prædicatorum extitit. Verum quænam in specialitate fuerint eius scripta Auctores nostri id nòn produnt. Cæterum Fernandez *in concertatione Prædicatorum*. Et Fontana *de Prouincia Romana cap.* 6. cum alijs, asserunt ipsum in lucem edidisse.

Codices, siùe Tractatus varios spirituales.

De tam egregio viro omni doctrina ornato, diffusissimè loquuntur Fernandus Castillus *in Historia Ordinis p. p. lib.* 1. *cap.* 53. Chronicon Ordinis Iacobi à Susato *fol. mihi* 144. *à tergò*. Thomas Maluenda *in Annal. Ord.* Gregorius Lombardellus, qui ipsum Senensem nominat: Verùm id negăt Ioãnes Michael Plodius. *De Viris Illustr. Ordinis p. p. lib.* 1. Antonius Senensis Lusitanus *in Bibliotheca Ordinis*; Vincentius Maria Fontana *in eius Theatro Sacro Dominicano p* 2. *cap.* 4 *tit.* 5. *num.* 1. *Et de Prouincia Romana cap.* 6. apud Ambrosium de Altamura *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria* 1. *ad Annum* 1219. *pag. mihi* 2. *col.* 1. & 2. Et Vincentius Maria Riualius, qui ex Leandro eum facit Conuentus Bononiensis alumnum. *Ita in eius Cathalogo scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto lit. c. ad annum* 1219. *pag. mihi* 18. *num.* 75.

ANNO 1224.

EFfulsit in Bononiensi Conuentu, inter cæteros doctrina, atque sanctitate Prouinciæ Lombardiæ præclaros viros, hoc Anno millesimo ducentesimo vigesimo quarto F. Rolandus de Cremona, sui temporis summus Philosophus, atque Theologus, qui Bononiæ per antea sacro FF. Prædicatorum Clericali habitu è Diui Dominici manibus deuotissimè suscepto, ab eodemque Lutetiæ Parisiorum, ad docendum in famosissima illa Vniuersitate missus. 1224. *B. Rolandus de Cremona.* Ipse primus omnium nostri Ordinis extitit, qui in celeberrima illa Academia ad formam Magisterij Summam Theologicam, siuè Scholasticam Theologiam legerit, talique, ac tanta morum probitate, atque cum totius Ordinis ædificatione vixit, vt à Martyrologio Sacri Ordinis Prædicatorum inter Beatos Ordinis fuerit enumeratus. Quapropter mirum non sit, si tam celebris vir à Romano Pontifice cum aduersus Æzelinum Tyrannum, Clauium Ecclesiæ contemptorem Apostolicus Commissarius, tum & aduersus hæreticam prauitatem in partibus Lombardiæ Generalis Inquisitor missus, incomparabili constantia, imperterrito animo, veroque Apostolico pectore Æzelinum de Romano, iuridice publicè in iudicio, accersierit, citauerit, arguerit, atque puniuerit, & Hæreticos in eorum perfidia obstinatos, cum eorumdem hæresibus è partibus Lombardiæ sibi demandatis profligauerit. Qualis autem in specialitate fuerit præfati inclyti viri animi constantia, ex vna disce omnes. Factum enim est, quod dum publicè in Placentina Lombardiæ Vrbe, seruus Dei, è Cathedra, in materia Fidei, cum Hæreticis quodam die disputare in publica

Platea cæpisset, èque Cathedra, ex subortorto eorumdem tumultu, ipse in terram ab ijsdem hæreticis proiectus fuisset, etsi grauem capitis, nec non membrorum corporis collisionem inde passus esset, nihilominus recuperata valetudine, idem Inquisitor Apostolicus ardentiori zelo, quoad vixit, in eosdem Hæreticos infatigabili studio inuehendo, vsque ad obitum imprætermissè pugnauit, decertauit, atque gloriosè de eisdem triumphauit. Qui tandem omnibus numeris eximius Apostolicus Inquisitor, atque Ordinis Doctor, posteris suæ doctrinæ Thesauros aperire desiderans, firmo, atque fundato calamo egregiè scripsit.

Tractatus diuersos aduersus eius temporis hæreses. Atque

Summam Theologicam, quæ Rolandina summa, nuncupatur.

Laudes tam egregij viri, celebrant Ambrosius Taegius *inter monumenta Ordinis p. p.* Ioannes Michael Plodius. *De Viris Illustr. Ordinis p. 2. lib. 1.* Abraham Bzouius *in Annal. Ecclesi. ad Annum* 1232., Ferdinandus Castillus *p. p. Historiæ Ordinis lib. 2. cap.* 12. Martyrologium Dominicanum Chronicon. *Iacobi de Susato fol. mihi* 144. *à tergò*, Vincentius Maria Fontana *in Theatro Ordinis p. 3. cap. 1. tit. 3. num.* 18., Vincentius Maria Riualius *in Cathalogo Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi* 51. *lit. R. ad Annum* 1259. *num.* 214., & Ambrosius de Altamura *in Bibliotheca Ordinis Centuria 1. ad Annum* 1218. *pag. mihi* 1. *col.* 2. In Chronico autem breui Ordinis inter cætera circa Annum 1218. sic legitur. *Multi magni, & litterati viri, Archidiaconi, Decani, Abbates, Priores, Doctoresque omnium facultatum Ordinem intrauerunt, inter quos Bononiæ Magister Rolandus Cremonensis summus Philosophus, qui primus Parisys ex Fratribus, in Theologia rexit, & summam gloriosam compilauit in Philosophia, & Theologia.* Hæc ibi ex Iacobo de Susato præfatæ Chronologiæ Historiæ Ordinis Authore.

ANNO 1226.

1226. Fr. Guidotus de Sexto.

FR. Guidottus de Sexto Bononiensis, Vir sui æui Sacræ Theologiæ Doctor celebris, Sacrorum Canonum professor famosissimus, atque aduersus Hæreticos sui temporis Catholicarum veritatum propugnator acerrimus, qui post susceptum sacrum FF. Prædicatorum Clericalem habitum, cum Hæreticis tum publicè, tum priuatim, tam lingua, quàm eruditissimo calamo, in materia orthodoxæ fidei, pròque Apostolicæ Sedis exaltatione strenue ad obitum vsque perdulleauit, cuius litterarum sufficientia, morum bonitate, Apostolicoque zelo Gregorius Papa IX. permotus, eumdem postmodum aduersus hæreticam prauitatem in partibus Lombardiæ Generalem Inquisitorem Apostolicum meritò creauit, qui egregius vir inter cætera plurima sui scripta, firmissimo calamo scripsit.

Grande Volumen eruditissimum aduersus hæreses sui temporis.

Et plura alia opuscula varia.

Huius celeberrimi viri mentionem memorabilem faciunt, Ludouicus à Paramo *lib. de Origine Sanctissimæ Inquisitionis*, Abraham Bzouius *in Annal. Ecclesi. ad Annum* 1234. *num.* 5., atque Vincentius Maria Fontana *in eius Theatro Dominicano p. 3. cap. 3. tit. 52. pag. mihi* 595.

ANNO 1227.

FLoruit pariter in Prouincia Lombardiæ hoc Anno millesimo ducentesimo vigesimo septimo, Fr. Vincentius de Casali Montis Ferrati, vir grauis, tum in Philosophicis, tum in Theologicis disciplinis insigniter eruditus, Religiosus verò tantæ perfectionis, tantaque doctrina, atque pietate dotatus, vt qui à Diuo Dominico tamquam è lucidissimo fonte præclarissimarum virtutum, charitatem, Religionisque zelum pari auiditate hauserat breuissimo tempore, maximæ doctrinæ, atque sanctimoniæ famam in ordine meritò sibi comparauerit, & vt apud posteros perennis ingenij ipsius memoria perseueraret, eruditissimum volumen specialiter de Beatissimæ Virginis Mariæ Conceptione, solida doctrina refertum inter cætera sui scripta compilauit; scripsit itaque. 1227. Fr. Vincentius de Casali.

Librum de Conceptione Immaculatæ Virginis Deiparæ:

Et alia Opuscula varia Theologica, tanto viro digna.

Ità colligitur ex supplemento Chronicæ Ordinis *Prædicatorum*, apud Ambrosium de Altamura *in Bibliotheca Ordinis*

dinis Centuria 1. *ad Annum* 1216. *&* 17. *pag. mihi* 1. *col.* 1., Antonio Senensi Lusitano *in Bibliotheca Ordinis*, atque Ioanne Michaele Plodio *de Viris Illustr. Ordinis p.* 2. *lib.* 5. apud eumdem Altamuram *loco citato*.

1227. *Fr. Bonuisius de Placentia.* Item eodem Anno millesimo ducentesimo vigesimo septimo in Conuentu Bononiensi inter cæteros amplissimos Prouinciæ Lombardiæ doctrina fulgentes viros floruit, Fr. Bonuisius de Placentia Lombardus, vir in vtroque Iure Doctor eximius, qui quemadmodum Diui Dominici Discipulus, peregrinationumque eiusdem Sanctissimi Patriarchæ fidelissimus comes, atq; commensalis fuisset, ita pariter cum esset singulari doctrina, insignique sanctitate clarus, ita pari Apostolico zelo, ad Sanctissimi Patris imitationem, ex professo aduersus Hæreticos sui temporis, nec non in Orthodoxæ Fidei defensionem eius eruditissimo calamo scribere voluit. Scripsit itaque tam egregius vir verè Apostolicus.

Grande Volumen aduersos hæresis, valdè eruditum, atque elaboratum.

Cuius meminere Plodius *de Viris Illustribus Ordinis p. p. lib.* 1. atq; Hieronymus Bursellus *lib. de Magistris Generalibus Ordinis, & alij*. Quinimo addunt nonnulli, hunc Authorem fuisse celeberrimi illius Epithaphij, sepulchro Sanctissimi Patris Dominici occasione illius in Cœlum transitus, appositi, tenoris infrascripti videlicet.

Religionis apex, & Princeps Prædicatorum
Hic est Dominicus: prima præmia tenens:
Cuius habet Corpus, celebris Bononia Sanctum
Insuper Hispania lac dedit ore sibi.
Virgo fuit; præstans Doctor, sacræque Sophiæ.
Progenie nitens, claruit eloquio.

Præfati Epitaphij tenorem ad litteram refert Iacobus de Susato in antiquissimo Ordinis Chronico sub Generalatu Patris Magistri Iordani secundi Magistri Generalis totius Ordinis Prædicatorum, *fol. mihi* 146. *à tergo*, impressione Veneta apud Lazarum Suardum Typographum Venetum Anno millesimo quingentesimo octauo. Quæ omnia Author huius Operis referre hic voluit, vt Lector vnico intuitu quanti noster Fr. Bonuisius Placentinus veniat æstimandus comprehendere valeat, si in tam compendiosa periodo mirabili artificio tot Sanctissimi Patriarchæ præclarissima elogia notatu dignissima in vnum connectere potuit.

ANNO 1230.

FR. Andreas de Modoetia Mediolanensis Diœcesis, Vir non tam perspicacissimi, quàm felicissimi ingenij, qui cum æquo lance, tum in Philosophicis, tum Theologicis disciplinis summa eruditione polleret, ita pariter in posterorum maius commodum, eius purgatissimo calamo egregiè plura compilare voluit volumina tanto viro digna. Inter cæteros autem sui Codices mira eruditione conscriptos, reperitur ipsum scripsisse. 1230. *Fr. Andreas de Modoetia.*

Lecturam eruditissimam, siuè Postillam mirabilem super Diuum Ioannem, in qua signanter mirifico ordine dispositæ, sexaginta collationes continentur.

Item grande Volumen variorum Sermonum tam ad populum, quàm ad Clerum ab ipso perantea habitorum.

Item Volumen aliud Commentariorum valdè elaboratorum super vniuersam Aristotelis Logicam.

Item egregia Commentaria eiusdem, in Aristotelis Physicam.

Et plura alia Opuscula varia, tanto Authore digna.

Huius Doctoris meminit Antonius Senensis Lusitanus *in Bibliotheca Ordinis*, & cum ipso Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis lib.* 1. *p.* 2. & alij apud Ambrosium de Altamura *in eius Bibliotheca Ordinis Centuria* 1. *ad Annum* 1227. *pag mihi* 6.

ANNO 1231.

IN Prouincia Lombardiæ hoc Anno millesimo ducentesimo trigesimo primo claruit Fr. Albertus de Placentia Lombardus, Vir in seculo in Iure Pontificio suo tempore nemini secundus; qui non solum morum probitate, atque doctrina fulgens; sed & quemadmodum singulari feruoris spiritu ductus Religionem Diui Dominici ingressus fuerat, ita pariter pari zelo pro Catholicarum veritatum defensione acensus aduersus sui 1231. *Fr. Albertus de Placentia.*

temporis hæreses, infracto animo, resolutissimo calamo exprofesso contra, & aduersus Hæreticos sui æui egregiè scripsit.

Summam bipartitam aduersus Hæreses singulari eruditione refertam.

Tam egregij viri mentionem fecere Ioannes Michael Plodius *lib. de Viris Illustr. Ordinis p. p. lib.* I. §. *Lombardi Cispadani*, Antonius Senensis Lusitanus *in eius Bibliotheca Ordinis*, & alij plures, *vti ex Relationibus Lombardiæ antiquissimis*.

ANNO 1232.

2132. Fr. Paulus Dalmata. FR. Paulus Hungarus, seù vt alij volunt Dalmata, Conuentus Bononiensis filius, non minus doctrina, quàm sanctitate clarus, qui cum eximius Iurisconsultus esset, summaq; nominis laude Bononiæ Ius Ciuile, seù Legale actu in præfata Vniuersitate interpretaretur è Sancti Patris Dominici manibus Clericalem habitum suscepit nomineq;Prouincię Lombardiæ vix solemni, vt pie creditur Professione emissa ab eodem Diuo P. Dominico, ad prædicandum sacrosanctum Iesu Cristi Euangelium in partibus Hungariæ, nec non Bossinensium missus, qua propter, & meritò Hungariæ Apostolus fuerit nuncupatus, in qua Apostolica missione, postquam eius sancta prædicatione illorum populorum copiosam messem Domino aquisiuerit, proprio sanguine pro Fidei defensione, quam imperterito animo prædicauerat, Laureatus in Cælum euolauit, relictis post se posteritati plurimis suæ sapientiæ, solidæque doctrinæ monumentis, inter quæ vt fertur, solido calamo scripserat, in munère Inquisitoris.

Postillam, seù Paraphrasim super Diui Apostoli Pauli Epistolas, nec non Volumen aduersus illarum Regionum Hæreses, valdè eruditum.

Quem celebrant, Franciscus Rincetus *in cap. Finali. Vitæ Sancti Dominici*, relatus à Ludouico à Paramo *de Origine S. Inquisitionis lib.* 2. *tit.* 2. *cap.* 28. apud Vincentium Mariam Fontanam *in Theatro Dominicano p.* 3. *cap.* I. *Tit.* 3. *de Inquisitoribus ab Hæreticis mactatis num.* 18. *pag. mihi* 508. *col.* 2. §. *Paulus Dalmata*; Chronicon Iacobi de Susato, sub Generalatu Beati Iordani secundi Magistri Generalis Ordinis *fol. mihi* 146. *à tergo*, Ferdinandus Castillus *in Historia Ordinis p. p. lib.* I. *cap.* 55., Antonius Senensis Lusitanus *in Bibliotheca Ordinis*, & alij apud Ambrosium de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria* I. *ad Annum* 1224. *pag. mihi* 5. *col p.* §. *Floruit circa hæc tempora*, ex Abraham Bzouio *ad Annum* 1221. *num.* 16.

ANNO 1233.

EFfulsit in Prouincia Lombardiæ circa hæc tempora Fr. Ioannes Vicentinus, è nobilissima, antiquissimaque de Schio Familia ortus, qui ex diuturna ipsius in Bononiensi Conuentu habitatione, seù cohabitatione à non nullis de Bononia nuncupatus, vir sanctitate, atq; doctrina clarus, nec non in Apostolico munere celeberrimus, cuius singulares animi dotes Romano Pontifici benè notæ id egere, vt eumdem Ioannem Vicentinum, aduersus Æzelinum de Romano Patauij Tyrannum, cum plenissima potestate Commissarium Apostolicum miserit, qui ex officio eumdem Æzelinum de Romano, ob inobedientiam erga Apostolicam Sedem, instanti pectore, imperterritoque animo publicè excommunicauit; tanta fuit tam egregij viri in defensionem Apostolicæ Sedis constantia, ac tanta apud Æzelinum Tyrannum præfati Sanctissimi viri àuctoritas. Qui postmodum plenus non minus meritis, quàm diuinis benedictionibus, non sine totius Italiæ, atque Lombardiæ mærore, euidentissimis datis eius inculpatæ vitæ indicijs, Bononiæ è viuis decessit, apertis prius posteris ipsius doctrinæ thesauris. Scripsit itaque eximius iste vir inter cætera monumenta, tamquam preco Euangelicus: 1233. Fr. Ioannes Vicentinus.

Librum Sermonum de Tempore, necnon Librum alterum Sermonum de Sanctis. Item Summam Confessariorum, atque Illustria Commentaria in Diui Apostoli Pauli Epistolas.

Tanti viri laudes meritò celebrarunt eorum tempore Iacobus de Susato *in eius antiquissimo Chronico Ordinis sub Diui Dominici Generalatu fol. mihi* 145. *à tergo*, Ferdinandus Castillus *in Historia Ordinis p. p. lib.* I. *cap.* 53., Abraham Bzouius *in Annal. Eccles. ad Annum* 1232. *num.* I. & 2. apud Vincentium Mariam Fontanam *in Theatro Dominicano p.* 2.

cap.

cap. 2. de ministris Apostolicæ Sedis, Tit. 2. pag. mihi 353. col. 1. num. 2. §. Gregorius IX. Pont. Max., & Tit. 4. de Commissarijs Apostolicis pag. mihi 363. col. 2. num. 2. §. Gregorius Papa IX. & Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum ad Annum 1233.* & alij.

ANNO 1235.

1235. *Fr. Moneta de Cremona.* FR. Moneta de Cremona Lombardus, vir ob singularem eius sapientiam vniuerso Christiano orbi clarissimus, qui dum in sæculo adhuc maneret, in Bononiensique Vniuersitate publicè Artis gloriosissimè legeret, ad sublimiorem perfectionis statum à Deo vocatus, Sacrum FF. Prædicatorum Clericalem habitum in Conuentu Bononiensi tali feruoris spiritu, sic Diuina aspirante gratia suscespit, vt breuissimo tempore, non solum in Sacra Doctrina peritissimus, sed & sanctitate clarissimus euaserit, ita vt innumeris, crebrisque, veluti pugil fidei miraculis fulserit, ac perindè in Dominicano Martyrologio repositus fuerit. Qui pariter post susceptum Sacrum FF. Prædicatorum habitum Sanctissimi Patriarchæ Dominici æmulatus exemplum factus Apostolicus Inquisitor aduersus Hæreticos, eorumque fautores, tale indixerit bellum, vt Apostolico zelo accensus aduersus eosdem lingua atque calamo inuehendo, disputando, atque scribendo ad obitum vsque perduellauerit, vnde in Chronico Ordinis de tam eximio viro legatur, *Magister quoque Moneta famosissimus in toto Orbe terrarum, Ordinem intrauit, qui Summam Theologiæ contra Hæreticos compilauit.* Cum quibus pluries tam priuatim, quàm in publicis congressibus perpetuo infracto animo disputauit, gloriosèque de eijsdem triumphauit.

Egregias tanti Viri laudes celebrant, Iacobus de Susato *in antiquissimo Chronico Ordinis fol. mihi 144 à tergo;* Thomas Maluenda *in Annal. Ordinis ad Annum 1220. cap. 5.* Antonius Senensis Lusitanus *in Bibliotheca Ordinis*, Antonius Possevinus *in Apparatu Sacro*. Sanctus Antoninus *3. p. Hist. tit. 23. cap. 5. §. 2.* Beatus Humbertus *in Vitis Fratrum lib. 4. cap. 10.*, Ioannes Antonius Flaminius *lib. 2. de Vita Sancti Dominici*. Qui B. Moneta inter cætera scripsit Volumen Maximum aduersus errores Catharorum, atque Valdensium, quod

Summa Theologica Monetæ Cremonensis contra Hæreticos vocatur; scripsit,

Item Præclarissima Commentaria in vniuersam Aristotelis Logicam.

Ex Leandro Alberti *de Viris Illustr. Italiæ lib. 5.* Ferdinandus Castellus, *in Historia Diui Dominici lib. 1. cap. 37.* Dominico Grauina, *in Sacro Deposito cap. 22. num. 3.* apud Ambrosium de Altamura *in Bibliotheca Ordinis Centuria 1. ad Annum 1222. pag. mihi 4. col. 2. §. Beatus Moneta*, & Vincentio Maria Riualio *in Cathalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto ad Annum 1235. pag. mihi 50. lit. M. num. 171. & alijs.*

ANNO 1236.

FR. Iordanus Teuthonicus, natione Saxo, Maguntinæ Diœcesis de Villa Borsenque dicta Conuentus Bononiensis alumnus, qui etsi origine Lombardus non fuerit, ob illius tamèn præclara Sanctitatis, doctrinæ, cœlestium signorum merita, Prior Prouincialis Prouinciæ Lombardiæ à Diuo Dominico institutus fuit, quemadmodum, & adhuc eodem Sanctissimo Patriarcha Dominico superstite, ob egregias eius animi Dotes ex Prouinciali Lombardiæ omnium Religiosorum gratulatione electus fuit Magister Generalis totius Ordinis Prædicatorum. Qui Beatus Iordanus Saxo, cum omni Disciplinarum genere viresset eruditissimus, elegantissimè plura vndequaque digna conscripsit opuscula, inter cætera autem scripsit. 1236. *Fr. Iordanus Theuthonicus.*

Postillam, seù Paraphrasim super Apocalypsim valdè eruditam.

Super Priscianum minorem.

Nonnulla Grammaticalia satis digna.

Item Librum de Initijs Ordinis, cuius initium est Filijs Gratiæ.

Lecturam, siuè Commentaria in Sacrosanctum Diui Lucæ Euangelium.

Præclarissima Commentaria in quatuor Libros sententiarum.

Super Salutationem Angelicam.

Librum Concionum, siue Sermonum ad Populum.

Librum de Diui Dominici Patris nostri Solemni Translatione.

Officium, atque sequentiam eiusdem Diui Patris Dominici.

Item

Item Longam, atque pulcherimam Orationem ad Sanctum P. Dominicum.

Et tandem Coronam Beatissimæ Virginis Mariæ Matris Dei, floribus Psalmorum, atque Antiphonarum, nec non Orationum tot, quot Sanctissimum Mariæ nomem componunt contextam.

Laudes tam eximij viri, Primi Prioris Prouincialis Lombardiæ celebrant Abbas Trithemius *Lib. de Scriptoribus Ecclesiasticis.* B. Humbertus *in Vitis Fratrum Ordinis*, Sanctus Antoninus *3. p. Historiali tit. 23.* Ferdinandus Castillus *lib. 2. Historiæ Diui Dominici p. p. cap. 13.* *Hieronymus Bursellus, lib. de Generalibus Ordinis*, Iacobus de Susato *in antiquissimo eius Chronico Ordinis, fol. mihi 146.*, Leander Alberti *De Viris Illustribus Italiæ. lib. p.*, Antonius Senensis Lusitanus *in eius Bibliotheca Ordinis*, Iustinus Mecouiensis *in Litanijs Virginis Deiparæ Tom. p. Discursu 83. & Tom. 2. Discursu 254.*, Ambrosius Taegius *inter monumenta Ordinis p p. cap. 5. Lib. b.* Alphonsus Fernandez *in Concertatione Prædicatorum*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis. p. 2. lib. 1.* & Dominicus Maria Marchesius *in eius Diario Sacro. Die 13. Februarij*, apud Ambrosium de Altamura *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 1. ad Annum 1236. pag. mihi 6. col. p. §. Beatus Iordanus Teutbonicus de Prouincia Saxoniæ.*

ANNO 1237.

1237. *Fr. Bartholomæus de Tridento.*

FR. Bartholomæus de Tridento Prouinciæ Lombardiæ alumnus, vir tum ingenio, tum doctrina, atque deuotionis spiritu clarus, de quo abunde in Patrum Ordinis monumentis; Qui cum signanter in Ecclesiasticis Historijs, Sacrorum Conciliorum Decretis, Sanctorum Martyrum, atque Confessorum Actis, nec non in Dogmatica Theologia esset valdè versatus; eius sufficientiæ, doctrinæ, atque sapientiæ posteritati euidentissima indicia dari voluisset Apostolico zelo, firmissimoquè calamo æuiternitati eruditissimè scripsit.

Summam Theologicam, aduersus sui temporis Hæreses.

Martyrologium, siue Legendarium, de Vitis Sanctorum.

Atque Plura alia Opuscula diuersa, tanto Doctore digna.

Ex Ambrogio Teegio *in Monumentis Ordinis p. p.*, Antonio Senensi Lusitano, *in Bibliotheca seu Chronico Ordinis*, Ferdinando Castillo, *in Historia Diui Dominici. p. 2. lib. p.* Ioanne Michaele Plodio, *De Viris Illust. Ordinis p. 2. lib. 1.*, apud Ambrosium de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria p. ad annum 1225. pag. mihi 5. col. 1. §. Bartholomæus Tridentinus*, & ex Vincentio Maria Riualio *in Catalogo Illustr. Scriptor. Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 12. ad annum 1237. lit. E. num. 43.*

ANNO 1238.

FR. Rodulphius de Fauentia ex Romandiola Prouinciæ Lombardiæ alumnus, Vir Iuris Pontificij peritissimus, Catholicarumque veritatum, non minus, ac Dignitatis Apostolicæ Sedis propugnator accerrimus, qui ad Sanctissimi Gregorij Papæ IX. requisitionem egregiè, non minus imperterrito animo, quàm eruditissimo calamo aduersus Manichæos, Catharos, aliosque Hæreticos sui æui, impugnato calamo exprofesso scripsit. 1238. *Fr. Rodulphius de Fauentia.*

Volumen satis grande aduersus Hæreses sui temporis.

Item, & Opusculum Catholicarum veritatum, aduersus easdem Hæreses, à primo Volumine distinctum.

Tam egregij Viri meminere, Leander Alberti *de Viris Illustr. Italiæ Lib. 5.* Ambrosius Taegius *in Monumentis Ordinis p. p.*, Hieronymus Bursellus, *in Lib. de Generalibus Ordinis*, Ioannes Michael Plodius *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum. p. 4. lib. p.* & alij &c. ex *Relationibus Lombardiæ.*

ANNO 1242.

FR. Ioannes VVeldestemensis Teuthonicus, natione VVolphalus Bremensis, qui cum adhuc in seculo esset in Vtroque Iure Ciuili, atque Pontificio laureatus, deinde Deuotè Bononiæ suscepto Sacro FF. Prædicatorum Clericali habitu à Gregorio Papa IX. Bosnensi Ecclesiæ, sub Colocensi Metropolitana, Episcopus præficitur; qui postmodum deposito in manibus Sanctissimi, Episcopali onere, nulla sibi prouisione retenta pauperrimus, atq; humilimus ad Conuentum Bononiensem, vnde 1242. *Fr. Ioannes Teuthonicus.*

discesserat iterum se recepit, vbi partim circa Studium Diuinarum Scripturarum, & partim in contemplatione cum Apostolo Paulo cœlestium occupatus, à Patribus Prouinciæ Lombardiæ, plenus bonis operibus, in Priorem Prouincialem vnanimi omnium voto eligitur; & tam nitidissimum lumen diù sub modio manere non potuit, donec super candelabrum, hoc est in supremo Ordinis gradu collocaretur, quod postea, & ità euenit. Quoniam à Vocalibus Capituli Generalis Parisijs celebrati, anno 1241. omnium consensu, ex Priori Prouinciali Lombardiæ noster Ioannes Teuthonicus electus fuit in Magistrum Generalem totius Ordinis Prædicatorum, in quo munere, doctrina, præclarisque virtutibus ornatus, Argentinæ obijt præclarissimis scriptis post se relictis, tanto viro dignis. Intèr cætera autem scripsit.

Multas Epistolas vndequaque dignas, ad vniuersum Ordinem, doctrina, Apostolico zelo, atque Sanctitate refertas.

Egregias tanti Viri laudes referunt, Hieronymus Bursellus *in Lib. de Generalibus Ordinis Prædicatorum*, Leander Alberti *de Viris Illustr. Italiæ*, Diuus Antoninus *in 3. p. Historiali*, Iacobus de Susato *in eius antiquissimo Chronico Ordinis. fol. mihi* 149., Ferdinandus Castillus *in Historia Diui Dominici*, Ambrosius Taegius *in Monumentis Ordinis p. p.* Abraham Bzouius *in Annal. Eccles. ad annum* 1253., Ioannes Michael Plodius *De Viris Illustr. Ordinis, p. 2. lib. p.*, Antonius Senensis Lusitanus *in Chronico Ordinis*, Sigismundus de Ferrarijs, *de Rebus Hungariæ Prouinciæ p. 3. lib. p. cap. 5.* Seraphinus Razzius *in Historia Illustrium Virorum Ordinis. pag. mihi* 136., Vincentius Maria Fontana *in Theatro Dominicano p. p. cap. 5. de Episcopis tit. 99. pag. mihi 144. col. 2. num p. §. In Hungaria.*, apud Ambrosium de Altamura *in eius Bibliotheca Ordinis Centuria p. ad annum* 1241. *pag. mihi 8. col. p. §. Ioannis VVeldestemensis Teuthonicus.*

ANNO 1245.

1245. *Concilium Lugdunense Primum.* HOc Anno à Dominica Incarnatione Millesimo ducent. quadrag. quinto, ad promouendam reformationem morum tam Ecclesiasticorum, quam Laicorum; ad excitandam vnionem Græcorum cum Ecclesia Latina, nec non pro frenanda Saracenorum audacia, qui Hyerusalem Vrbe occupata, Sepulchroque Domini euerso, multa Christianorum millia interfecerant, ab Innocentio Papa IV. Concilium Vniuersale Lugdunense I. conuocatum fuit, Ludouico Galliæ Regi gratissimum, in qua Generali Synodo in Maiori Ecclesia Lugdunensi Viri vndequaque clarissimi astitere, & signanter Balduinus Orientis Imperator, complures Sanctæ Romanæ Ecclesiæ DD. Cardinales, Patriarchæ Constantinopolitanus, & Antiochenus, centum quadraginta Archiepiscopi, & Episcopi, nec non diuersorum Sacrorum Ordinum complures Abbates, atque Theologi inter quos plurimi de Sacro FF. Prædicatorum Ordine assumpti, in eadem Generali Lugdunensi Synodo adfuere. Vti respectiuè adnotant Abraham Bzouius *in Annal. Eccles. ad annum* 1245., Spondanus *in Annalibus Ecclesiasticis. num.* 11. *ad eundem annum* 1245. Vincentius Maria Fontana *in Teatro Dominicano.*, & Ambrosius de Altamura, qui quamplures Patres de Prouincia Lombardiæ recenset. *Ita in eius Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria* 1. *ad annum* 1245. *pag. mihi* 11. *cum sequentibus.*

Quinam autem fuerint in specialitate hi Patres de gremio Prouinciæ Lombardiæ assumpti, qui in præfato Concilio Oecumenico Lugdunensi i. interfuere cum alijs PP. prememorati Concilij Lugdunensis; ex professo suo loco, referremus inferius *Tab. 4. de PP. Prouinciæ Lombardiæ in Concilijs Generalibus Nostræ Syntaxis eorum, qui ex Prouincia Lombardiæ, ob eximiæ Doctrinæ merita primas Ordinis dignitates obtinuere.* Ad quam Tabulam 4. remittimus Lectorem aliàs benignum. Et seriem scriptam Prouinciæ Lombardiæ Chronologia seruata prosequemur.

ANNO 1246.

FR. Vgolinus de Arimino Prouinciæ Lombardiæ alumnus, vir perspicacissimo ingenio, atque singulari doctrina dotatus, qui expletis in studio Bononiensi lecturis, ob egregia eius merita, à Gregorio IX. Pontifice Maximo, dum esset Legatus Apostolicus Bo- 1246. *Fr. Vgolinus de Arimino.*

Bononiæ benè cognita, ad Ariminensem Episcopalem dignitatem subleuatus fuit, qui & in Concilio Generali Lugdunensi I. singulari tum sui, tùm Prouinciç Lombardiæ Ordinis Prędicatorum gloria, cum alijs PP. in eadem Synodo consedentibus interesse voluit, egregieque omnibus numeris scripsit.

Summam Theologicam compendiatam, ac breuem.

Item Compendium Sacrorum Canonum, nec non.

Librum Sermonum, de Tempore per totum annum.

Cuius meminere Sebastianus Olmeda, *in Vita Ioannis Teuthonici quarti Magistri Generalis Ordinis*, vna cum Ferdinando Vghello *in eius Italia Sacra Tom.* 2. & Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p p. cap.* 5. *de Episcopis. tit.* 52. *pag. mihi* 131. *col. p. num. p.* §. *In Romandiola sub Archiepiscopatu Rauennatensi*, atque *Relat. Lombardiæ*.

ANNO 1247.

1247. *Fr. Raynerius de Isorella.* CLaruit hoc anno millesimo ducentesimo quadragesimo septimo in Prouincia Lombardiæ, signanter in Conuentu Brixiensi Frater Raynerius de Isorella Brixiensis Dięcesis origine, atque cognomine Lomoardus, vir quemadmodum natalium splendore, ita pariter vitæ integritate, doctrina, atque pietate clarus, qui prius à Gregorio IX. Pontifice Maximo S.R.E. Vicecancellarius creatus, deinde ab Innocentio Papa IV. ad Magalonensem Episcopatum in partibus Galliarum promotus fuit, qui etsi in Galliç Regno existens; Prouinciç tamen Lombardiç non immemor, prędilectis præfatç Lombardiæ Prouinciæ posteris, ingenij sui monumenta relinquere desiderans, elaborato calamo, profunda periodo, atque solido conceptu aduersus Hęreses sui temporis scripsit, in lucemque edidit.

Codicem, cui titulus. Speculum aduersus Hareses.

Item Dictionarium compilauit, varia litteratura refertum.

Et Alia Opuscula varia.

De Doctore difusè loquuntur Ambrosius Taegius *in Monumentis Ordinis*, Leander Alberti, *de Viris Illustr. Italiæ*, Alphonsus Ciacconius *inter Cardinales Gregorij Papæ IX.*, Ferdinandus Castillus *in Historia Ordinis p. p.*, Antonius Senensis Lusitanus *in eius Chronico Ordinis*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustribus Ordinis*, apud Ambrosium de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Centuria p. ad annum* 1246. *pag. mihi* 13. *col. p.* §. *Hoc anno* 1246., quamuis non exprimat eius Patriam, & Relationes Lombardię, atque Conuentus Brixiensis.

ANNO 1248.

FR. Gregorius de Fauentia, Prouinciæ Lombardiæ Filius, Philosophus, atque Theologus magni nominis, vtpote qui adhuc ipso viuéte archa scientiarum dicebatur, qui dum actu esset Apostolicus aduersus hæreticam prauitatem in partibus Emiliæ, atque Flaminię Hæreticorumque terror; ob excellentem eius doctrinam, singularemque morum eius castimoniam, à Clero in Ciuitate Fauensi communi omnium Electorum suffragio, atque consensu in Episcopum Fauensem electus fuit, & a Gregorio IX. Pontifice Maximo, qui eundem Bononiæ benè nouerat, confirmatus, Concilioque Generali Lugdunensi I. vnus ex PP. in ipso consedentibus postea interfuit; qui & eruditissime scripsit. 1248. *Fr. Gregorius de Fauentia.*

Granae Volumen contra Hæreses sui temporis,

Et alia Opuscula varia, tanto Viro digna.

Cuius meminit Diuus Antoninus *in* 3. *p. Historiali tit.* 23. *cap.* 12., Ferdinandus Vghellus *Tom. p. Italiæ Sacræ*, Vincentius Maria Fontana *in Theatro Dominicano p. p cap* 8. *De Episcopis, tit.* 247. *pag. mihi* 191. *col p. num. p.* § *Pater Frater Gregorius Fauentinus*, & Relat. Lomb. atque Romandiolæ.

ANNO 1249.

FR. Stephanus Hispanus Conuentus Bononiensis alumnus, vir acri ingenio, doctrina, atque morum integritate ornatus, qui primò ex Priore, atque Inquisitore Bononiensi in Priorem Prouincialem Lombardiæ electus; postmodum Gregorio Papa IX. ad Archiepiscopatum Turritanum in Sardiniæ Regno promotus fuit, qui & vnus ex PP. Prouinciæ Lombardiæ extitit, qui summa cum Ordinis Prædicatorum gloria in Oecumenico Lugdunensi Concilio I. in- 1249. *Fr. Stephanus Hispanus.*

interfuere, qui pariter inter cætera suæ eximiæ sapientiæ monumenta posteritati reliquit.

Egregia Commentaria in Diui Apostoli Pauli Epistolas ad Corinthios.

Atque eruditissimam Postillam super Dauidicos Psalmos.

Quem tanquam eximium Virum summoperè extollunt ex nostris. Ambrosius Taegius, *inter Monumenta Ordinis p.p.*, Alphonsus Fernandez, *in Cathalogo Ordinis*, & Ioannes Michael Plodius *De Viris Illust. Ordinis p. 2. lib. p.*, apud Vincentium Mariam Fontanam, *in eius Theatro Dominicano p. p. cap. 4. de Archiepiscopis. Tit. 91. pag. mihi* 108. *col. 2. num. p.* §. *In Sardinia est Turritana Metropolis*, & Relationes Lombardiæ, Conuentusque Bononiensis.

ANNO 1250.

1250. *Fr. Ioannes de Brixia.* INter Scriptores, qui nomine Prouinciæ Lombardiæ circa hæc tempora floruere, à nostris recensetur de Anno Millesimo ducentesimo quinquagesimo quidam Fr. Ioannes de Brixia, communiter per omnium ora, Fr. Ioannes Brixiensis nuncupatus. Vir pietate, doctrina, Apostolicoque zelo dotatus, qui veluti animata Sacrosancti Euangelij tuba, potens in opere, atque Sermone, ita lapideas impiorum hominum mentes cœlestis eloquij fulgore penetrare consueuerat, vt plurimi eorum cum lachrymis prioribus detestatis criminibus, ad veræ pœnitentiæ fructus faciendos induxerit. Quinimo & iniquissimum de Romano Æzelinum Tyrannum à semitis detestandæ tyrannidis, cæterisque crudelitatis operibus, quamdiù apud illum manserit, arcere, & diuertere, atquè respectiuè plures remouere potuit; tanta fuit apud Æzelinum de Romano nostri Serui Dei authoritas, atq; æstimatio; qui Apostolicus vir posteritati plurima scripta reliquit, videlicet.

Sermones de Tempore per Annum.

Sermones De Sanctis per totum Annum.

Sermones Quadragesimales.

Atque Sermones varios ad Parochos occasione funerum.

Celebris huius Prouincię Lombardiæ Scriptoris mentionem valdè dignam faciunt Relationes Lombardiæ, apud Ioannem Michaelem Plodium *de Viris Illustr. Ordinis*, & Vincentium Mariam Riualium *in eius Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto. lit. I. pag. mihi* 33. *num.* 144. *ad annum* 1250.

ANNO 1252.

SAnctus Petrus Martyr de Verona, Prouinciæ Lombardiæ decus, Sacrosancti Euangelij tuba, totius Ordinis Prædicatorum splendidissimum iubar, Catholicæ Fidei, atque Sanctæ Romanæ Ecclesiæ indeficiens lumen, nec non perpetuus Hæreticorum terror, qui quemadmodum in Bononiensi Conuentu è Sancti Patris Dominici manibus Sacrum FF. Prædicatorum Clericalem susceperat habitum, ita illius Sanctitatis atque doctrinæ lacte in præfata Diuinarum Doctrinarum Accademia Enutritus, adeò sub tanto Magistro profecit, vt breuissimo tempore Philosophiæ, atque Theologiæ incomparabilis Doctor euaserit, qui deindè expletis in Conuentibus Lombardiæ Lecturis, ad emulanda Sanctissimi Patriarchæ Dominici præclara facinora, censor Fidei ab Apostolica Sede in partibus Lombardiæ aduersus Hæreticam prauitatem institutus, aduersus Catharos, Manichęos, aliosque Hæreticos, eorumque fautores, non sine euidentissimis eius Sanctitatis, atque doctrinæ indicijs, sic Diuina fauente gratia pluries publico certamini Florentiæ, ac Mediolani, cum supradictis Hæreticis, eorumque fautoribus in publicis disceptationibus strenuè lingua, atq; calamo pugnauit, perduelauit, eosdem deuicit, nec non de eisdem gloriosè triumphauit, siquidem, & pro præfati triũphi coronide cœlestis athleta noster, proprio cruore in Catholicarum veritatum defensionem ad æternitatem, victoriæ palmam insigniri voluit. Pronunciato enim; quin immò proprio sanguine in terris Fidei Symbolo delineato, anno millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, triplici, hoc est Virginitatis, Doctoratus, atque Martyrij aureola coronatus, ad martyrij palmam migrauit in cœlum; quem posteà anno sequenti miraculis illustrem, Sanctorum Martyrum Catalogo, Innocentius Papa IV. tota exultante Ecclesia adscripsit. De quo fertur, ipsum per antea solidissimo calamo scripsisse. 1252. *B. Petrus Martyr de Verona.*

Vpu-

Opusculum valde eruditum super Symbolum Fidei.

Sermones, tam de Tempore, quam de Sanctis, ac tandem.

Volumen satis grande, ex professo aduersus, tam Albigensium, quàm Catharorum, atq; Manichæorum delyramenta, atque errores.

Quod autem præsumendum sit, id esse verum, nimirum D. Petrum Martyrem, per antea supradicta omnia scripsisse, prout narrata fuere constat; Quoniam cumpluries, vti iam diximus supra, in litterario conflictu, gladio Diuiuarum Scripturarum de Fidei hostibus perduellando gloriosissimè triumphauerit: & cum arma tam victi, quàm Victoris in templo reponi soleant, istius, pro gratiarum actione, siuè ad gloriam de reportato triumpho, & illius procius ignominia, tanquam victi spolia. Ita pariter, & Petrus Martyr in signum Triumphi eius Diuinarum Scripturarum Codices in Templo præsentare voluerit, vti alter Aquinas eius summam, pro benedictione Cœlesti impetranda, aut ad Sancti P. Dominici exemplar, vt Conclusionum eius per ignem Catholica veritas comprobaretur iuxta illud Apostoli. *Æmulamini Charysmata meliora*. 1. Corinth. cap. 12.

Præclaras autem tanti Athletæ laudes celebrarunt Sanctissimus in Christo Pater Innocentius Papa IV. in Bulla Canonizationis eius. *Magnis, & crebris.*, Martyrologium tam *Romanum*, quàm *Sacri Ordinis Prædicatorum*. Cœsar Cardinalis Baronius *in Annal. Eccles. ad annum* 1252. Iacobus de Susato, *in eius Chronico Ordinis fol. mihi* 150. *à tergo.*, Ioannes Antonius Flaminius *in vita Sancti Dominici*, Leander Alberti. *De Viris Illustr. Italiæ*, Ambrosius Taegius *in Monumentis Ordinis p. p.* Thomas Maluenda *in Annal. Ordinis, ad Annum* 1552., Ferdinandus Castillus, *in Historia Ordinis*, Ioannes Michael Plodius *in libro Progenies Diui Dominici p. 2. lib.* 1. Ioannes Baptista Prianti *in Compendio vitæ S. Petri Martyris.*, nec non Vincentius Maria Fontana *in Theatro Sacro Dominicano, p. 3. cap. 1. De Inquisitoribus sanguine laureatis. Tit. 3. de inquisitoribus ab Hæreticis mactatis. pag. mihi* 503. *col. p. num. p. §. Sanctus Petrus de Verona. Et Relationes Lombardiæ.*

ANNO 1253.

FR. Benedictus Vrbetanus, siue de Vrbe Veteri Prouinciæ Lombardiæ alumnus, vir in Euangelica præparatione, siue in Euangelica prædicatione fructuosus, atque aduersus perditorum hominum vitia declamator Appstolicus, & feruidus, qui in Regulari Obseruantia præsentibus valde vtilem, & doctrina in Codicibus exarata, posteris mirabilem se ostendit, dum sui acutissimi ingenij præclara testimonia posteritati typis impressa mandauit, scripsit namque egregius iste vir

1253. *Fr. Benedictus de Vrbe Veteri.*

Volumen valde grande Sermonum de Tempore, &

Volumen alìud à priori diuersum Sermonum pariter de Sanctis.

Floruit celebris iste Ecclesiastes circa hæc tempora in Prouincia Lombardiæ; quamuis Ioannes Michael Plodius, *De Viris Illustr. Ordinis p. 2. lib.* 1., Antonius Senensis Lusitanus *in eius Bibliotheca Ordinis*, Hippolitus Marasius, *in Bibliotheca Mariana*, Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, & Ambrosius de Altamura velint, ipsum admitti solum, circa annum 1262. Ita Ambrosius de Altamura *in eius Bibliotheca Ordinis ad Annum* 1262. *Centuria p. pag. mihi* 18. *col.* 2. Verùm in contrarium sunt Relationes Lombardiæ antiquissimæ. Hoc tamen parum refert.

ANNO 1254.

IN Prouincia Lombardiæ floruit hoc anno millesimo ducentesimo quinquagesimo quarto Fr. Raynerius Iacconus de Placentia Lombardiæ, Vir celebris, qui priùs in manibus Beati Rolandi de Cremona tunc temporis aduersus hæreticam prauitatem in partibus Lombardiæ Apostolicus Generalis Inquisitor, hæresi eiurata, ab eodemque Sanctę Romanæ Ecclesiæ Catholicæ reconciliatus humilimeque ab ipso Sacro FF. Prædic. Clericali habitu sūpto. Statim ex Hęreticorum Duce, Catholicarum veritatum strenuus Doctor, atque promulgator, nec non propugnator factus, eijsdem Catholicę fidei hostibus perpetuum indixit bellum, quinimo tali Apostolico accensus zelo, vt communi elo-

1254. *Fr. Raynerius de Placentia.*

gio

gio dictus Frater Raynerius Hæreticorum terror nuncuparetur, cuius meritis permotus Alexander Papa IV. eumdem aduersus hæreticam prauitatem, Mediolanensem Inquisitorem Generalem Apostolicum creauit. In quo munere, cum aliàs excellentissimus Theologus, atque Canonista esset, iuxta perspicacissimi ingenij actiuitatem, egregiè scripsit.

Summam aduersus hæreses eruditissimam.

Nec non multa alia Commentaria, tanto Viro digna.

De quo vide Ambrosium Taegium *p. p. Monumentorum Ordinis*, Antonium Senensem Lusitanum *in Bibliotheca Ordinis*. Abraham Bzouium *in Annal. Ecclesi. ad annum* 1234. *num.* 24. Ludouicum de Paramo *De origine Sanctissimæ Inquisitionis tit.* 2. *cap.* 30. Ferdinandum Castillum *in Historia Ordinis, p. p. lib.* 2. *cap.* 12. Ioannem Michaelem Plodium. *De Viris Illustr. Ordinis p.* 2. *lib.* 1. Leandrum Alberti, *De Viris Illustribus Italiæ*, Alphonsum Fernandez *in Concertatione Prædicatorum*. Vincentium Mariam Fontanam *in Theatro Dominicano p.* 3. *cap.* 1. *de Inquisitoribus Ordinis. Tit.* 3. *De Inquisitoribus ab Hæreticis mactatis. num.* 18. *pag. mihi* 509. *col. p.* §. *& hoc loco dignus*. apud Ambrosium de Altamura *in Bibliotheca Ordinis centuria p. ad annum* 1258. *pag. mihi* 15. *col.* 2. §. *Raynerium Sauonum*, atq; Vincentium Mariam Riualium *in Cathalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ, manuscripto, ad annum* 1254. *pag mihi* 61. *lit. R. num.* 210.

ANNO 1257.

1257. *Fr. Emanuel de Mediolano.*

FR. Emanuel de Mediolano, Vir morum probitate valdè commendabilis, qui egregiam concionandi artem cum profunda eiusdem doctrina coniungens, breuissimo tempore inter concionandum sibi, Prouinciæ Lombardiæ, quinimò toti FF. Prædicatorum Ordini in Italia summam laudem conciliauit, qui, & in posterorum commodum diuersorum discursuum plurima opuscula compilauit, in lucemque publicam Typis impressa edidit, videlicet.

Librum Sermonum de Tempore valde eruditum.

Librum alterum Sermonum Quadragesimalium; nec non

Codicem Sermonum de Sanctis: à Doctoribus valde commendatum.

Cuius meminit inter cæteros Scriptores Albertus Castellanus Venetus *in Vitis PP. Ordinis Prædicatorum*. Ioannes Michael Plodius vna cum præfato Alberto Castellano. *De Viris Illustribus Ordinis p.* 2. *lib. p.* & Antonius Senensis Lusitanus *in Bibliotheca Ordinis*, relati ab Ambrosio de Altamura *in Bibliotheca Ordinis Centuria p. ad annum* 1262. *pag. mihi* 18. *col.* 2. §. *Emanuel Mediolanensis Lombardus*, & Relationes Lombardiæ.

ANNO 1262.

1262. *Fr. Petrus de Scaligeris.*

FR. Petrus Scaligerus Veronensis, hoc est, Fr. Petrus de Verona è nobilissima Scaligerorum familia natus, Vir pariter morum probitate, copiaque litterarum clarus, qui quemadmodum Bergomi singulari deuotione è Sancti Patris Dominici manibus Sacrum FF. Prædicatorum Clericalem habitum susceperat, ita postea in vitæ Sanctitate, atque doctrina eumdem Sanctissimum Patriarcham Summopere imitari voluit: cuius singularis obseruantiæ, nec non doctrinæ fama permotus Innocentius IV. Pontifex Maximus, nostrum Petrum Scaligerum, etsi reluctantem, Anno millesimo ducentesimo quadragesimo nono ad Patriam Sedem Episcopalem promouere voluit. In quo munere plura tanto Viro digna posteritati, sui ingenij perpetua monumenta scripsit, quæ & Prouinciæ Lombardiæ, cuius alumnus extiterat relinquere voluit. Scripsit itaque tam egregius vir inter cætera.

Eruditissima Commentaria in Matthæum.

Item Commentaria in Ioannem, cuius initium est. Nunquid ad præceptum suum eleuabitur Aquila, &c.

Volumen Sermonum de Tempore: &

Volumen distinctum Sermonum De Sanctis; Nec non

Plura alia Commentaria, supèr diuersas Bibliorum Materias.

Quinimo, & alias Postillas varias.

Quem Scriptorem eximium iusto titulo celebrant, Sixtus Senensis *in libro quarto Bibliothecæ Sanctæ*, Ambrosius

Taegius *in p. p. Monumentorum Ordinis*. Ioannes Michael Plodius *De Viris Illustr. Ordinis p. p. lib. p. & similiter p. 2. lib. p.* Antonius Senensis Lusitanus, *in Chronico Ordinis fol. mihi* 190. Ambrosius de Altamura *in Bibliotheca Ordinis Centuria prima ad annum* 1262. *pag. mihi* 19. *col. p.* §. *Petrus è Scaligera gente*. Et Vincentius Maria Riualius *in Cathalogo Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi* 55. *ad annum* 1262. *lit. P. num.* 188.

ANNO 1263.

1263. *Fr. Paulus Christiani.* FR. Paulus Christiani, siuè cognomine Christianus Origine Fabrianensis in Picæno natus, Prouinciæ Lombardiæ alumnus, acutissimi ingenij Vir, in Sacris Bibliorum paginis, nec non in Linguis Græcis, Hæbraicis, atque Caldæis versatissimus, qui cum signanter in Barchinonensi Ciuitate sub die 20 Iunij, anno ab Incarnatione Dominica Millesimo ducentesimo sexagesimo tertio, coram Iacobo Aragoniæ Rege, eiusque Nobilibus Magnatibus, Episcopis, Inquisitoribus, nobilibus, omniumque Sacrarum Religionum præstantioribus Patribus, publica, atque Solemnis Disputatio in materia Fidei, cum nominatissimo Rabbino Moyse Gerrondense indicta, cum fuisset noster Paulus Christiani, infracto animo, constantique pectore, sic Diuina aspirante gratia, cum obstinatissimo Iudæo, præliaturus, in arenam descendit, in qua Fabrianensis Lombardus noster validissimis rationibus, strenuè sic pugnauit; certauit, quousque omnibus circumsedentibus applaudentibus, de perfido Rabbino Moyse, omnibus numeris gloriosè triumphauerit; ita vt illico, non sine maxima Iudæorum adstantium confusione, in medio certamine, Rabbinus Moyses obmutesceret. Quo facto plurimi de Iudæorum turba, ibidem assistentium, in euidentissimum nostri Fr. Pauli Christiani partæ iam Victoriæ signum, ad veritatis agnitionem venientes, Sacro regenerationis lauacro, eadem occasione purificati fuere, qui Prouinciæ Lombardiæ posteris, post gloriosum de Rabbino Moyse consequtum triumphum acuminis sui ingenij perpetua reliquit monumenta, videlicet.

Grande Volumen, de Erroribus Iudæorum, nec non

Opusculum satis eruditum, de eorundem plusquam manifesta obcæcatione.

Ex Alphonso Fernandez *in concertatione Prædicatorum, ad annum* 1263. Riaga *in Historia Ordinis lib. p. cap.* 4. & Ambrosius de Altamura, *in eius Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria p. ad annum* 1263. *pag. mihi* 20. *Col. p.* §. *Paulus Christianus*. Cuius pariter meminit, & Vincentius Maria Fontana *in Theatro Dominicano p. 3. cap. 3. de Inquisitoribus in Orbe Tit. 3. pag. mihi* 549. *col. p.* §. *Anno millesimo ducentesimo sexagesimo tertio*. Quamuis præfati Authores Lombardum eumdem non exprimant, prout faciunt Relationes Lombardiæ, *Ex Conuentu Fabrianensi prouenientibus*.

ANNO 1264.

FR. Georgius à Cassano Mediolanensis, vir acumine intellectus, nec non doctrina celebris; qui expletis Lecturis in Prouinciæ Lombardiæ insignioribus Conuentibus, cum esset ad summum in Sacra Theologia, atque in seculari, Christianaque Philosophia doctus, elegantissimè posteritati reliquit. 1264. *Fr. Georgius de Cassano.*

Egregia Commentaria super quatuor Libros Magistri Sententiarum.

Atque super Vniuersam Aristotelis Philosophiam.

Tam eruditi profundique viri, mentionem plausibilem fecere, Ambrosius Taegius *p. p. Monumentorum PP. Ordinis*. Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis p. 2. lib. p.* Antonius Senensis Lusitanus *in Chronico Ordinis fol.* 87. & Ambrosius de Altamura *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria* 1 *ad annum* 1262. *pag. mihi* 18. *col.* 2. §. *Georgius à Cassano Mediolanensis*.


Eodem anno ab Incarnatione Dominica millesimo ducentesimo sexagesimo quarto, Sexto Calendas Aprilis. Occasione, qua à Iacobo Aragoniæ Rege pijssimo emanauit edictum, vt in toto Aragoniæ Regno, omnes, ac singuli Iudæorum Libri ab impijssimis in Christum Dominum, illiusque Sanctissimam Matrem Dei Genitricem Mariam Blasphemijs, sub grauissimis pœ- 1264. *Fr. Petrus de Genua.*

nis

nis expurgarentur, præfatas, atque consimiles hæreticales Blasphemias continentes, publicè in ignem traderentur. Sicque exemplariter a PP. Sacri Ordinis Prædicatorum, & signanter à Fratre Petro de Genua Sacræ Theologiæ Magistro, Prouinciæ Lombardiæ alumno, summo studio, parique attentione, prout congruebat, præfati Iudæorum Libri omnes, iuxtà Catholicam, pijssimamque Iacobi Regis mentem expurgati fuere. Qui Fr. Petrus de Genua præcedenti anno millesimo ducentesimo sexagesimo tertio, à Priore Prouinciali Prouinciæ Lombardiæ ad requisitionem Sanctissimi in Christo Patris Vrbani Papæ IV. vna cum Fratre Paulo Christiani Fabrianensi, ex professo ad publicè disputandum cum Iudæis in materia Fidei in Cathaloniæ Regno, Barchinonæ, è Bononia missus fuerat. Qui Fr. Petrus de Genua circa eadem tempora, & ipse pariter aduersus Iudæorum Rabbinos, & publicè, atque primatim, non tantum verbo, sed & Calamo, Catholicarum veritatum defensionem in se suscipiendo, disputando, decidendo, atque scribendo, de eisdem perfidis Rabbinis pluries triumphauit, qui eàdem quoque occasione in vtilitatem Ecclesię scripsit.

Codicem aduersus Iudæorum errores valde elaboratum.

Præfati Petri Ianuensis meminere. Riagus, *in eius Historia Ordinis Lib. p. cap.* 15. Alphonsus Fernandez *in Concertatione Prædicatorum*. Apud Vincentium Mariam Fontanam *in Theatro Dominicano, p. 3. de Ministris Sanctæ Inquisitionis in Orbe cap. 3. tit. 3. pag. mihi 549. col. 2. §. Iacobus Aragoniæ Rex in calce.* Abraham Bzouius *in Annal. Eccles. ad annum* 1263. *num.* 17. Vincentius Maria Fontana *in Monumentis Dominicanorum, ad annum* 1254. Et Ambrosius de Altamura *in Bibliotheca Ordinis in Appendice ad Centuriam Primam anni* 1283. *pag. mihi* 455. *col.* 2. §. *Quum autem Rabbini nihil in suis libris blasphemum contineri*: atque Relationes Lombardiæ.



ANNO 1265.

FR. Iacobus de Vrbe Veteri, vir ingenio subtilis, atq; acutus, qui ob egregias ipsius animi dotes à Gregorio X. Pontifice Maximo Archiepiscopus Tarentinus creatus fuit, Concilioq; Lugdunensi ii. postea interfuit. Et cum esset amicissimus Scriptorum Sancti Thomæ Aquinatis, nec non personæ eiusdem Angelici Doctoris addictissimus, siquidem, & ipse Theologus profundissimus, egregiumque, de Venditione opusculum tanto Viro dignum compilasset, præfatum opusculum eidem Diuinæ voluntatis Interpreti pariter de Anno millesimo ducentesimo septuagesimo postmodum dicauit. Scripsit itaq; Doctor iste vir summopere clarus inter cætera eius scripta. 1265. *Fr. Iacobus de Vrbe Veteri.*

Eruditissimum Tractatum de Venditione.

Ita ex Ioanne Michaele Plodio *de Viris Illustr. Ordinis p. 2. lib.* 1. Ferdinando Vghello *in eius Italia Sacra Tom. 9.* Alphonsos Fernandez *in Concertatione Prædicatorum*, & Vincentio Maria Fontana *in Theatro Dominicano p. p. cap. 4. tit. 98. num. 1. pag. mihi 12. col. 2. §. P. Fr. Iacobus de Viterbio*; apud Ambrosium de Altamura *in Bibliotheca Ordinis Centuria 1. ad Annum 1273. pag. mihi 27. col. 2.* quamuis faciant ipsum Viterbiensem contra tenorem antiquissimarum Relationum Lombardiæ, quæ præfatum Iacobum declarant Vrbeuetanum Prouinciæque Lombardiæ alumnum. Ex Relationibus Lombardiæ Conuentus Bononiensis.

ANNO 1267.

FR. Bartholomeus de Bragantijs Vicentinus, vir sui sæculi celeberrimi nominis, qui non minus probitate morum, quàm doctrinarum copia, quibus abundè fulgebat, quasi indissolubili fędere, mirificoque Ordinis sanguinis nobilitatem, vitæ sanctitatem, atque scientiam vicissim in seipso supra sensus hominum in vnum connectere potuit. Inclytus siquidem iste vir, vti Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Doctor; ab Honorio III. Pontifice Maximo immediatè post Diuum Dominicum in locum Magisterij Apostolici Palatij in alma Vrbe subrogatus fuit, tanta erat apud Sanctam 1267. *Fr. Bartholomeus de Bragantijs.*

Sedem eius doctrinæ alta æstimatio. Deinde ab Innocentio Papa IX. Anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo octauo in Cyprio Regno Nicosiensis Episcopus creatus fuit. Inde ab eodem Innocentio Papa IV. in Syriam ad Sanctum Ludouicum Galliarum Regem Legatus Apostolicus de Latere Missus, ita benignè à Diuo Ludouico acceptus fuit, vt eumdem Bartolomeum de Bragantijs, in omnium eius conscientiæ arcanorum arbitrum sibi spontè delegerit. Et postmodum ab Alexandro Papa similiter IV. Anno millesimo ducentesimo quinquagesimo sexto Vicentinæ Ecclesiæ summa omnium tam nobilium, quàm ciuium lætitia Pastor præficitur, qui tamdem postquam innocentissimè vixisset in terris cumulatus meritis Vincentiæ Anno millesimo ducentesimo sexagesimo octauo obijt, regnaturus in Cælo, relictis post se clarissimis suæ sapientiæ, profundæque doctrinæ monumentis, inter quæ eius manuscripta referuntur.

Elaboratissima in Sacram Scripturam, quàm Romæ ex officio exposuerat in Apostolico Palatio, Commentaria.

Codices Mirabiles, de Calesti Hierarchia, quos dum esset Sacri Palatij Apostolici Magister, compilauerat.

Item Libros Diui Dionisij Areopagitæ, eruditissimis Commentarijs illustrauit.

Item Librum Sermonum, de Tempore, varijs Sacræ Scripturæ sententijs refertum.

Item & Liberum alterum Sermonum de Sanctis pariter valde eruditum.

Et alia plura Opuscula, tam eximio Scriptore digna.

Cuius egregias laudes celebrant, Ambrosius Taegius *in Monumentis Ordinis*; Ferdinandus Castillus, *in Historia Ordinis p. p.*, Leander Alberti, *de Viris Illustr. Italiæ*, Hieronymus Bursellus *in Vitis Magistrorum Generalium Ordinis*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum*, Spondanus *in Actuario Chronologico ad Annal. Eccles. Barony*, Iacobus Marzarius, *in Historia Vicentina*, Lefihere *in Manuali Historico*, Iacobus de Sulato *in Chronico antiquissimo Ordinis, sub Generalatu B. Humberti fol. mihi* 150. *a tergo*, Ferdinandus Vghellus *in eius Italia Sacra*, Marcus Antonius Thieneus, *in Cathalogo BB. Vicentinorum, atque Scriptorum*, Vincentius Maria Fontana *in Theatro Dominicano p. p. de Pastoribus Eccles. cap. 5. de Episcopis Tit.* 633. *pag. mihi* 322. *col.* 2. *num.* 1. §. *Vicentinæ Ecclesiæ in Lombardia*, Ambrosius de Altamura *in Bibliotheca Ordinis, Centuria* 1. *ad Annum* 1268. *pag. mihi* 24. *col.* 1. §. *Beatus Bartholomeus de Bragantijs*, Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis*, & Vincentius Maria Riualius, *in Cathalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, ad Annum* 1267. *pag. mihi* 12. *lit. B. num.* 44. & alij plures.

ANNO 1269.

FR. Morandus de Signia, aliàs Conuentus Sanctæ Mariæ Nouellæ, de Florentia Filius, qui postea à Clemente IV. Pontifice Maximo, ex Episcopo Caliensi, Anno millesimo ducentesimo sexagesimo quinto, translatus fuit ad Ecclesiam Fanensem in Vmbria, vbi similiter, & ex originali Florentino Conuentu, occasione præfata pro pleniori spiritualium bonorum communicatione in Sacro FF. Prædicatorum Ordine ad Conuentum Fanensem transtulit sui affiliationem; qui eximius vir, cum valdè eruditus esset, nec non potens in opere plura scripsit, signanter. *1269. Fr. Morandus de Signia.*

Eruditissimum Volumen aduersus errores Græcorum.

Volumen aliud Sermonum de Tempore per totum annum.

Atq; tertium Volumen Serm. de Sanctis singularis eruditione exornatum.

Celeberrimi huius Antistitis, qui Lõbardiæ Prouinciam eius memoria plurimum in Concilio postea Lugdunensi ii. illustrare voluit, meminere, ex nostris Abraham Bzouius *in Annal. Eccles. Tom.* 13. *ad Annum* 1225. *num.* 12. Ferdinandus Vghellus, *In Italia Sacra Tom.* 2. Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. p. cap. 5. de Episcopis tit.* 121. *pag. mihi* 150. *col.* 2. §. *In Historia Vmbriæ num.* 1. *& Tit.* 241. *pag. mihi* 191. *col.* 1. *num.* 2. §. *P. Fr. Morandus de Signia*; *& p. 2. cap. 3. de Patribus in Concilijs Tit.* 5. *de Concilio Lugdunensi ii., pag. mihi* 370. *col.* 1. §. *Assidebant*; & Relationes Lombardiæ.

AN-

ANNO 1270.

1270. *Fr. Ioannes de Mediolano.* FR. Ioannes de Oppreno Mediolanensis, vir quemadmodum ingenio, atque singulari doctrina clarus, ita pariter & sui temporis Concionator omnibus numeris in Italia omnium celeberrimus, quippe qui non tantum verbo, sibi famam conciliauit generalem, sed & purgatissimo sui calamo, eruditissimoque scripto eamdem sibi, atque Ordini confirmauit, dum posteritati suæ sapientiæ sequentia edidit monumenta videlicet.

Librum eruditissimorum Sermonum de tempore per totum annum.

Aliud volumen Concionum de Sanctis satis eruditum.

Item Codicem Sermonum de Laudibus Beatissimæ Virginis Deiparæ.

Et Librum variorum Sermonum pro Animabus, siuè suffragijs, animarū defunctorum pro Parochis, siuè alijs curam habentibus animarum.

Laudes egregij huius Lombardiæ Prouinciæ viri, celebrant Ambrosius Taegius *in monumentis PP. Ordinis,* Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis p. 2. lib. 1.* Antonius Senensis Lusitanus, *in Catalogo, siuè Bibliotheca Ordinis,* Alphonsus Fernandez *in Concertatione Prædicatorum,* & Ambrosius de Altamura *in Bibliotheca Ordinis Centuria prima ad annum 1262. pag. mihi 19. col. 2.* Relationes Lombardiæ.

ANNO 1271.

1271. *Fr. Petrus Angelellus.* FR. Petrus Angelellus, aliàs Lucensis, verum origine Bononiensis, vir in omni fere disciplinarum, atque scientiarum genere abundè versatus, signanter in Teologia, Iureque Pontificio, non solum Laureatus; verùm & per omnium sui æui ora, adeo celebris, vt ob singularia eius merita, prius à Clemente IV. Pontifice Maximo Sacri Palatij Apostolici Magister creatus fuerit; deindè à Gregorio Papa X. Lucanus Episcopus denunciatus fuerit. Vnde postmodum in Lugdunensi Concilio Generali ii. inter PP. Ordinis, qui ibidem considentes, Prouinciam Lombardiæ propria doctrina illustrarunt enumeratur. Qui ex Bononiensis Conuentus alumno, quinimò, ex Bononiensis Conuentus Baccalaureo factus Sacri Palatij Apostolici Magister, in præfato munere, inter cætera scripsit.

Egregia Commentaria super quatuor Libros Sententiarum.

Item eruditissimam Casuum Conscientiæ summam.

Et alia plura notatu dignissima, quæ Authores nondum in lucem dederunt.

De quo Diuus Antoninus *in 3. p. Historiali cap. 11. tit. 23.* Ferdinandus Vghellus *Tom. 1. Italiæ Sacræ,* Vincentius Maria Fontana *in eius Theatro Sacro Dominicano p. p. cap. 5. de Episcopis Tit. 345. pag. mihi 218. col. 2. num. 1. §. ex Prædicatoribus, & p. 2. cap. 3. de Patribus in Concilijs, Tit. 5. de Concilio Lugdunensi ii. pag. mihi 370. col. 1. § Assidebant,* & Relationes Lombardiæ, atque Conuentus Bononiensis.

ANNO 1272.

FR. Petrus Falconius de Reggio Lombardiæ, in sæculo adhuc cum esset Doctor vtriusque Iuris celebris, in Sacro Fratrum Prædicatorum Ordine, Theologus eximius effectus, ita eius fama increbuerat, vt per omnes Italiæ partes vniformis, atque vnisona breuissimo tempore peruenerit, ita vt audita fama nostri Betri Falconij in alma Vrbe à Gregorio Papa X. eumdem Petrum in Maiorem Pęnitentiarium creauerit Apostolicum, qui egregius vir, dum in Romana Curia detineretur, tam eruditè; tantà que attentione in fauorem Apostolicæ Sedis scripsit, vt breuissimo tempore, duo insignia volumina in defensionem, euidentemque Ecclesiæ vtilitatem compilauerit. Edidit itaque celeberrimus ille Doctor. 1272. *Fr. Petrus de Reggio.*

Summam verè auream, in qua mirifica Methodo, Ius Canonicum cum Diuino concordauit.

Item Vniuersam Legem Ciuilem, ad instar Conclusionum, facilimè redegit.

Ita referunt Ambrosius Taegius, *inter monumenta Ordinis p. 2.* Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 1.* & Antonius Senensis Lusitanus *in Chronico Ordinis,* apud Ambrosium de Altamura *in Bibliotheca Ordinis, Centuria 1. ad Annum 1273. pag. mihi 28. col. 1.,* cui accedit, & Vincentius Maria Riualius *in Catalogo Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ pag. mihi 55.*

ad Annum 1272. *lit. T. num.* 189.

1272. *Fr. Annibaldus de Annibaldis.* Hoc quoque Anno millesimo ducentesimo septuagesimo secundo, non sine maxima totius Ordinis, & signanter Prouinciæ Lombardiæ iactura, è viuis decessit Fr. Annibaldus de Annibaldis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, qui in alma Vrbe, in Sanctæ Sabinæ Conuentu Prouinciæ Lombardiæ Sacrum FF. Prædicatorum Clericalem habitum cum suscepisset, tanto, ac tal propensionis erga Prouinciam Lombardiæ affectu inclinatus fuit, vt ab Apostolica Sede eidem Lombardiæ Prouinciæ Parochialem Sanctæ Mariæ Ecclesiam Ciuitatis Veteris ad habitandum obtinuerit, erigendo insuper à fundamentis proprio ære, cum esset S. R. E. Præsbyter Cardinalis Conuentum Vrbeuetanum, in quo PP. Lombardiæ Prouinciæ, ad Annum vsque 1636. habitauere, in quo Anno postea ob aeris inclementiam PP. Lombardiæ præfatum Conuentum dimisere, & tunc Prouinciæ Romanæ fuit vnitus. Qui Fr. Annibaldus S. R. E. Cardinalis, litteratissimus cum esset, tantæ auctoritatis apud Sanctum Thomam Aquinatem extitit, præsertim, dum in Bononiensi Studio Theologiam legeret: vt postquam iste ab Vrbano IV. Pontifice Maximo creatus fuit S. R. E. Cardinalis, idem Angelicus Doctor, secundum scriptum in Libros Magistri Sententiarum, præfato Eminentissimo Annibaldo dicauerit. Qui & ipse Eminentissimus Vir vndequaque celeberrimus egregie scripsit,

Præclarissima Commentaria super quatuor Libros Sententiarum, nec non Librum Quodlibetorum valde eruditum.

Eximias tanti Viri dotes inter cæteros, recensent Ambrosius Taegius, *in Monumentis Ordinis p.* 6. Ferdinandus Castillus, *in Historia Ordinis, Centuria* 1. Sanctus Antoninus, *in p.* 3. *Historiali tit.* 23. *cap.* ii. Leander Alberti, *de Viris Illustr. Italiæ lib.* 3. Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis lib.* 4. Alphonsus Ciacconus, *in Vitis Romanorum Pontificum,* Antonius Senensis Lusitanus, *in Chronico Ordinis*, Vincentius Maria Fontana *in Theatro Dominicano p. p. cap.* 2. *de Cardinalibus S. R. E. num.* ii. *pag. mihi* 14. *col.* 1. apud Ambrosium de Altamura *in Bibliotheca Ordinis Centuria* 1. *ad Annum* 1272. *pag. mihi* 27. *col.* 1.

ANNO 1273.

Fr. Iacobus Scalza de Vrbe Veteri, Vir in Euangelica prædicatione, præsertim, in dicendo, atque declamando, nec non suadendo respectiuè mirabilis, qui è suggestu veluti alter Diuus Dominicus, tali, ac tanto Apostolico spiritu aduersus mala mundi, nec non perditissimos homines, ita cum facta animarum declamare consueuisset, vt sui temporis nouus orbis Apostolus communiter nuncuparetur, qui pariter, & in lucem satis eruditos edidit. 1273. *Fr. Iacobus de Vrbe Veteri.*

Sermones Quadragesimales, valde vtiles,

Sermones item Prædicabiles de Tempore per annum.

Et Sermones de Sanctis, satis eruditos.

Cuius meminit Antonius Senensis Lusitanus, *in Chronico, siuè Bibliotheca Ordinis*, Ioannes Michael Plodius cum ipso *in lib de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p.* 2. *lib.* 1.; quemadmodum, & Vincentius Maria Fontana, *de Prouincia Romana cap.* 6. apud Ambrosium de Altamura *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria* 1. *ad annum* 1263. *pag. mihi* 20. *col.* 1.

ANNO 1274.

Hoc Anno ab Incarnatione Dominica millesimo ducentesimo septuagesimo quarto, pro vnione Latinæ, ac Græcæ Ecclesiæ Sanctissimus in Christo Pater Gregorius Papa X. Generale Concilium Lugdunense ii. indixit, cui Generali Synodo idem Summus Pontifex præfuit, assistentibus Pantaleone Constantinopolitano, atq; Elizano Antiocheno Patriarchis; vna cum Legatis Michaelis Imperatoris Orientis, hoc est Grecorum, nec non Oratoribus septem Regum, quingentis Archiepiscopis, & Episcopis, quàm pluribus Abbatibus, Theologisque præstantissimis, tam Secularibus, quàm Regularibus diuersorum ordinum, & signanter de Sacro FF. Prædicatorum Ordine, specialiter autem, & de corpore Prouinciæ Lombardiæ. Ex Abraam Bzouio *in Annal. Eccles.* ad *Annum* 1274. *num.* 5. & Spondano *ibidem num.* 1. apud Vincentium Mariam Fontanam *in Theatro p.* 2. *cap.* 3. *tit.* 1274. *Indictio Concilij Lugdunensis ii.*

3. *tit.* 5. *pag.* 370. *col.* 1.

Quinam autem in indiuiduo fuerint hi præclarissimi Prouinciæ Lombardiæ Patres Ordinis qui cum tam singulari Religionis Dominicanæ gloria, in hoc œcumenico Lugdunensi Concilio ii. cum alijs PP. adfuere, exprofesso proprio loco *in Tabella 4. de Patribus in Concilijs, §. de Concilio Lugdunensi ii. in nostra Syntaxi* referemus, ne eadem pluries repetamus.

ANNO 1275.

1275. Fr. Herbordus Bergomensis. FR. Herbordus, origine Pannonius, verùm Bergomensis Conuentus alumnus, & postmodum Bergomensis Episcopus, Rhetor, Philosophus, atque Theologus celeberrimus, cuius singularis doctrina, morumque probitas, cum ad aures Vrbani IV. Pontificis Maximi peruenissent, fama tanti Viri Romanus Pontifex permotus, præfatus Vrbanus nostrum Fratrem Herbordum, motu proprio, Episcopum Bergomensem creauit Anno millesimo ducentesimo sexagesimo primo, qui postea cum alijs amplissimis PP. Ordinis in Generali Synodo Lugdunensi ii. interfuit, qui eximius vir, inter cętera egregiè scripsit.

Librum valde eruditum aduersus Hæreses.

Item Commentaria, siue Postillam super Septem Psalmos Pœnitentiales.

Atque Codicem Sermonum de Tempore ad populum.

Cuius meminit Sigismundus Ferrarius *in Libro, seù Historia de Rebus Hungaricis, lib. 1. p. 3.* vnà cum Ferdinando Vghello, *Tom. 4. Italiæ Sacræ*; & Vincentius Maria Fontana *in Theatro Sacro Dominicano p. p. cap. 5. de Episcopis, tit. 84. pag. mibi 139. col. 2. num. 2. §. P. F. Herbordus Pannonius*; *& p. 2. cap. 3. de PP. in Concilijs tit. 5. de Concilio Lugdunensi ii. pag. mibi 370. col. 1. §. Assidebunt inter tot Insulatos.*

ANNO 1276.

1276. Fr. Bartolomeus de Bononia. FR. Bartolomeus de Bononia Lombardus, fidelissimus Angelici Doctoris Sancti Thomæ Aquinatis Discipulus Bononiæ; è cuius cælestis Doctrinæ promptuario, talem, ac tantam scientiæ copiam hausit, vt & ipse Bartholomeus noster, inter præcipuos sui temporis Doctores primæ lineæ, enumerari consueuerit. Cuius rei, euidentia testimonia, sint eruditissimi Codices, quos iste Author, tutissimo calamo, breuissimoque tempore compilauit. Scripsit enim inter cætera.

Historiam totius Orbis copiosissimam ab eius exordio, vsque ad eius tempora.

Item Sermones de Tempore, valde eruditos.

Et Sermones, de Sanctis, mira eruditione refertos.

Floruit celebris iste Scriptor, circa Annum millesimum ducentesimum septuagesimum sextum Bononiæ, si credendum sit Leandro Alberti, *de Viris Illustr. Italiæ*, Ambrosio Senensi Lusitano *in Chronico Ordinis*, atque Ioanni, Michaeli Plodio *de Viris Illustr. Ordinis*, à Vincentio Maria Riualio relatis *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi 12. ad annum 1276. lit. B. num. 43.*

ANNO 1277.

FR. Seruulus Genuensis Prouinciæ Lombardiæ alumnus, Vir ob singularem Philosophiæ, Theologiæ, sacrarumque paginarum peritiam, atque Ecclesiasticarum incomparabilem memoriam, morumq; præexcellentem probitatem re vera mirabilis, cuius vniuersali fama permotus Clemens Papa IV. eum Brugnatensem Episcopum creauit anno millesimo ducentesimo sexagesimo quinto, qui & Lugdunensi Generali Concilio ii. cum pluribus PP. Ordinis interfuit, qui & inter cætera sui Opera, vti communiter fertur scripsit. 1277. Fr. Seruulus Genuensis.

Summam breuem casuum Conscientiæ pro eius Clero.

Atque alia Opuscula varia, tanto viro digna.

Cuius meminit Ambrosius Taegius *inter Monumenta Ordinis*, & ipse Ferdinandus Vghellus, *Tom. 4. Italiæ Sacræ*, & Vincentius Maria Fontana *in Theatro Sacro Dominicano p. p. cap. 5. de Episcopis tit. 107. pag. mihi 146. col. 2. num. 1. §. Liguriæ Ciuitas, & p. 2. cap. 3. de PP. in Concilijs, tit. 5. de Concilio Lugdunensi ii. pag. mihi 370. col. 1. §. Assidebant inter tot.*

Eodem anno à Dominica Incarnatione 1277.

ne

ne millesimo ducentesimo septuagesimo septimo in Prouincia Lombardiæ, & signanter in Cæsenatensi Ciuitate florebat, tum temporis, & Fr. Franciscus Lampugnani nobilis Mediolanensis, vir in omni fere disciplinarum genere valde versatus, signanter autem tā in Scholastica, quàm in Morali Theologia Doctor celeberrimus, in proximos pariter charitate feruentissimus, qui à Gregorio X. Pontifice Maximo Cæsenatensis Episcopus vix creatus, postmodum Generali Lugdunensi Concilio ii., & ipse cum corona aliorum amplissimorum PP de sacro FF. Prædicatorem Ordine assumptorum interfuit eius doctrina in præfata Synodo sibi, atque vniuerso Ordini celeberrimam conciliauit famam, qui & eruditissime compilauit.

Fr. Franciscus Lāpugnani.

Summam breuem pro Clericorum instructione.

Item Libellum Doctrinæ Christianæ pro fideli paruulorum, atque simplicium intentione.

Atque Codicem, cui titulus Manuale Parochorum.

Cuius meminere Ioannes Michael Plodius *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 3.* & Ferdinandus Vghellus *Tom. 2. Italiæ Sacræ*; & Vincentius Maria Fontana *in Theatro Sacro Dominicano p. p. cap. 5. de Episcopis, tit. 162. num. 1. pag. mihi 165. col. 2. §. Fr. Franciscus,* vbi facit eum de Prouincia Romana sine cognomine, atque sine Patriæ specificatione: addens insuper, quod Præfatus Fr. Franciscus deposito carnis onere, è viuis decessit, anno 1270., & vlterius quod idem Fr. Franciscus creatus fuerit Cæsenatensis Episcopus ab Vrbano Papa IV. anno salutis millesimo ducentesimo sexagesimo tertio, ibidem.

Verùm bona pace præfati Vincentij Mariæ Fontanæ; diceremus, quod videtur sibi contradicere. Nam idem Fr. Vincentius Maria Fontana *in eodem Theatro Dominicano, p. 2. cap. 3. de PP. in Concilijs, tit. 5. pag. mihi 370. col. 1. §. Assidebant inter tot infulatos Patres,* facit superstitem inter PP. Concilij Lugdunensis ii. Fratrem Franciscum Episcopum Cæsenatensem. Et tamen Concilium Lugdunense ii. indictum non fuit à Gregorio Papa X. nisi dumtaxat de anno 1274. ergo non est verum quod idem Pater obierit de anno 1370. Præterea dixerat quod ab Vrbano Papa IV. creatus fuerit Episcopus Cæsenatensis, & quod pluribus annis eamdem Ecclesiam Cæsenatensem rexerit, & postea vult, quod anno 1271. decesserit cum ab anno 1263. vsque ad annum 1270. non nisi septem anni mediauerint, si itaque Vincentius Maria Fontana deceptus fuit in hac parte, cur decipi non potuerit, & circa affiliationem eius Prouinciæ, circa quam partem facilius decipi potuerat. Standum est igitur Relationibus Prouinciæ Lombardiæ antiquissimis, nec non Relatis à Plodio *de Viris Illustr. Ord. p. 2. lib. 3.*

ANNO 1278.

Fr. Anselmus de Genua, vir acri ingenio præditus, simulque profundus Philosophus, nec non specialiter in Sacra Theologia Prouinciæ Lombardiæ Magister praclarissimus, qui aduersus hæreticam prauitatem in Ciuitate Ianuensi factus Inquisitor Generalis Apostolicus, posteris eius successoribus Inquisitoribus eorum omnium, quæ directé, vel indirecté, quomodolibet ad Sanctissimæ Inquisitionis Tribunal spectare possunt egregiam, perutilemque summam pari studio, singularique attentione, prout opportet, compilauit, etsi vernacula lingua conscriptam, siuè exaratam, cui titulus.

1278. Fr. Anselmus de Genua.

Constitutioni spettanti alla Santa Inquisitione.

Cuius specialiter meminerunt Cyprianus Vberti *De Inquisitoribus*. Ioannes Michael Plodius *In Historia Ordinis Lib. 2. cap. 56.* Alphonsus Fernandez *in Concertatione Prædicatorum, ad annum 1256. fol. mihi 125. num. 4.* Abbas Michael Iustinianus *de Scriptoribus Liguribus*, & Ambrosius de Altamura *in eius Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria p. ad annum 1279. pag. mihi 49. col. p. §. Anselmus Genuensis.*

ANNO 1279.

Fr. Ioannes Fanensis in Vmbria Prouinciæ Lombardiæ alumnus, vir nobili dotatus ingenio, doctissimus Theologus, atque Sacrorum canonum, Iuris totius Pontificij, nec non Sacrorum Conciliorum grandi eruditione vere exornatus, vtpotè, qui firmissimo eruditissimoque calamo, doctissimam to-

1279. Fr. Ioannes de Fano.

totius Iuris Canonici summam breuissimo tempore compilauerit, eamdemque in lucem ediderit, quæ & in Patauiensi Bibliotheca Ordinis seruatur. Scripsit itaque eximius iste vir.

Summam totius Iuris Canonici, omni eruditione refertam.

Et alia Opuscula varia satis digna.

Ita refert Hortonouus, *in eius notis ad Ioannem Michaelem Plodium in Historia Sacri Ordinis Prædicatorum fol.* 286. apud Vincentium Mariam Riualium, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi* 33. *ad annum* 1279. *lit. I. num.* 143.

ANNO 1280.

1280. *Fr. Ioannes Balbi.* FR. Ioannes Balbi, siuè Balbus de Genua Ligur Prouinciæ Lombardiæ alumnus, vir in linguis tam Latina, quàm Græca, in alijsque scientijs, atque Disciplinis peritissimus, non minus ac vitæ probitate clarus, qui cum disertissimus in seculo esset, tanquam si sibi dicta fuissent à Christo Domino illa Sacrosancti Euangelij verba. *Vendite, quæ possidetis, & date pauperibus*; Iste Ioannes Balbi in hac parte magnum Antonium Ægyptium, nec non Seraphicum Sanctum Franciscum Assisiatem imitatus statim venditis omnibus, Christique pauperibus liberalissime distributis, Sacrum FF. Prædicatorum Ordinem intrauit, in cuius rei testimonium, Author Chronicorum Ordinis, de præfato Ioanne Balbo Ianuensi inter cætera sic habet. *Gioanni Balbo, nato nella Città di Genoua dell'Ordine de Predicatori in questi tempi, fù dottissimo; & essendo costui d'età quasi matura, e di facoltà mondane assai ricco, distribuì à poueri ogni sostanza, e si fece Religioso &c* Quinimo tam inculpatæ vitæ, iste Dei famulus extitit, vt in Sanctorum Thomæ, & Appollinaris Papiensi Templo, vti Beatus Ordinis pictus, ibi deseruatur. Quapropter & Alphonsus Fernandez; de tam præclaro famulo Dei, sic habet. *Gran splendore apportò ne tempi suoi alla Patria Frà Gioanni Balbo Genouese, Religioso di tanta integrita, che non vi hà mancato, chi lo riponga nel numero de Beati, e come tale si vede dipinto nel Tempio di San Tomaso di Pauia in luogo eminentissimo al Soffitto.* Hæc ille. Qui Ioannes Balbus inter mirabilia sui scripta, Prouinciæ Lombardiæ posteris relicta, in lucem edidit, sequentia volumina, videlicet

Dictionarium, cui titulus *Catholicon*. Hoc est *Vniuersale. Tribus in magnis voluminibus distributum.* Haberturque in Bibliotheca Vaticana Romæ,

Codice 1472.

Codice 1473. &

Codice 1474.

Item eruditissimè scripsit, *Egregiam Postillam super quatuor Sacrosancta Christi Domini Euangelia; Cuius operis eximij initium est. Cur voluit Deus, non plures, quam quatuor esse Euangelistas.*

Item Librum Theologicarum Quæstionum.

Item Librum de Anima, & Spiritu.

Librum pariter de Anima, & Corpore.

Item Librum, pro inueniendis diebus Festis Mobilibus.

Egregia merita tam inclyti Scriptoris Prouinciæ Lombardiæ recensent Sixtus Senensis *in eius Bibliotheca Sancta*, Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis*. Ioannes Michael Plodius *De Viris Illustr. Ordinis, p.* 2 *lib. p.* Antonius Posseuinus *in eius Apparatu Sacro*. Ambrosius Gozzius *in Cathalogo Scriptorum Ordinis*, Seraphinus Razzius *in Historia de Viris Illustr. Ordinis*, Michael Abbas Iustinus *de Scriptoribus Liguribus*, & Alphonsus Fernandez *in concertatione Prædicatorum*, apud Ambrosium de Altamura *in Bibliotheca Ordinis Centuria* 1. *ad Annum* 1280. *pag. mihi* 15. *col.* 2. §. *Ioannes Balbus Patritius Genuensis Ligur.*

ANNO 1282.

FR. Pinamons Peregrini de Brambate Bergomensis Diæcesis Lombardus, Vir in vtroque Iure, tàm Legali, quàm Canonico, siuè Pontificio Doctor egregius, qui è Diui Dominici manibus Sacro FF. Prædicatorum habitu suscepto, breuissimo tempore, ex litterarum studio, pietate, prudentia, atque Sapientia adeò profecit, vt Bergomensis Conuentus, simul ac Vrbis, respectiuè Prior, atque Apostolicus Inquisitor aduersus Hæreticam prauitatem 1282. *Fr. Pinamons Peregrini.*

exti-

extiterit, qui tandem pari puritate, ac pietate elegantiſsimo ſtylo ſcipſit,

Vitas Sanctorum Alexandri, Grata, Firmi, & Ruſtici Ciuium Bergomenſium.

Huius Scriptoris animi dotes recenſent Bartholomeus Peregrinus Bergomenſis, *in eius Vinea Bergomenſi*. Ioannes Michael Plodius. *De Viris Illuſtr. Ordinis Prædicatorum p. p. lib.* 1. *num.* 19. & Ambroſius de Altamura *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria* 1. *ad Annum* 1266. *pag. mihi* 23. *col. p.* §. *Pinamons Peregrini à Brembate*.

ANNO 1283.

1283. *Fr. Ioannes Vercellenſis.* FR. Ioannes Vercellenſis, ſiue de Vercellis Lombardus Sacræ Theologiæ Magiſter, qui iam antea vir doctiſsimus cum eſſet Prior Prouincialis Lombardiæ vnanimiter electus fuit, & poſt modum totius Ordinis Prædicatorum Magiſter Generalis factus, tali ſcientia, prudentia, atque vitæ ſanctimonia clarus, tantæque memoriæ, atque tenacitatis in Ordinis regimine extitit (inquit Leander Alberti) vt quem ſemel vultu, vel fama nouerat, in perpetuum retineret, qui tandem præter cætera egregia, atque præclara omnia eius glorioſa facinora, quæ noſtrum Ioannem Vercellenſem in Chriſtiano Orbe ad Beati famam vſque extulere, vnde Lombardiæ Prouincia, ſiuè, vt melius dicamus Sacer FF. Prædicatorum Ordo totus maximam gloriam ſibi promeruit, elegantiſsimè, etſi compendioſiſsimo calamo ſcripſit.

Codicem diuerſorum Sermonum ad Clerum.

Item Sermones pro vniuſcuiuſque ſtatu.

Item Volumen ſatis grande variarum Epiſtolarum adhortatoriarum ad Fratres Ordinis.

Et alia plura Opuſcula tantò Viro digna.

Eiuſdem Sanctiſsimi Viri, qui, & Generali Concilio Lugdunenſi ii. inter tot PP. cum corona Illuſtrium virorum Prouinciæ Lombardiæ interfuit, mentionem faciunt, Albertus Caſtillus Venetus *in Chron. Ordinis*, Leander Alberti *de Viris Illuſtr. Italiæ*, Ambroſius Gozzius, *in Cathalogo Scriptorum Ordinis*. Ioannes Michael Plodius *De Viris Illuſtr. Ordinis Prædicatorum in Appendice*, Antonius Senenſis Luſitanus *in Chronico Ordinis*. Iacobus de Suſato *in eius antiquiſſimo Chronico Ordinis. ſub Generalatu Ioannis Vercellenſis ad annum* 1262. *fol. mihi* 156. Hieronymus Burſelli *in Vitis Magiſtrum Ordinis*; & Ambroſius de Altamura *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria* 1. *ad Annum* 1280. *pag. mihi* 57. *col.* 1. & Vincentius Maria Fontana *in Theatro Sacro Dominicano p. p. cap. p. pag. mihi* 11. *col. p.* §. *de Ioanne à Vercellis.* & *p.* 2. *cap.* 3, *de PP. in Concilij, Tit.* 5. *de Concilio Lugdunenſi ii. pag. mihi* 371. *col.* 1. §. *adfuit quoque Ioannes de Vercellis*.

ANNO 1284.

FR. Bartholomeus de Venetijs, maxime eruditus Vir, profundæque memoriæ monſtrum, Hiſtoriarumque Librorum, atque Annalium Eccleſiaſticorum Lector aſsiduus, qui à Clemente Papa IV. ob ſingulares eius animi dotes Epiſcopus Turcellanus creatus anno milleſimo ducenteſimo ſexageſimo octauo, Sanctiſsimis Inſtitutis eandem Turcellenſem, ſiuè Turcellanam Eccleſiam, vſque ad annum milleſimum ducenteſimum octuageſimum tertium completum rexit, in quo pariter anno 1283. in calce, vitam cum morte commutauit, ſcripſit autem egregiè iſte Vir eruditiſsimo calamo. 1284. *Fr. Bartholomeus de Venetijs.*

Cronicon totius Orbis ab ipſius Mundi exordio, ad eius vſque tempora.

Cuius meminit Antonius Senenſis Luſitanus *in Chronico ſiue Bibliotheca Ordinis*, & Ambroſius de Altamura, *in eius Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria prima, ad annum* 1276. *pag. mihi* 44. *col. p.* §. *Bartholomeus Epiſcopus Torcellanus.* Qui Altamura ibidem noſtrum Bartholomeum de Venetijs, Auditorem fideliſsimumque Sancti Thomæ Aquinatis Diſcipulum fecit, *loco citato pag. mihi* 44. *col.* 1.

ANNO 1286.

FR. Antonius Vercellenſis Pedemontanus de Nazario dictus Prouinciæ Lombardiæ alumnus. Vir cum in Iure Pontificio, tum in Sacra Theologia Doctor egregius, non minus ac Ariſtotelicæ Philoſophiæ, cæterarumque 1286. *Fr. Antonius Vercellenſis.*

que artium non ignarus; Magnus tamen præter cæteras eius virtutes, ac celebris Ecclesiasticus, atque Euangelicus scriptor, qui inter cætera sui opuscula, quæ circa annum millesimum, ducentesimum octuagesimum sextum in perspicacissimi ingenij testimonia posteritati reliquit à se exarata, recensentur.

Summa super vniuersum Ius Canonicum, quæ Lucerna Iudicialis inscribitur.
Sermones Dominicales per Annum.
Sermones de Sanctis, per totum Annum.
Commentaria super Porphirij Prædicabilia.
Commentaria in Decem Aristotelis Prædicamenta.
Commentaria in Libros Topicorum.
Comentaria in Libros Priorum.
Commentaria in Libros Posteriorum.
Commentaria in Libros Elenchos, siue Elenchorum.
Commentaria in Libros Perbiermenias.
Commentaria in octo Libros Physicorum.
Commentaria in tres Libros, de Anima.
Commentaria in Libros de Cælo, & Mundo.
Commentaria in Libros de Generatione, Corruptione.
Commentaria in Libros de Paruis Naturalibus.
Item in Duodecim Libros Metthaphisicæ, &
Alia plura tanto Viro digna Opuscula.

Præclarissimi huius Viri laudes, celebrant seriò, ex nostris Alphonsus Fernandez *in Concertatione Prædicatorum.* Ferdinandus Castillus *in Historia Ordinis p.p. lib. 3. cap.* 58. Iacobus de Susato *in eius Chronico antiquissimo fol. mihi* 160. *à tergo*; Ambrosius Gozzius *in Catalogo Scriptorum Ordinis.* Leander Alberti *de Viris Illustr. Italiæ.* Ioannes Michael Plodius *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib p.* Antonius Senensis Lusitanus, *in Chronico, siue in eius Bibliotheca Ordinis Prædicatorum*; & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria p. ad annum* 1262. *pag. mihi* 18. *col. p. §. Antonius de Nazario, Natione Italus, Patria Vercellensis.* ex exteris verò Hyppolitus Marauius, *in eius Bibliotheca Mariana*, apud eundem Ambrosium de Altamuta *in Bibliotheca Ordinis ad annum* 1262. *pag. mihi* 18. *col.* 2. *§. Huius meminerunt.*

ANNO 1287.

FR. Florius Vicentinus Sacræ Theologiæ Magister, vir quemadmodum in omni disciplinarum genere signanter versatus, ita & inter Doctores sui temporis, per omnium ora celeberrimus, qui ob præclara eius merita ex Priore Bononiensi, à Nicolao IV. Pontifice Maximo, Bononiæ aduersus hæreticam prauitatem Generalis Inquisitor Apostolicus præficitur. In quo Bononiensi Conuentu, quemadmodum patenter in actuali Regentis illius Studij munere, summa cum eius Laude, è Cathedra Angelici Doctoris Summam Theologicam ex professo Legit; Ita pariter in eodem Bononiensi Studio, Profundissimo; atque Doctissimo eius calamo, in quatuor Libros Sententiarum, iuxta Diui Thomæ Aquinatis interpretationem egregia Commentaria, vna cum nonnullis alijs Opusculis compilare voluit. Scripsit itaque tam eximius Doctor. 1287. *Fr. Florius de Vincentia.*

Quatuor grandia Volumina, super quattuor Libros Sententiarum Petri Lombardi.
Item eruditissimam Summam Casuum Conscientiæ, &
Plura, atque varia alia Opuscula dignissima.

Huius meminit Vincentius Maria Fontana inter Inquisitores Bononienses ad Annum 1291. *Ita in Teatro Sacro Domenicano, in Appendice ad 4 p. pag. mihi* 632. *§. De Inquisitoribus Bononiæ num. p.* & Relationes Lombardiæ atque Conuentus *tam Bononiensis, quam Vicentini*, atque Picturis *in eiusdem Bibliotheca à cornu dextro in eius ingressu.*

ANNO 1288.

FR. Franciscus Galuani de Mediolano, Vir probatæ vitæ, suique temporis insignis Theologus, atque Ecclesiastes magni nominis, qui circa hunc annum à Dominica Incarnatione millesimum ducentesimum octuagesimum octauum, Felicissimo calamo Plura 1288. *Fr. Franciscus de Mediolano.*

ra Opuscula tanto viro digna scrip sit, ac compilauit, in lucemque edidit, inter quæ recensentur infrascripta, videlicet

Chronicon Ordinis Prædicatorum ab origine Ordinis ad eius vsque tempora,

Sermones de Tempore per Annum.

Sermones de Sanctis, item per totum annum,

Atque Sermones Quadragesimales.

Et alia Opuscula varia, mira eruditione referta.

Cuius meminerunt Albertus Castellanus *in Historia Ordinis*. Iacobus de Susato *in Chronico antiquissimo Ordinis fol.* 160. Ioannes Michael Plodius *de Viris Illustribus Ordinis Prædicatorum p. 2. lib.p.* Alphonsus Fernandez *in Concertatione Prædicatorum*. Hippolitus Marauius *in eius Bibliotheca Mariana*; & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria p. ad annum* 1262. *pag. mihi* 19. *col.* 2. §. *Franciscus Galuanus*.

ANNO 1289.

1289. *Fr. Rogerius Calcagninus.* FR. Rogerius Calcagninus ex Nobilissima Familia de Calcagninis Marchionum Ferrariensium, & non de Calcagnis, vti videtur, quod id innuere voluerit Vincentius Maria Fontana, faciens præfatum Rogerium Florentinum; ac perinde Romanæ Prouinciæ alumnum. Neque id mirum, aut nouum videatur; Quoniam vnusquisque quicquid nobilitatem secum aliquam affert ad se trahit. Vti de Eminentissimo Domino Cardinali Hannibaldo de Annibaldis; quem Monaci Cistercienses, de Ordine Cisterciensium Monachorum faciunt; & ex altera parte PP. Carmelitani eundum Dominum Card. Hannibaldum de Annibaldis, de Carmelitarum Ordine assumptum fuisse dixere. Et tamen præmissis non obstantibus pro certo atque indubitato habemus, præfatum Hannibaldum de Annibaldis in Conuentu Sanctæ Sabinæ de Vrbe Prouinciæ Lombardiæ Sacrum FF. Prædicatorum Clericalem habitum ordinis suscepisse, solemnem Professionem emisisse. Quemadmodum verum est pariter præfatum Hannibaldum de Annibaldis ab Innocentio Papa IV. in locum Fratri Bartholomei de Bregantijs Vicentini creatum fuisse Sacri Palatij Apostolici Magistrum, in quem locum post Diuum Dominicum neminem alterius Ordinis subrogatum fuisse legimus, ac perinde munus Magisterij Apostolici Palatij numquam transijsse ad extraneos à Sacro FF. Prædicatorum Ordine ad nostra vsque tempora vti egregiæ notat, atque animaduertit in Vitis Romanorum Pontificum Alphonsus Ciacconus. Quinimo & Sanctus Thomas Aquinas, qui Bononiæ Eminentissimo Domino Cardinali Hannibaldo de Annibaldis extitit coetaneus, audiens eius promotionem ad Sacram Purpuram in signum singularis beneuolentiæ, atque amoris, eidem Domino Hannibaldo de Annibaldis, secundum eius scriptum super Libros Sententiarum dicare voluit, vt idem Sanctus Thomas id declarat in eius dedicatoria Epistola secundi scripti sententiarum. Qui Fr. Rogerius Calcagninus Prouinciæ Lombardiæ alumnus, Vir scientiarum copia clarus ab Innocentio Papa IV. circa annum millesimum ducentesimum quadragesimum creatus fuit Episcopus Castrensis in Tuscia, qui & interfuit tam Concilio Generali Lugdonensi I. celebrato sub Pontificatu Innocentij Papæ IV. anno 1244. quàm Oecumenico Concilio Lugdunensi ii. à Gregorio X. anno 1274. indicto, qui Rugerius, & elegantissime fundatoque calamo scripsit.

Eruditissimum Volumen de Vitijs, atque Virtutibus. Philippo Regi Galliæ dicatum.

Cuius meminit ex exteris Antonius Posseuinus è Societate Iesu *in Apparatu Sacro Tom.* 3 *fol.* 158. Ex nostris verò tam celeberimi Viri mentionem fecere Leander Alberti *De Viris Illustr. Italiæ lib.* 5. Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p.* 2. *lib. p.* Alphonsus Fernandez *in Concertatione Prædicatorum, ad annum* 1238. Vincentius Maria Fontana *in Theatro Sacro Dominicano p. p. cap.* 5. *de Episcopis Tit.* 148. *pag. mihi* 159. *col.* 2. §. *Pater Fr. Rogerius Calcagninus, & p.* 2. *cap.* 3. *de Patribus in Concilijs. tit.* 5. *in Concilio Lugdunensi ii. pag. mihi* 370. *col. p.* §. *Assidebant inter tot Infulatos*; & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria* 1. *ad annum* 1274. *pag. mihi* 29. *col.* 2. §. *Rogerius Calcagninus*.

AN-

ANNO 1290.

1290. Fr. Gisbertus de Alexandria.

FR. Gisbertus ab Alexandria, Mediolanensis Ducatus, seu Dominij, Lombardiæ Prouinciæ alumnus; Fidelissimus Sancti Thomæ Aquinatis Discipulus, vnde & breuissimo tempore cum in Philosophicis, tum in Theologicis Disciplinis Prouinciæ Lombarbiæ celeberrimus Magister, ac Doctor euasit, qui & vltra in materia Theologica varia Opuscula, iussu Sanctissimi in Christo Patris Honorij Papę IV. de Anno 1286. eruditissimo calamo scripsit.

Vitam Beati Ambrosij Sansedonij Senensis Ordinis Prædicatorum, &
Alia Opuscula diuersa Theologicalia tanto Viro digna.

Ita colligitur *ex publicis Additionibus* Hyacinthi Genuensis, *ad Chronicon. Ferdinandi de Castillo, super p. p. lib. 3. cap. 53.* relatis ab Ambrosio de Altamura, *in eus Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria p. ad annum 1289. pag. mihi 61. col. 2. §. Gisbertus ab Alexandria.*

1290. Fr. Bonifacius Scaligerus.

Floruit eodem Anno millesimo ducentesimo nonagesimo in Prouincia Lombardiæ inter cæteros litteratos Viros, & Fr. Bonifacius Scaligerus, siue à scala Veronensis. Vir morum probitate, doctrina, atque inter concionandum singulari facundia celebris, qui Sacro FF. Prædicatorum Clericali habitu summa humilitate suscepto; tam dignè vsque ad obitum illum custodiuit, vt quemadmodum in sanctissimis moribus semper enutritus fuerat, ita pariter, & Senio, seù vt melius dicam, decrepitus factus à Nicolao IV. Pontifice Maximo anno millesimo ducentesimo nonagesimo in ædificationem Patriæ, Veronensis Episcopus creatus fuit sicqûe Patriam sibi demandatam Ecclesiam, doctrina, morumque probitate, nec non Ecclesiasticis Sanctissimis legibus per quinquenium in Sacra doctrina instruendo sanctissimè rexit, donec anno millesimo ducentesimo nonagesimo quinto clarus meritis in pace quieuerit, qui pariter, acutissimo Calamo posteritati scripsit.

Eruditissima Commentaria, super Sacrosanctum Diui Ioannis Euangelium.
Item Commentaria in Matthæum.
Item Sermones de Tempore per Annum.
Item Sermones de Sanctis per totum Annum.
Et Sermones pariter, pro Quadragesimali tempore.

Cuius meminit, Antiquissimus Sacri Palatij Apostolici Vir, Syluester de Prierio, *in eius Sermone Dominicæ primæ Aduentus*, & cum eo P. Fr. Ioannes Maria de Pelegrinis Veronensis *in eius Chronico Conuentus Veronensis.*

ANNO 1291.

FR. Matthæus Gritti Mediolanensis, Vir non solum abundè in Sac. Theologia versatus, verùm etiam circa reconditiora Sacræ Scripturæ arcana exercitatus, nec non Sacrosancti Euangelij Zelantissimus preco Apostolicus, qui plura sui ingenij euidentissima posteris, quot lucubrationes reliquit viua testimonia. Scripsit itaque egregius iste Doctor. 1291. Fr. Matthæus Gritti.

Sermones de Tempore per totum annum præclarissimos.
Nec non Sermones de Sanctis, singulari eruditione refertos.

Cuius meminerunt Ambrosius Taegius, *in Monumentis PP. Ordinis p. p.* & post ipsum Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 1.* Antonius Senensis Lusitanus *in Chronico Ordinis*, Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, & Ambrosius de Altamura *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum. Centuria 1. ad annum 1262. pag. mihi 19. col. p. §. Matthæus de Gritis.*

ANNO 1292.

FR. Bernardus Lombardus, qui (quamuis à nonnullis eius Patria ignoretur,) reuera tamen præfatus iste Bernardus origine omnibus numeris clara, natione Lombardus fuit siquidem in S. Angeli Laudensis Diæcesis Castro natus fuit; qui vix Sacro FF. Prædicatorum Clericali habitu in Placentino Conuentu suscepto, Professioneque Solemni emissa, nec non ad Bononiense Studium missus: Philosophiæ, atque Theologiæ studio adeo, die, ac noctu operam dedit, vt breuissimo tempore, clarissimi, ac profundissimi Theo- 1292. Fr. Bernardus de Landa.

logi nomen ſibi promeruerit, prout præclariſsima Theologica ſui ſcripta, talem declararunt. Scripſit ergo eximius iſte Doctor.

Volumina quatuor eruditiſſima ſuper quatuor Libros ſententiarum.

Item Codicem Variarum diſquiſitionum ſelectarum in materia Theologica.

Et Varia alia Opuſcula, ſiue quodlibeta tanto Doctore digna.

Tam egregi Viri laudes celebrarunt inter cæteros Albertus Caſtellanus Venetus, *in eius Chronico Ordinis*, Seraphinus Razius *De Viris Illuſtr. Ordinis*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illuſtr. Ordinis Prædicatorum p.2.lib.p.* Antonius Senenſis Luſitanus, *in Chronico, ſiue Bibliotheca Ordinis*, Ferdinandus Caſtillus, *in Hiſtoria Ordinis lib.p.p. 2.* apud Ambroſium de Altamura, *in eius Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria p. ad annum 1291. pag. mihi 66. col.p. §. Bernardus ignotus Patria, & cognomine, natione verò Lombardus;* Vincentius Maria Riualius, *in Catalogo Illuſtrium Scriptorum Prouintiæ Lombardiæ manuſcripto, pag. mihi. 17. ad annum 1292. lit. B. num. 65.*, & Relationes Lombardiæ.

ANNO 1293.

1293. Fr. Nicolaus de Taruiſio.

FR. Nicolaus Boccaſinus de Taruiſio, ſiue Treuiſio Prouinciæ Lombardiæ clariſsimum lumen, Vir omni eruditione clarus, qui in inſignioribus Prouinciæ Lombardiæ Conuentibus eius Lecturis ſumma cum laude expletis, in Priorem Prouincialem Lombardiæ Prouinciæ, omnium electorum ſuffragijs vnanimiter electus fuit deinde ex Priore Prouinciali Lombardiæ Prouinciæ electus fuit in Magiſtrum Generalem totius Ordinis Prædicatorum, poſt modum à Bonifacio Papa VIII. ex Magiſtro Generali, creatus Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Præsbiter Cardinalis, & poſtremo Bonifacio VIII. Pontifice Maximo demortuo noſter Nicolaus Boccaſinus ex Cardin. electus fuit in Summum Pontificem maximum anno milleſimo tercenteſimo tertio de Menſe Nouembri, nomine Benedicti Papæ XI. aſſumpto, qui eruditiſsimus cum eſſet egregia Comentaria, quæ in diuerſas Sacræ Scripturæ Diuinæ partes iam antea compilauerat in cæterorũ Religioſorum commodum eadem in lucem edidit, ſcripſit itaque iſte vir vitæ Sanctitate, atque doctrina fulgens.

Commentaria, ſiue enarrationes, in Sacroſanctum Diui Matthæi Euangelium.

Item Commentaria, ſiue enarrationes ſuper Dauidicum Pſalterium.

Item Sermones ſuper Diui Matthæi Euangelium, mira eruditione refertos.

Item Sermones de Tempore per annum.

Et Sermones de Sanctis ſimliter per totum annum.

Et alia plura eius Opuſcula varia.

Huius Sanctiſsimi Viri laudes, egregiaque eius facinora difuſiſsimæ recenſent Abraham Bzouius *in Annal. Eccleſ. ad annum 1303.* Thomas Maluenda *in Annal. Ordinis ad annum 1303.* Iacobus de Suſato, *in Chronico antiquiſſimo Ordinis fol. mihi 163.* Leander Alberti, *de Viris Illuſtr. Italiæ.* Hieronymus Burſellus, *in Vitis Magiſtrorum Generalium Ordinis.* Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illuſtr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. p.* Seraphinus Razzius, *de Viris Illuſtr. Ordinis Tractatu p. de Romanis Pontificibus, p. 3. lib. de Viris Illuſtribus Ordinis §. 2. Benedicto Vndecimo;* Antonius Poſſeuinus è Societate Ieſu, *Tom. 2. eius Apparatus Sacri. fol. 480. Chronicon Conſtitutionum ad annum 1303. pag. mihi 298. §. de Domino Papa Benedicto XI. Ordinis Noſtri;* Vincentius Maria Fontana, *in eius Theatro Sacro Dominicano p.p. cap.p. de Romanis Pontificibus, pag. mihi 3. num. 11. col. 2.* & Ambroſius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 2. ad annum 1304. pag. mihi 81. col. p. §. Nicolaus Boccaſinus Taruiſinus, & in Appendice ad annum 1304. pag. 464. §. Beatus Nicolaus Boccaſinus col. 2.*

ANNO 1294.

FR. Latinus Vrſinus Romanus, ſiuè, vt alij volunt, Malabranca nuncupatus, de Frangipanis dictus; Vir in intellectus acumine nemini ſecundus Familiæ, ſanguiniſque nobilitate clarus; ſed clarior virtutibus, atque Doctrina; qui in Conuentu Sanctæ Sabinæ de Vrbe Prouinciæ Lombardiæ, Sacro FF. Prædicatorum Clericali habitu deuotiſſimæ ſuſcepto, breuiſsimo tempore licet, Studijs Diuinarum Scripturarum, nec

1294. Fr. Latinus Vrſinus.

non Sacræ Theologiæ in Bononiensi Conuentu totus deditus, adeo profecit, vt eximiæ Sanctitatis, atque Doctrinæ vir euaserit, quibus præclaris Latini animi dotibus permotus Nicolaus Papa III. nostrum Fratrem Latinum in maius Prouinciæ Lombardiæ, totiusque Ordinis decus, S. R. E. Præsbyterum Cardinalem Ostiensem, Episcopumque Veletranum, dum esset Prior in Conuentu Sanctæ Sabinę, creauit, Anno millesimo ducentesimo septuagesimo octauo. Tantaque erat præfati Fratris Latini, Sanctitatis fama, vt in antiquissimo Dominicano Martyrologio legatur. Frater Latinus de Frangipanis S. R. E. Cardinalis, Sanctitatis, atque miraculorum excellenria celebratur, qui dum in humanis esset, nôn solum Conuentum Bononiensem Prouinciæ Lombardiæ caput ditissimis possessionibus, atque legatis lucupletauit;sed memorabilibus ingenij sui monumentis post se relictis illustrare voluit. Scripsit itaque eximius iste vir perennitati.

Orationes eruditissimas numero plures, coram S. R. E. Dominis Cardinalibus habitas.

Item Prosam Dies iræ, dies illa, pro Missis Defunctorum, siue de Requiem.

Atque sequentias plures, de Beatissima Virgine Deipara, valde pias.

Sanctissimi huius Viri laudes, gloriosaque facinora celebrant; Sanctus Antoninus, *3. p. Historiali, Tit. 23.* Abraham Bzouius, *in Annal. Eccles. ad annum* 1294. Ferdinandus Vghellus, *in eius Italia Sacra, Tom. p inter Episcopos Ostienses.* Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p.4. inter S. R. E. Cardinales.* Alphonsus Ciacconus, *in Vitis Romanorum Pontificum;* Ludouicus à Paramo, *de Origine Sanctissimæ Inquisitionis lib. 2. cap. p.* Seraphinus Razius, *De Viris Illustr. Ordinis, inter Cardinales, pag. mihi* 46. *num.* 4. Vincentius Maria Fontana *in 1 beat. p.p.c.2.tit.5. pag. mihi 16 col. p. §. P. Fr. Latinus Malabranca,* & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Centuria p. ad annum* 1294. *pag. mihi* 67. *col. p. §. Latinus Malabranca Romanus.*

Eodem pariter Anno millesimo ducentesimo nonagesimo quarto in Prouincia Lombardiæ signanter in Conuentu Bononiensi inter Lectores Artium efulsit Fr. Aymericus Meegretius de Tridento, Sacræ Theologiæ Magister, ac sui temporis Philosophus magni nominis, qui in Bononiensi Studio primus omnium, mirifica methodo circa hunc annum millesimum ducentesimum nonagesimum quartum in vnum, totam naturalis Philosophiæ spheram compilauit, miraque eruditione ordinauit, sic mirifice ordinatam in lucem edidit. Scripsit itaque iste vir eruditus. 1294. *Fr. Aymericus de Tridento.*

Compendiosissimum Dialogum, super vniuersam Philosophiam naturalem, in nulla tamen ipsius parte, diminutum.

Cuius meminerunt Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum, in Appendice ad præfatam Historiam,* & Ambrosius Gozzius *in Catalogo Scriptorum Ordinis,* apud Ambrosium de Altamura *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria p. ad annum* 1296. *pag. mihi* 72. *col. p. § Aymericus Megretius,* & Relationes Lomb.

ANNO 1295.

FR. Romanus de Vincentia, Vir in facundia singulari dicendi, nec non in declamationibus, pro perditorum hominum conuersione, è suggestu, sui sæculi, nemini secundus, qui eximia litteratura præditus, atque ornatus; Ne à Domino sibi commissum euangelizandi talentum, in sudario abscondere, perlustratis Euangelica prædicatione principalioribus Prouincię Lombardiæ Ecclesijs, tandem in posterorum commodum elaboratissimo calamo compilauit. 1295. *Fr. Romanus de Vincentia.*

Sermones Prædicabiles de Tempore per Annum.

Sermones Prædicabiles pro tempore Quadragesimali; nec non

Sermones item Prædicabiles de Sanctis, occurrentibus infra annum.

Florebat tam insignis Ecclesiastes, ac Scriptor in Prouincia Lombardiæ circa annum 1295. prout colligitur ex Alberto Castellano Veneto, *in Chronico Ordinis,* Ioanne Michaele Plodio *de Viris Illustr. Ordinis p. 2. lib. p.* Antonio Senensi Lusitano *in Chronico Ordinis fol.* 216. Ambrosio de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Centuria p. ad annum* 1295. *pag. mihi 69. col. p.* & Vincentio Maria Ri-

ualio, *in Cathalogo Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ lit. R. ad annum 1293. pag. mihi 61. num. 215.*

ANNO 1296.

1296. *Fr. Ioannes de Mediolano.*

FR. Ioannes Lampugnani nobilis Mediolanensis, vir celebri genere natus, qui Sacro FF. Prædicatorum, vix habitu deuotissimè suscepto, Studio Sacrarum Scripturarum ita se dedit, vt breuissimo temporis decursu, eruditione, doctrina, religione, morumque probitate omnibus spectabilem se reddiderit; vnde, & magni, celeberrimique Ecclesiastis famam sibi comparauerit. Qua propter, & in eruditissimum singularis suæ scientiæ, atque doctrinæ argumentum, plures Codices, mira eruditione refertos compilauit, in lucemque edidit, inter quos in materia prædicabili.

Conciones, de Tempore per totum annum.

Conciones item Quadragesimales, atque

Sermones valde eruditos de Sanctis.

Et quamuis celeberrimus iste Scriptor in Prouincia Lombardiæ floruerit vsque de anno millesimo ducentesimo sexagesimo secundo; eius tamen scripta in publicam Prouinciæ Lombardiæ vtilitatem, ac commodum, nisi de anno 1293. dumtaxat, quandò ipse Scriptor è viuis dissessit, publicata, atque promulgata fuere. Tanti Scriptoris celeberrimam fecere mentionem. Ioannes Michael Plodius, *de viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 1.*, Antonius Senensis Lusitanus, *in Chronico Ordinis*, Ambrosius Gozzeus, *in Catalogo Scriptorum Ordinis*, Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 1. ad annum 1262. pag. mihi 19. col. 2. §. Ioannes Lampugnanus*, & Relationes Lombardiæ, & signanter Conuentus Mediolanensis.

ANNO 1298.

1298. *Fr. Iacobus de Voragine.*

FR. Iacobus de Voragine Ligur, alias Beatus Iacobus de Voragine Genuensis, qui ex Priori Prouinciali Lombardiæ Prouinciæ, à Capitulo Metropolitanæ Ecclesiæ Ianuensis, vnaminiter in Archiepiscopum Genuensem electus, postmodum à Nicolao Papa IV. anno millesimo ducentesimo nonagesimo secundo, omnium Nobilium gratulatione confirmatus fuit, qui eximius Doctor, extitit signanter Ecclesiasticarum Historiarum Scriptor, & præsertim circa Sanctorum Martyrologium; quemadmodum, & Lecturæ Operum Diui Aurelij Augustini, atque ita deditus præfatæ Lecturæ dum viueret, vt eum omnia ferè Diui Augustini Opera, memoriæ habere videretur. Inter cætera autem sui scripta, quæ in communem viuentium vsum, atq; commodum, vsque ad annum millesimum ducentesimum nonagesimum septimum noster Iacobus de Voragine in lucem ediderat, sunt sequentia Volumina videlicet.

Volumen satis grande in defensionem Ordinis, contra eumdem Ordinem impugnantes, quasi quod Fratres Ordinis, secundum SS. Apostolorum Regulam, non viuerent.

Item in Compendium redegit Guillelmi Peraldi, de Vitijs, atque Virtutibus Summam.

Item egregie compilauit Lombardicam Historiam, Lugduni anno 1510. per Stephanum Balam impressum.

Item Librum Opusculorum Sancti Augustini.

Item Chronicon Ciuitatis Ianuensis, nec non Pastorum eiusdem, ab eiusdem Vrbis fundatione ad annum vsque 1213.

Item Legendarium Sanctorum abbreuiatum, postmodum per Christophorum Arnoldum Typographum in folio, anno 1478. Venetijs impressum.

Item Quadragesimale. Postea per Nicolaum Polum, & Socios, in quarto, anno 1602. Venetijs impressum.

Quæ Volumina omnia existebant Romæ in Bibliotheca Serenissimæ Maiestatis Christinæ Reginæ Suetiæ circa annum 1672. atque in Bibliotheca Bolicti.

Item compilauit eruditissimum Sermonem, de Planctu Virginis Deiparæ.

Item Sermones aureos de Tempore per totius Anni circulum, per Iacobum

Iun-

Iunctam Venetijs in quarto anno 1544. Typis impressos.

Item Aureos Sermones de Sanctis, per totius anni Spheram, Venetijs in quarto impressos, per Nicolaum Polum, & Socios, anno 1602. Typographos.

Item Aureum Mariale, de Laudibus Virginis Deiparæ, Alphabetico Ordine digestum, parique eruditione refertum. Centum, atque sexaginta Sermonibus distinctum, Maguntiæ anno 1516. Typis Petri Chardini impressum, atque iterum expensis Simonis de Luire Typographi Venetijs excussum anno 1497.

Ac tandem primus omnium extitit, qui vtriusque Testamenti Sacram Paginam summa fidelitate, atque diligentia in vernaculã linguam verterit, atque vulgarit anno millesimo ducentesimo septuagesimo.

Item Summam Casuum Conscientiæ compilauit, pro Clericorum suæ Diœcesis instructione.

Item alia Opuscula varia tanto Viro digna.

De tam præcellenti Scriptore meminerunt Tritemius Abbas, *de Scriptoribus Ecclesiasticis*, Abraam Bzouius, *Tom. 13. Annal. Eccl. ad annum 1288. num. 6.*, Sixtus Senensis, *lib. 4. Bibliothecæ Sanctæ*, Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustribus Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 1.* Ferdinandus Vghellus, *Tom. 4. Italiæ Sacræ*, Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. p. cap. 4. de Archiepiscopis, Tit. 52. pag. mihi 79. col. 1. §. Ad Nobilem Metropolitanam Sedem*, Albus Michael Iustinianus, *de Scriptoribus Liguriæ*; Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 1. ad annum 1290. pag. mihi 61. col. 2. §. Beatus Iacobus de Voragine*, & Vincentius Maria Riualius, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, lit. I. pag. mihi 32. ad annum 1298. num. 136. & in Cronichon. constit. pag. mihi 37. §. Fr. Iacobus de Voragine*, & alij.

ANNO 1299.

FR. Guido Ceccadori Eugubinus, in Vmbria, & si alij faciant ex Familia Cenodororum, siue de Cenodori nuncupata Prouinciæ Lombardiæ alumnus; sed veriùs est hunc Fr. Guido præcitatum, è Nobilissima Familia Eugubina de Ceccadori nuncupata fuisse natum. Et forsitan iste Fr. Guido, censendus est ille met adito numero Sacri Ordinis Prædicatorum Scriptor, cuius meminie noster Ferdinandus Castillus in Historia, seù in Centuria Ordinis lib. 1. p. 2. cap. 31. sub Centodoro, aut sub Concodoro titulo expresso. Verum quicquid sit de hac re; Noster Guido Ceccadori Eugubinus extitit vir in omni fere Disciplinarum, atque litterarum genere valde versatus; signanter vero in Iure Canonico, siue Pontificio summopere peritus. Quinimo iste Doctor suo tempore tam eximiæ Doctrinæ, nec non meritorum tali, ac tanta copia dotatus extitit, vt nemini eius seculi potuerit, esse secundus, tanta erat virtus, atque fama publica per omnium ora tam eximij Scriptoris, qui inter cæteros Codices, quos breuissimo tempore profundissimo calamo, in sui acuminis euidentia testimonia posteritati Prouinciæ Lombardiæ reliquit, doctissime, atque eruditissime scripsit signanter.

1299. Fr. Guido Eugubinus.

Grande Volumen super totum Ius Canonicum, cui titulus, Quæstionarium notabile, super quinque Libros Decretalium.

Item aliud Volumen super Ius Pontificium, cui titulus, Clauis Vnica pro intelligentia Pontificij Iuris ad omnes facilis.

Item Librum Sermonum de Tempore per totum annum.

Item aliud Volumen Sermonum Quadragesimalium.

Item Sermones de Sanctis per totum annum.

Item Tractatum de Laudibus Virginis Deiparæ valde eruditum, sententijs ex Sacra Scriptura, Sanctorumq; PP. authoritatibus depromptis refertum.

Item Summam de Casibus Conscientiæ per pulchram pro Confessarijs.

Atque plura alia Opuſcula varia tam eximio Doctore digna.

Claruit inſignis iſte Doctor, in Lombardiæ Prouincia, ſignanter in Eugubina Vmbriæ Ciuitate, vti notat Ambroſius de Altamura, circa annum ab Incarnatione Dominica milleſimum ducenteſimum nonageſimum nonum. Et ſi faciat ipſum dumtaxat Italum, Virum multis meritis colendum. Ita refert ipſe Ambroſius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum*, *Centuria* 1. *ad annum* 1299. *pag. mihi* 77. *col. p. num.* 1. §. *Guido de Cenodoro Italus*; qui ibidem pro ſe alios Authores citat; præſertim Antonium Senenſem Luſitanum, *in Bibliotheca*, *ſiue Chronico Ordinis Prædicatorum fol.* 94., Ioannem Michaelem Plodium, *de Viris Illuſtr. Ordinis Prædicatorum p.* 2. *lib.* 1. nec non Hyppolitum Marrauium in Bibliotheca Mariana; Quibus addas, & Relationes Lombardiæ, & ſpecialiter à Conuentu Eugubino prouenientes iuxta Chronicon Iacobi de Suſato *fol. mihi* 162.

Explicit Bibliothecæ rouinciæ Lombardiæ Sacri Ordinis Prædicatorum Centuria 1. in Conuentu Sanctæ Anaſtaſiæ de Verona die 13. Ianuarij anni 1690. Ætatis verò Authoris 70. tempore Iubilei Sanctiſſimi Domini Noſtri Alexandri Diuina Prouidentia Papæ VIII.




BIBLIOTHECÆ PROVINCIÆ LOMBARDIÆ Sacri Ordinis Prædicatorum.

CENTVRIA II.

ANNO 1300.

1300. *Fr. Ioannes de Bononia.*



ANtesignanus Illust. Virorum Prouinciæ Lombardiæ merito in hac Centuria II. Bibliothecæ Prouinciæ Lombardiæ Sacri Ordinis Prædicatorum registrandus vtpotè qui primus omnium huius seculi, nomine præfate Prouinciæ ad scribendum in re tam Theologica, quam prædicabili calamum egregiè impugnauerit, se se offert, Fr. Ioannes Beblim, siuè vt alij volunt Biblia Bononiensis Lombardus, vir præ cæteris Prouinciæ Lombardiæ præfati seculi PP. eleganti ingenio, variaque eruditione dotatus, qui cum esset, anno millesimo tercentesimo in Bononiensi Conuentu floruit, doctrina parique facundia præclarus eruditissimo Calamo inter cætera opera, quæ compilauit, in lucemque edidit, scripsit ex professo.

Grande Volumen 28. Quodlibetorum, in diuersas quæstiones, atque articulos, miro ordine in proprijs locis distributorum.

Item Sermones varios ad Clerum.

Item Collationes spirituales varias, ac breues, quas nomine Sacræ Conciones ad fratres habebat.

Item Sermones de Tempore per Annum.

Item Sermones de Sanctis.

Atque Sermones, de Laudibus Beatissimæ Virginis Mariæ, nec non

Plura alia Opuscula varia, merito tam eximio Scriptori attributa.

Cuius meminerunt Leander Alberti *de Viris Illustribus Italiæ*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 3.* Antonius Senensis Lusitanus *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum pag. 136.* & Vincentius Maria Rimalius *in Catalogo Illustrium Scriptorum Conuentus Bononiensis, Prouinciæque Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 34. ad annum 1300. lit. 1. num. 146.* atque Relationes Lombardiæ, è Bononiensi Conuentu dimanatæ. Quamuis Ambrosius de Altamura, velit ipsum Ioannem Bibliam, non nisi de anno 1452. floruisse. *Ita in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 3. ad annum 1452. pag. mihi 181. col. 2. §. Ioannes Biblia Bononiensis. In Chron. Const. pag. mihi 43. §. hic obiter.*

ANNO 1301.

FR. Albertus Clauarus Genuensis, per antea Baccalaureus, ac Doctor Parisiensis, qui quemadmodum perspicacissimo ingenio dotatus, ita pariter vti Vir doctissimus expletis in insignibus Prouinciæ Lombardiæ Conuentibus Lecturis: nec ab ipso lecta apud Montem Pesulanum, per plures annos continuatos pro gradu magisterij iuxta mentem Sancti Thomæ Sacra Theologia, ex Electore, in Capitulo Generali Massiliæ celebrato Millesimo tercentesimo, electus fuit in Magistrum Generalem totius Ordinis Prædicatorum. In quo munere eruditissime scripsit. — 1301. *Fr. Albertus Clauarus.*

Egregia Commentaria super quatuor Libros sententiarum Petri Lombardi.

Item Postillam generalem super Psalmos.

Et varios alios Tractatus diuersos.

Cuius meminit Iacobus de Susato, *in antiquissimo Chronico Ordinis fol. 16.* Item Chron.nouiss. Constitutionum *pag. mihi 295.* Hieronymus Bursellus *in Vitis Generalium Ordinis, de Reuerendissimo Magistro Alberto Clauaro. §. In Capitulo Generali Marsiliæ.* Et Seraphinus Razzius *in Historia Illustr. Virorum Ordinis : de Magistris Generalibus Ordinis num. X. pag. mihi 142.*

1301. *Fr. Nicolaus de S. Martino.* Claruit quoque in Prouincia Lombardiæ eodem Anno à Dominica Incarnatione millesimo trecentesimo primo Fr. Nicolaus Mutinensis Diæcesis, de Sancto Martino nuncupatus, Conuentus Corrigiensis alumnus, vir doctrina, morumque probitate celebris, inter concionandum tali, ac tanta dotatus gratia, vt quemadmodum nemini sui æui fuit secundus, ita pariter à Clemente Papa VI. postmodum anno millesimo tercentesimo quadragesimo secundo, iam decrepitus factus, Recanatensis Episcopus creatus fuit, qui & scripsit,

Plura Decreta eius Ecclesiæ valdè vtilia.

Item Librum Sermonum diuersorum.

Et aliqua Opuscula, siue Quodlibeta varia.

Hunc Scriptorem commemorat Ambrosius de Altamura *in Bibliotheca Ordinis Centuria 2. ad Annum 1301. pag. mihi 80. col. 2. §. Nicolaus de Sancto Martino*, citatque pro se Albertum Castellanum Venetum, *in eius Chronico Ordinis* Antonium Senensem Lusitanum, *in Bibliotheca Ordinis, pag. 179. & pag. 180.* iuxta Chronicon Iacobi de Susato *fol. mihi 165. à tergo.*

1301. *Fr. Ioannes Baldi.* Eodem pariter anno millesimo trecentesimo primo floruit in Vmbria, signanter in Conuentu Eugubino Prouinciæ Lombardiæ vnito P. Fr. Ioannes Baldi, maxime Lecturæ vir, præsertim in genere Ecclesiasticarum Historiarum; quinimo in linea Historiarum generis, cuiuscumque non se restringendo ad aliquid particulare Regnum, aut peculiarem terrarum Prouinciam, & in specialitate in materia Cosmographiæ; Quem admodum excellens iste vir de facto fitmissimo calamo posteritati, in Linea Cosmographiæ scripsit,

Plures Historiarum Tractatus diuisiones Regnorum, atque Prouinciarum, Cosmographia seruata.

Item Descriptionem totius Orbis Terrarum, nec non

Librum Historiarum sui temporis.

Cuius signanter meminit P. Timotheus Carmelita, *in eius Chronica Historiarum, ad annum 1303.* relatus ab Ambrosio de Altamura *in Bibliotheca Ordinis, Centuria II. ad Annum 1303. pag. mihi 81. col. 1. §. Ioannes Baldus*, & Relationes Lombardiæ *Conuentus Eugubini.*

ANNO 1302.

FR. Stephanus de Mediolano cognomento ignotus. Vir in humanis litteris, nec non in Sacra Theologia eruditissimus, qui per plures annos in scholis maxima cum laude publice Mediolani legisset, ac perinde Lombardiæ Prouinciæ in Philosophia, tum in Theologia magni nominis Discipulos eruditos peperisset; Senio confectus, plures Tractatus in diuersis materijs omni eruditione refertos doctissimo eius calamo compilauit, posteritatique, veluti eximij ingenij euidentissima testimonia reliquit, inter cæteros autem. 1302. *Fr. Stephanus de Mediolano.*

Pulcherimum Tractatum, de Emanationibus, in partes numero nouem, destributum.

Item Tractatum perutilem, De Inequalitate, siue de Inequalitatibus.

Item Libros quinque, Quæstionum in Apparatu ad Decretales.

Item Pulcherimum, atque eruditissimum Tractatum de Prælio hominis, cum Fortuna eleganti carmine digestum.

Item Codicem de Rebus Mediolanensibus memorandis, carmine satis culto conscriptum.

Item Tractatum de Potentijs apprehensiuis, in partes duodecim distributum in ducentum, atque viginti capitula, miro ordine subdiuisum.

Item. Tractatum valde eruditum de Iregularitate.

Item. Historiam Generalem, siuè Chronicon omnium Historiarum ab exordio Orbis, vsque ad eius tempora.

Quod

Quod verò præfatus Stephanus Mediolanensis circa hæc tempora in Prouincia Lombardiæ re vera claruerit Albertus Castellanus Venetus, *in Chronico Ordinis*; *ubi* affirmat, atque idem confirmant Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis fol.* 228. & Ambrosius de Altamura *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria p. ad annum* 1298. *pag. mihi* 76. *col.* 2 §. *Stephanum Mediolanensem alterum*, & Relationes Lombardiæ.

ANNO 1303.

1303. *Fr. Antonius de Parma.* FR. Antonius Azarius Parmensis, Lombardiæ Prouinciæ alumnus, Sacrosancti Christi Domini Euangelij Apostolicus preco sui sæculi celeberrimus, vir doctissimus; qui in principalioribus Italiæ Vrbibus verbo, atque exemplo Cœlestis Doctrinæ frugifero Semine, in sudore, atque labore spargendo, dominicum Cœlestis Patris Familiæ horreum immensum Animarum aceruo sic locupletauit, vt sibi promeruerit in mortalium conceptu, applicari posse illa Christi Domini verba. Fidelis seruus, & prudens, quem constituit Dominus super familiam suam. Qui & pariter interminabili Ordinis posteritati tutissimo calamo scripsit.

Sermones, De Tempore per Annum, valde eruditos.

Sermones, de Sanctis similiter per totum Annum.

Item Sermones; pro Quadragesimali Tempore.

Nec non, & Quædam Historiarum fragmenta non contemnenda.

Cuius meminerunt Leander Alberti *De Viris Illustr. Italiæ*. Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum. p.* 2. *lib* 1. Antonius Senensis Lusitanus *in Bibliotheca Ordinis*. Ambrosius de Altamura *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria* 3. *ad annum* 1404. *pag. mihi* 149. *col.* 1. §. *Antonius de Azario*; & inter alios noster Vincentius Maria Riualius, *in Cathalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi* 7. *ad Annum* 1303. *lit. A. num.* 24.

ANNO 1305.

FR. Armandus de Bellouiso Bononiensis, ac perinde Lombardus, 1305. *Fr. Armandus de Bellouiso.*
Vir felicissimi ingenij, qui ob egregias eius animi virtutes, & signanter ob eximiam doctrinarum copiam, quemadmodum & celeberrimi Theologi eius æui nomen sibi comparauerat; ita pariter summa cum eius laude à Clemente Papa V. Sacri Palatij Apostolici Magister denuntiatus fuit, in quo munere vniuerso Orbi eius acuminis irrefragabilia dedit indicia; dum eruditissimo calamo breuissimo tempore scripsit præter diuersa alia eius Opuscula, & sequentia Volumina, videlicet

Volumina quatuor, in primum, secundum, tertium, & quartum, sententiarum, Libros.

Item Grande Volumen difficilium terminorum, cum in Philosophia, tum in Theologia ocurrentium.

Item eruditissimam Scholasticam Postillam super Psalmos Dauidicos, siue in Psalterium Dauidicum.

Item egregia Commentaria in Librum Sancti Thomæ Aquinatis. De Ente, & Essentia inscriptum.

Item Sermones, de Tempore per Totum annum.

Item Sermones de Sanctis, Brixiæ Typis impressos, in quarto, anno 1610.

Item, Sermones pro Quadragesimali tempore, valde elaboratos.

Item, Mirificam expositionem super Hymnum Veni Creator Spiritus.

Nec non, Plurima alia Opera, tanto Viro digna, scripsisse fertur.

Floruisse circa annum millesimum tercentesimum quintum, præfatum Armandum de Bellouiso, Lombardiæ decus; ex Leandro Alberti, *de Viris Illust. Italiæ* Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustr. Ordinis p.* 2. *lib. p. & ex Catalogo Illustrium Scriptorum Conuentus Bononiensis*; refert Vincentius Maria Riualius, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Lombardiæ manuscripto, pag. mihi* 10. *ad annum* 1322, *lit. A. num.* 36. & Ambrosius de Altamura *in Bibliotheca Prædicatorum Centuria* 1. *ad Annum* 1296. *pag. mihi* 71. *col.* 1. §. *Armandus de Bellouiso, natione Italus; Patria Bononiensis*; qui & citat Hyppolytum Marracium *in Biblio-*

theca Mariana. Iuxtà Iacobum de Susato *in Chronico Ordinis fol.* 162.

ANNO 1306.

1306. *Fr. Guido de Pileo.* FR. Guido de Pileo ex Comitibus de Montebello Diœcesis Vicentinæ. Vir vndequaque litteratissimus, & signanter in litteris humanis; Apostolico zelo ita dotatus, vt eius tempore communiter Hæreticorum terror nuncuparetur, qui dum Ferrariæ Inquisitoris Apostolici ab Apostolica Sede delegati munus obiret: Totius Vrbis ædificatione impijssimi Ermani Hæretici prædefuncti, ossa publicè imperato, atque accenso igne concremari iussit, ac perinde omnium Nobilium Ferrariensium gratulatione à Benedicto Papa XI. ex Commissario Apostolico aduersus hæreticam prauitatem, Anno millesimo tercentesimo tertio Ferrariensis Episcopus creatus fuit; qui tandem cum perspicacissimo ingenio dotatus esset, in actuali Pastorali præfatæ Ferrariensis Ecclesiæ munere se exerceret; quemadmodum otio perpetuum bellum indixerat; ita omnium admirationi, sui ingenij, Sequentia in lucem edidit monumenta videlicet.

Grande Volumen, cui titulus est, Margarita Biblij, Clementi Papæ V. dicatum; versibus hexametris ingeniosissimæ, ac doctè, omnes, ac singulos Sacræ Scripturæ Libros, tam noui quàm veteris Testamenti continens, in proprijs sensibus, litterali, atque allegorico expressos, cuius Voluminis initium est; Nobile principium.

Item aliud Volumen, cui titulus est, Memoriale Diuinorum eloquiorum.

Atque Summam Theologicam aduersus hæreses, manuscriptam.

Cuius eximij Viri meminit Sixtus Senensis, *in Bibliotheca Sancta lib.* 4. Ioannes quoque Abbas Tritemius, *de Scriptoribus Ecclesiasticis*; & cum eisdem Iacobus Manzarius, *in Historia Vicentina*, Antonius Posseuinus è Societate Iesu, *in Apparatu Sacro Tom.* 1. Platina, *in Vita Bonifacij Papæ VIII* Ferdinandus Vghellus, *in Italia Sacra Tom.* 2., Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. p. cap. de Episcopis Tit.* 244. *num.* 2. *pag.* 292. *col.* 1. Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria* 2. *ad annum* 1314 *pag. mihi* 96. *col.* 2. §. *Guido de Pileo, & in Appendice ad annum* 1314. *pag. mihi* 69. *col.* 2., & Vincentius Maria Riualius, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag.* 27. *ad annum* 1310. *lit. G. num.* 112.

ANNO 1307.

FR. Stephanus à Vimercato Mediolanensis, alter à Stephano Mediolanensi relato supra anno 1302. Poeta, Philosophus, Iurista, Canonista, atque Theologus sui temporis excellens, qui miro modo diuersorum scibilium, ad medullas vsque, naturas singulari eius speculatione penetrare valuit, vnde & sui æui speculatoris nomen sibi comparauit; Qui eximius vir solido, atque fundato calamo plures diuersarum materiarum compilauit Tractatus tam egregio viro dignos fælicitatem præseferentes; Et signanter scripsit, atque vulgauit. 1307. *Fr. Stephanus de Mediolano, alter.*

Egregiam Postillam super Diuum Lucam.

Summam mirabilem in Iure Canonico, siue Pontificio fundatam.

Periarchon nominum.

Chronicon Metrice conscriptum.

Tractatum de Potentijs apprehensiuis.

Item Tractatum alterum de Arte Aritmetica.

Item Compendium Theologiæ Moralis, quam per plures annos, in Metropolitana Ecclesia Mediolanensi Summa cum eius laude legerat.

Et alia Opuscula, tam egregio viro digna.

Tam egregij Viri laudes celebrant, Iacobus de Susato relatus ab Ambrosio de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria* 1. *ad annum* 1298. *pag. mihi* 76. *col.* 1. §. *Stephanus à Vimercato Mediolanensis*, qui & citat Ioannem Michaelem Plodium, *de Viris Illustr. Ordinis p.* 2. *lib.* 1., nec non Antonium Senensem Lusitanum, *in Bibliotheca Ordinis pag.* 229.

Vbi aduertas diligẽter mi Lector hunc Stephanum à Vimercato, alterũ esse, atq; distinctum, in numero, pondere, atq; mensura ab illo Stephano supra relato anno 1302. tum quia præ allegati Authores, quos attullimus, faciunt istum distinctum ab eo, vti videre est apud Ambrosium de Altamura, qui eos citat vnum post alium; tum quia materiæ, quæ ab ipsis eorum scri-

ſcriptis examinatæ fuere, ſunt ferè penitus diuerſæ. Vti videre eſt facilimè apud Ambroſium de Altamura, *in Bibliotheca, Centuria 1. ad annum 1298. pag. 76. col. 1.; & poſtea pag. 76. col. 2.* circa ſcripta alterius Stephani Mediolanenſis, ibidem.

ANNO 1308.

1308. *Fr. Guarnerius de Dertona.* FR.Guarnerius de Botis, vt ſeu alij volunt Varnerius de Botis Dertonenſis, Vir ſatis eruditus, qui in Papienſi Sanctorum Appollinaris, & Thomæ Conuentu, tali regularis obſeruantiæ ſpiritu, atque ſcientiarum auiditate, Diuinarum doctrinarum ſtudio ſe applicuit, vt breuiſſimo tempore, ſimul exemplaris vitæ, eximiæque Doctrinæ ſpeculum omnibus ſe oſtenderit. Scripſit autem egregius iſte Doctor Prouinciæ Lombardiæ ornamentum, profundiſſimo calamo inter cætera

Duo magnæ molis Volumina, ſuper Euangelia totius anni, valde erudita.

Item Sermones de Tempore per totum annum.

Item Sermones, de Sanctis ocurrentibus, & in ſpecialitate.

Codicem Sermonum, pro Laudibus Beatiſſimæ Virginis Deiparæ celebrandis.

Claruit tam celebris Scriptor, hac tempeſtate, quemadmodum reſpectiuè referunt Ferdinandus Caſtellus, *in Hiſtoria Ordinis, Centuria 2. lib. 1. cap. 31.* Ambroſius Bzouius, *in Catalogo Scriptorum Ordinis*, Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibliotheca Ordinis*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illuſtr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 1.*, omnes relati ab Ambroſio de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 2. ad annum 1309. pag. mihi 88. col. 1. §. Varnerius de Botis*, & Relationes Lombardiæ.

ANNO 1309.

1309. *Fr. Vercellinus de Vercellis.* FR. Vercellinus de Vercellis, Philoſophus, atque Theologus conſumatus, nec non in Sacra, Diuinaque Scriptura valde verſatus, tam eximiæ doctrinæ Vir, vt poſtquam Sancti Thomæ Aquinatis primariam Theologalem Cathedram in Studio Bononienſi cum ſingulari, tum ſui, tum Prouinciæ Lombardiæ laude, per plures annos rexiſſet, in ſuæ Sapientiæ irrefragabile argumentum, etſi ſenio fractus, ſui tamen profundiſſimo calamo ſequentia opera ſcripſit, videlicet,

Maximum Volumen, ſiue Summam Magnam, ſuper Vniuerſam Ariſtotelis Logicam, cui titulus, Tetralogus,

Item, Grande Volumen Multarum, variarumque Quæſtionum Logicalium, Philoſophicarum, atque Theologicalium,

Item eruditiſſima Commentaria ſuper Euangelia Dominicalia.

Item Librum, Sermonum de Tempore, per totum annum, omni eruditione refertum,

Item Librum alterum, Sermonum de Sanctis per annum occurrentibus.

Item Opuſculum valde eruditum aduerſus Ocham, cui titulus Antiochum.

Item quam plures Hymnos, atque Proſas de Sanctis ſingularem pietatem redolentes.

Cuius meminerunt Ferdinandus Caſtillus, *in Hiſtoria Ordinis, Centuria 1. lib. 3. cap. 53. & Centuria 2. lib. 1. cap. 31.*, Albertus Caſtellanus Venetus, *in Chronico Ordinis*, Antonius Senenſis Luſitanus, *in Bibliotheca Ordinis pag. 260.* atque Ioannes Michael Plodius, *de Viris illuſtr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 1.* apud Ambroſium de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 2. ad annum 1301. pag. mihi 80. col. 1. §. Vercellinus Vercellenſis*, & Relationes Lombardiæ, è Bononienſi Conuentu dimanantes.

ANNO 1310.

FR. Philippus, ſeu vt alij ſibi autumant, Philippinus de Ferraria, Ferrarienſis communiter tunc temporis nuncupatus, Vir tam Doctrina, quam morum probitate abunde clarus, qui inter celebriores Prouinciæ Lombardiæ ſuæ ætatis, & ipſe elegantiſſimo calamo egregiè Sequentia Opera ſcripſit, atque in lucem edidit, videlicet. 1310. *F. Filippus de Ferraria.*

Eruditiſſima Commentaria ſuper Petri Hiſpani Logicam.

Item Librum variarum Quæſtionum valde elaboratum, atque eruditum.

Item Perutiles Narrationes, ſiue Tabulas, ſuper varias res, ad ſingulorum ſtatum, cum eruditione pertinentes.

Item Summulam Theologicam breuem

om-

omnium Catholicarum veritatum.

Et alia plura Opuscula varia.

Floruit iste Vir, circa annum millesimum tercentesimum decimum. Quamuis Ferdinandus Castillus, *in Historia Ordinis, Centuria p. lib. 3. cap. 57.*, Albertus Castellanus Venetus, *in Chronico Ordinis*, Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis pag.* 204., & Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib* 1. apud Ambrosium de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 2. ad annum* 1301. *pag. mihi* 80. *col.* 1. §. *Philippus*, velint præfatum Philippum, siue Philippinum Ferrariensem floruisse de anno 1301. Nam in contrarium est sententia Vincentij Mariæ Riualij, *in Catbalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi* 58. *ad annum* 1310. *lit.* P. 201., cui assertioni fauent, & Relationes Conuentus Bononiensis, quibus indubia fides adhiberi licet; in hac parte.

1310. Fr. Ioannes de Fauentia. Eodem quoque anno millesimo tercentesimo decimo clarauit in Prouincia Lombardiæ in linea scriptorum eiusdem Prouinciæ; & Fr. Ioannes de Fauentia in via Flaminia, siue in Romandiola, Prouinciæ tamen Lombardiæ alumus, Vir doctissimus, qui non solum tamquam Philosophus non ignobilis semper fuit habitus; sed vlterius vti Theologus eximius in tota Prouincia Lombardiæ veneratus fuit ab omnibus; siquidem vti talis, atque Theologus eminens profundissimo calamo scripsit.

Tractatum de Præscientia Dei nobilissimum.

Item Tractatum de Prouidentia Dei eruditissimum.

Et quamplura alia Opuscula varia tanto Viro digna.

Cuius mentionem dignam facit, Ferdinandus Castillus *in Historia Ordinis*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib 3.*, Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis fol.* 137., & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 3. pag. mihi* 183. *col.* 1. §. *Ioannes Fauentinus*, Et licet Ambrosius de Altamura loco nuper citato, dicat nostrum Ioannem Fauentinum non floruisse, nisi de anno 1458. In oppositum tamen habemus Vincentium Mariam Riualium, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, qui pag. mihi 34. ad annum* 1310. *lit. I. num* 147. vult ipsum floruisse de anno 1310. cui coherent, & Relationes Lombardiæ Conuentus præsertim Fauentini, atque Alphonsus Fernandez *in Concertatione Prædicatorum ad annum* 1310. & Relationes Conuentus Bononiensis.

ANNO 1311.

FR. Matthæus Medices Florentinus Conuentus Sancti Marci, qui iuxtà 1311. Fr. Matthæus Medices.
Seraphinum Razzium *in Historia de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum, pag. mihi* 251. vsque ad annum 1493. Congregationi Lombardiæ fuit vnitus, ac perinde Prouinciæ Lombardiæ alumnus, Vir suauis eloquio, ingenio præstantissimus, necnon singulari doctrina præditus, qui expletis in insignioribus Prouinciæ Lombardiæ Conuentibus eius Lecturis, anno millesimo ducentesimo nonagesimo nono à Bonifacio VIII. Pontifice Maximo Clutenus Episcopus in Etruria creatus fuit, interfuitque Generali Concilio Vienensi inter PP. in præfata Sinodo Generali considentes, qui & egregie scripsit,

Codicem variorum Sermonum, omni eruditione refertum.

Atque Doctissimam Postillam super Cantica, quæ vt fertur in Bibliotheca Pisaurensis Conuentus seruatur.

Cuius eximij Doctoris meminit Ferdinandus Vghellus, *In Italia Sacra Tom.* 3. apud Vincentium Mariam Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. p. cap. 5. de Episcopis tit.* 191. *pag. mihi* 175. *col. p.* §. *Cluteua Ciuitas, & p. 2. cap. 3. de Patribus in Concilijs Tit. 5. de Concilio Vienensi pag. mihi* 371. *col.* 2. §. *Adsistentes quoque fuere.*

Floruit eodem pariter Anno millesimo tercentesimo vndecimo in Prouincia 1311. Fr. Petrus Ferracca.
Lombardiæ Fr. Petrus Ferracca, seù Foracha Genuensis, Vir scientia, atque omni eruditione ornatus, qui cum nemini feliciſſimorum ingeniorum sui temporis esset secundus, elegantissimo stylo posteritati Lombardiæ Prouinciæ scripsit, in lucemque edidit,

Summam pergrandem, super omnes, ac singulas materias morales, alphabetico ordine distributam, cui titulus; Compendium bonorum.

Quem

Quem Lombardiæ Prouinciæ Scriptorem referunt Ferdinandus Castillus, *in Historia Ordinis, Centuria p. lib. 3. cap. 57. & Centuria 2. lib. 1. cap. 31.* Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 3.* & Antonius Senensis Lusitanus *in Bibliotheca Ordinis*. Ambrosius de Altamura *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 2. ad annum 1311. pag. mihi 89. col 1. §. Petrus Ferracca*. Et Vincentius Maria Riualius *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 55. ad Annum 1464. lit. P. num. 192.* Licet Riualius, velit præfatum Petrum Ferraccam claruisse, de Anno 1464.

ANNO 1312.

1312. *Fr. Franciscus de Genua.* FR. Franciscus Grauanus de Genua, vir in humanis, atque diuinis litteris valde eruditus, nec non Sacrosancti Christi Domini Euangelij Apostolicus promotor, æque celeberimus, qui viuissima eximij sui ingenij, eruditissimis Commentarijs perennitati testimonia reliquit. Scripsit enim egregius iste Doctor inter cætera Opera.

Præclarissima Commentaria, in Lucam.

Item Codicem Collationum pariter super Euangelium Lucæ.

Item Sermones Domenicales per Annum.

Item Sermones de Sanctis pariter per totum Annum ocurrentibus.

tem Sermones pro Quadragesimali tempore.

Et plura alia Opuscula varia.

Cuius meminere Ferdinandus Castillus, *in Historia Ordinis Centuria p lib. 3. cap. 57. & Centuria 2. lib. p. cap. 31.* Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis pag. 81.* Ioannes Michael Plodius *De Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum, p. 2. lib. p.* Hippolitus Maraccius *in Bibliotheca Mariana*, Vincentius Maria Riualius, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi 24. ad Annum 1312. lit. F. num. 101.* & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 2. ad Annum 1312. pag. mihi 92. col. 2. §. Franciscus Grauanus Italus.*

1312. *Fr. Ioannes de Parma.* Eodem pariter Anno millesimo tercentesimo duodecimo in Conuentu Parmensi Prouinciæ Lombardiæ vnito florebat, & insignis vir Fr. Ioannes de Parma Lombardus, Doctor tamen Parisiensis, cum in Philosophicis, tum in Theologicis Disciplinis doctissimus, atque eruditissimus; qui perspicacissimi sui ingenij plura posteritati reliquit monumenta. Inter cætera autem tam eximij Viri opera, fertur ipsum compilasse.

Maximum Volumen, de essentijs rerum. Cuius initium est, Quæritur quomodo essentia.

Et alia Opuscula tanto viro digna.

Quem referunt Ioannes Michael Plodius *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 3.* & Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis*, apud Ambrosium de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum; Centuria 3. ad Annum 1452. pag. mihi 181. col. 2. §. Ioannes Parmensis.* Verùm Vincentius Maria Riualius constantissime vult, hunc Ioannem Parmensem ad annum 1312. vsque in Lombardiæ Prouinciæ floruisse. Ita asserit *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ pag. mihi 34. ad annum 1312. lit. I. num. 148.* cui assertioni egregiè fauent Relationes Lombardiæ, ibidem registratæ ab ipso Riualio.

Claruit quoque eodem Anno millesimo tercentesimo duodecimo in Conuentu Mantuano Prouinciæ Lombardiæ, celeberrimus Vir Fr. Nicolaus è nobilissima Marianorum Familia de Mantua, Vir inquam cum in Sacra Theologia, tum in Iure Pontificio, æquæ Doctor eximius, qui bona pace aliorum, in irrefragabili singularis eius acuminis, profundæque doctrinæ elaboratissimum opus scripsit vnicuique Ecclesiastico per necessarium. Videlicet. 1312. *Fr. Nicolaus de Mantua.*

Egregium Volumen. De Funeralium, siuè Funerum. &c.

Et plura alia Opuscula ad Ius Pontificium spectantia.

Laudes tam eximij Scriptoris celebrant Albertus Castellanus Venetus *in Chron. Ordinis*. Antonius Senensis Lusitanus *in Bibliotheca Ordinis pag. mihi 179. & pag. 180.* Ioannes Michael Plodius *De Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 1.* Vincentius Maria Riualius, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ p. mihi 51. ad Annum 1312. lit. N. num 172.* & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria II. ad annum 1315. pag.*

mihi 98. col. p. §. Nicolaus Mariani Mantuanus Lombardus.

1312. *Fr. Martinus de Genua.* Floruit pariter hoc eodem Anno millesimo tercentesimo duodecimo in Conuentu Sancti Dominici de Genua, egregius vir Fr. Martinus de Genua, magnus Philosophus; atque Theologus, qui cum singulari eius laude pluribus annis in principalioribus Prouinciæ Lombardiæ Conuentibus ex officio, non solum Discipulos docuit; verum etiam, & in præfatis studijs perennitati scripsit.

Egregia Commentaria super vniuersam Logicam Aristotelis.
Item Commentaria super octo Libros Phisicorum eiusdem Aristotelis.
Atque Commentaria super Libros de Generatione, atque Corruptione, & alia Opuscula Theologica diuersa.

Cuius meminit Seraphinus Razzius, *in eius Historia Illustrium Virorum Ordinis, pag. mihi 310. num. 16. cap. De Scriptoribus Ordinis, qui in Logica; atque Philosophia scripserunt.*

ANNO 1313.

1313. *Fr. Lucas de Neapoli.* FR. Lucas de Neapoli, Anconitani Conuentus in Piceno Prouinciæ Lombardiæ alumnus. Vir omni laude dignus, vtpotè qui religione conspicuus, doctrina insignis; nec non in arte oratoria, siue concionatoria clarissimus, qui ob egregia eius merita à Benedicto XI. Pontifice Maximo ad Castrensem Ecclesiam in Salentinis Neapolitani Regni promotus fuit anno millesimo tercentesimo tertio: qui & Generali Concilio Vienensi sub Clemente Papa V. anno millesimo vndecimo indicto interfuit, vna cum alijs præclarissimis PP. Ordinis Prædicatorum, qui & pariter felicissimo calamo scripsit.

Sermones de Sanctis per totum annum.
Item Sermones de Tempore per annum.
Nec non Sermones pro Quadragesimali Tempore.

Cuius merito meminit Vincentius Maria Fontana *in Theatro Sacro Dominicano p. p. cap. 5. de Episcopis, tit. 149. pag. mihi 160. col. p. num. p. §. Est & alia Castrensis Ecclesia.* Vna cum Ferdinando Vghello *Tom. 8. Italiæ Sacræ.* Atque Ambrosius Taegius, *in Monumentis Ordinis.* Et idem Vincentius Maria Fontana *in eodem Theatro Sacro Domenicano, p. 2. cap. 3. de PP. in Concilij, Tit. 6. pag. mihi 371. col. 2. §. Adsistentes quoque fuere.*

Eodem simil!iter Anno millesimo tercentesimo tertiodecimo efulsit in Conuentu Ariminensi Prouinciæ Lombardiæ vnito, Fr. Henricus de Arimino, in Sacra Theologia Vir, atque Magister celebris, necnon omnibus numeris, Scientia, Doctrina, morumque probitate ornatus, qui speculatiuo, profundissimoque eius calamo plurima tam in Philosophica, quàm Theologica facultate compilauit Opuscula, tali, ac tanto viro digna; inter cæteros autem illius perspicacissimi ingenij partus, signanter in lucem edidit. 1313. *Fr. Henricus de Arimino.*

Eruditissimam Summam Theologicam, de quatuor Virtutibus Cardinalibus inscriptam.
Atque nonnulla Quodlibeta Theologicalia varia.

Quem Doctorem eximium celebrant Iacobus de Susato *in Chronico antiquissimo Ordinis fol. mihi 169.* Ambrosius Taegius *in Monumentis Ordinis p. p.* Ioannes Michael Plodius *de Viris Illust. Ordinis Prædicatorum, p. 2. lib. p.* Antonius Senensis Lusitanus *in Bibliotheca Ordinis*; Chronicon Constitutionum Ordinis *fol. 71. à tergo.* Ambrosius de Altamura *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum ad Annum 1314. Centuria 2. pag. mihi 94. col. 1. § Henricus Ariminensis.* Et Vincentius Maria Riualius *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi 27. ad annum 1313. lit. H. num. 115.*

ANNO 1314.

FR. Borromeus Basacomarius Nobilis Bononiensis Lombardus, Doctor vtriusque Iuris, Philosophiæ interpres clari nominis, ac in Theologica facultate profundissimus sui temporis speculator, qui in concursu scriptorum suæ æta- 1314. *Fr. Borromeus de Bononia.*

ætatis, siuè suæ tempestatis egregiè scripsit, & ipse.

Eruditissima Commentaria in Aristotelis Logicam.

Eruditissima Commentaria in Vniuersam naturalem Aristotelis Philosophiam.

Item præclarissima Commentaria in Vniuersam moralem eiusdem Aristotelis Philosophiam.

Nec non Librum de Sectis, ac moribus Gentilium omni eruditione refertum.

Claruit celebris iste Vir sub Pontificatu Clementis Papæ V. anno ab Incarnatione Dominica millesimo tercentesimo quartodecimo, vt referunt Ferdinandus Castillus *in Historia Ordinis Centuria p. lib. p. cap. 31.* Antonius Senensis Lusitanus *in Bibliotheca Ordinis, fol. 57.* Ioannes Michael Plodius *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. p.* atque Vincentius Maria Riualius, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouintiæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi 17. ad annum 1314. lit. B. num. 70.* idque ex Catalogo *Illustr. Virorum Conuentus Bononiensis*, nec non ex Relationibus Lombardiæ, quibus multum defferendum est in hac parte. Quamuis Ambrosius de Altamura *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 2. ad Annum 1316. pag. mihi 98. col. 2. §. Borromeus Basacomarius*, referat hunc de anno 1316. floruisse, quod parum refert, leuis enim est discrepantia ista.

1314. Fr. Didacus de Fabriano. Eodem quoque Anno millesimo tercentesimo quartodecimo de numero Scriptorum claruit in Prouincia Lombardiæ, & signanter in Fabrianensi Conuentu in Piceno, eidem Lombardiæ Prouinciæ vnito, Fr. Didacus de Fabriano cognomine Senarius, Euangelici Verbi Promulgator, atque Declamator eximius, nec non fructuosus, qui Sanctæ Prædicationis demandatum sibi munus, in insignioribus Italiæ Vrbibus, cum tali, ac tanta, sui, ac Ordinis gloria exercuit, vt maximam famam sibi, suoque Ordini comparauerit, qui & in eius singularis Doctrinæ, suique acuminis argumentum elegantissimo calamo egregiè scripsit,

Codicem Sermonum Prædicabilium, valde eruditum de Tempore.

Item Sermonarium Quadragesimale, nec non

Librum Sermonum prædicab. de Sanctis.

Et Librum alterum Sermonum Prædicabilium de Sanctis, per annum occurrentibus.

Cuius meminit Ferdinandus Castillus *in Historia Ordinis. Centuria 2. cap. 31.* Antonius Posseuinus *in eius Apparatu Sacro*, & Alphonsus Fernandez *in Concertatione Prædicatorum*. Relati à Viocentio Maria Riualio, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto. pag. mihi 20. ad annum 1314. lit. D. num. 83.*

Efulsit similiter eodem currente Anno millesimo tercentesimo quartodecimo sub Pontificatu Sanctissimi in Christo Patris Clementis Papæ V. in Conuentu itidem Fabrianensi Prouinciæ Lombardiæ vnito Fr. Dominicus Smarra, vel vt alij existimant Sinazza, aut vt sentit Altamura, Sinarra, de Terra Fabrianensi, Vir insignis litteraturæ, in concionando facundus, promptus, nec non in porrigendo gratiosus, qui illustrium facinorum in linea litterarum, & signanter in arte oratoria præmemorati Didaci senarij eius condiscipuli, factus emulator; præfatum pariter Didacum, & in scribendo singulari studio, parique attentione imitari voluit, scripsit itaque accuratissime, & ipse, 1314. Fr. Dominicus de Fabriano.

Eruditissimos Sermones de Tempore per totum annum, nec non

Librum Sermonum de Sanctis.

Atque Codicem de Laudibus Virginis Deiparæ valde elaboratum.

Quod celeberrimus iste Scriptor Prouinciæ Lombardiæ floruerit circa annū millesimum tercentesimum quartum decimum. Id referunt ex Antonio Senense Lusitano, *in Bibliotheca Ordinis fol. 68.* atque Ferdinando Castillo, *in Historia Ordinis, Centuria II. lib. 1. cap. 31.* Ioannes Micchael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum, p. 2. lib. p.* & Ambrosius Gozzius, *in Bibliotheca Chronico, seù Catalogo Scriptorum Ordinis*, apud Ambrosium de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria II. ad annum 1314. pag. mihi 97. col. 1. §. Dominicus Sinarra.*



ANNO 1315.

1315. Fr. Albertus de Brixia.

FR. Albertus Mandugazinus de Brixia Doctor eximius, tantæ Sanctitatis, atque authoritatis in docendo, vt à Sanctissimo Patre Augustino, pro designanda mortalibus, Sancti Thomæ Aquinatis gloria, statum Angelici eius Præceptoris in Cœlesti Patria, sibi reuelari meruerit: A quo Angelico Doctore, noster Albertus Brixiensis Prouinciæ Lombardiæ splendidissimum lumen, in Scholis sub eius disciplina, adeo profecit, dum edoceretur, vt ab ipso, non solum Sacram Theologiam, profundamque Thomisticam doctrinam veluti ab inexhausto, limpidissimoque fonte hauserit; sed & morum probitatem, atque Sanctitatem à tam Angelico Præceptore verè apprehenderit; vnde & in Martyrologio Sacri Ordinis Prædicatorum Beati nomen sibi promeruerit. Extitit itaque eximius iste Vir quemadmodum Sancti Thomæ Aquinatis Discipulus fidelissimus, ita pariter Theologus Securus, atque in Vtroque Iure Doctor irrefragabilis, qui & in illibatæ doctrinæ comprobationem, solido calamo scripsit.

Pretiosissimam Summam Casuum Conscientiæ, omnibus Sacerdotibus perutilem.

Item Summam alteram Theologicam, cui titulus, Instructio Sacerdotum, miro ordine in quatuor partes distributam.

Item Sermones de Tempore per Annum.

Sermones item, pro Quadragesimali Tempore.

Item Sermones de Sanctis, Virgineque Deipara.

Et Alij Eruditissima Commentaria super quattuor Libros Sententiarum compilasse, referunt.

Nec non alia Opuscula varia, tanto viro digna.

Opera, siue scripta, tam eximij Viri, reperiuntur respectiuè, in Bibliotheca Conuentus Sanctæ Mariæ Gratiarum Mediolanensis; partim Neapoli in Bibliotheca Conuentus Sancti Petri Martiris, & partim in Bibliotheca Conuentus Sanctæ Coronæ Vincentiæ in Pergameno.

Præclarissimas tam eximij, atque celeberrimi Scriptoris Prouinciæ Lombardiæ laudes celebrant. Abbas Tritemius, *De Scriptoribus Ecclesiasticis*. Ferdinandus Castillus, *In Historia Ordinis, Centuria II. lib. p. cap. 31.* Vincentius Beluacensis *in speculo Historiali*. Leander Alberti, *de Viris Illustr. Italiæ lib. 5.* Ambrosius Taegius, *in Monumentis Ordinis*. Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. p. lib p. & p. 2. lib. p. & in Appendice*, Ambrosius Gozzius, *in Catalogo Scriptorum Ordinis*. Antonius Senensis Lusitanus, *in Catalogo Scriptorum Ordinis fol. 7.* apud Ambrosium de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria II. ad Annum 1314. pag. mihi 93. col. 2. §. Beatus Albertus Mandugazinus Brixiensis*. Iacobus de Susato, *in antiquissimo eius Chronico Ordinis fol. mihi 168. à tergo*. Leonardus Cozzandus, *in Bibliotheca Brixiensi, lit. A. p. mihi 9.* nec non Vincentius Maria Riualius *in Cathalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ, manuscripto, pag mihi 2. ad annum 1314. lit. A. num. 4.*

Eodem pariter Anno ab Incarnatione Dominica millesimo tercentesimo quintodecimo, in Bononiensi Conuentu Lombardiæ Prouinciæ floruit, & Fr. Guido de Guinicijs Bononiensis, Vir prompto ingenio dotatus, insigniter cum in Philosophia, tum in Theologia, atque Sacra Scriptura eruditus, ac doctus; merito sui æui, tam doctrina, quam suauitate morum celebris, qui & eruditissimè scripsit. 1315. Fr. Guido de Bononia.

Præclarissima Commentaria super vniuersam Aristotelis Moralem Philosophiam.

Et quamplura alia Opuscula, siue opera diuersa, tanto viro digna, quæ in Archiuio Bibliothecæ Bononiensis Conuentus asseruantur.

Cuius meminerunt inter cæteros. Ferdinandus Castillus *in Historia Ordinis, Centuria II. lib. 1. cap. 31.* Ioannes Michael Plodius *De Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 1.* Albertus Castellanus Venetus *in Chronico Ordinis*, Antonius Senensis Lusitanus *in Bibliotheca Ordinis fol. 94.* Leander Alberti, *De Viris Illustribus Italiæ*, quamuis præfatus Leander velit, nostrum Guinicium Bononiensem floruisse per antea in Prouincia Lombardiæ circa annum à Dominica Incarnatione millesimum Ducentesimum octuagesimum quartum, cuius di-

dicto proximè accedit, & Vincentius Maria Riualius, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouintiæ Lombardiæ pag. mihi 27. lit. G. num. 113.* dum vult ipsum floruisse circa annum 1286. veriùs tamen dicendum est Guinicium, de quo est sermo floruisse, atque claruisse in Prouincia Lombardiæ, de Anno 1315. in quam sententiam inclinare videtur, & Ambrosius de Altamura *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum centuria p. ad annum 1314. pag. mihi 95. col. 1. §. Guido de Guinicijs.*

ANNO 1316.

1316. *Fr. Petrus de Clugia.* FR. Petrus Kallo Clugiensis sub DD. Venetorum Dominio natus, vir patri religione, atque doctrina clarus, qui expletis singulari cum eius laude Scholasticis lecturis in irrefragabile eius litteraturæ testimonium, talia eruditissima scripta in lucem posteritati dedit, vt ipsum cum pietate, tum scientia celebrem perpetuis futuris temporibus demonstrent: Erudito itaq; calamo breuissimo tempore, at non sine intenso labore sequentia opera ipsum compilasse fertur; videlicet.

Eruditissimum Opusculum, ex professo super Diuina Mysteria, quæ in Dominica Cœna, ab Ecclesia Catholica representari solent.

Librum Sermonum de Tempore per totum annum valde elaboratum.

Librum alterum Sermonum de Sanctis, non minus eruditione refertum.

Item Librum concionum pro Quadragesimali tempore.

Grande, item Volumen Concionum, diuersarum peregrinarum materiarum tanto Viro dignum.

Item Librum, ex professo, circa, elegantissimam descriptionem, Vitæ Sanctissimi Patris Dominici; nec non

Copiosissimum omnium Sanctorum Legendarium, quorum Solemnia tunc temporis Apostolica authoritate in Ecclesia celebrabantur, à quo postea insigniores Ecclesiastici Scriptores, circa eorumdem Sanctorum egregia facinora, prò Annalibus Ecclesiasticis, circa eorundem Sanctorum vitas, formandis, non parum lumen singuli sumpsere.

Laudes tam egregij Viri celebrant Diuus Antoninus, *in 3. p. Historiali tit. 23. cap. 11.* Antonius Senensis Lusitanus *in Bibliotheca Ordinis fol. 43.* Ambrosius Gozzius; *in Cathalogo Scriptorum Ordinis.* Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. p.* Alphonsus Fernandez *in Concertatione Prædicatorum.* Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria II. ad annum 1317. pag. mihi 99. col. p. §. Petrus Kalo,* & Vincentius Maria Riualius, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 55. ad annum 1316. lit. P. num. 190.*

Hoc quoque Anno humanæ salutis millesimo tercentesimo sextodecimo, in Lombardiæ Prouincia claruit, & egregius Vir Fr. Andreucius de Camerino Pouinciæ eiusdem Lombardiæ alumnus, Philosophus, atque Theologus, sui seculi nemini secundus, memoria tam incomparabili dotatus, vt quidquid semel legisset aut audisset, eius numquam fuerit oblitus, qui & solido, atque firmo calamo, inter cætera opera, quæ compilauerat, scripsit. 1316. *Fr. Andreucius de Camerino.*

Eruditissima Commentaria super octo Libros Physicorum Aristotelis, & insuper.

Grandi Volumine Mirifica Methodo, totum Aristotelis textum octo Librorum Physicorum, eius eruditissimo calamo, ad sylogisticam formam redegit.

In Scholis Prouinciæ Lombardiæ celebrem hunc Virum circa annum 1316. claruisse atque efulsisse, referunt Iacobus de Susato *in Chronico antiquissimo Ordinis.* Ioannes Michael Plodius *de Viris Illustribus Ordinis Prædicatorum. p. 2. lib. p.* Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis fol. 20.* & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria II. ad annum 1316. pag. mihi 97. col. 2. §. Andreucius Camerinensis.* Et licèt Vincentius Maria Fontana, faciat eundem Andreucium Prouinciæ Romanæ alumnum, perperam id affirmat. Quoniam Prouincia Romana tunc temporis ad Conuentus Neapolitani Regni, & Etruriam dumtaxat se extendebat, & nullatenus erga Picenum, siue Marcham Anconæ se extendebat, aut Vmbriæ Confinia.

ANNO 1317.

1317. Fr. Antonius de Parma.

FR. Antonius de Parma Lombardus, Sacrosancti Christi Domini Euangelij, apud insigniores Italię Vrbes, per omnium ora præco celeberrimus, vir non minus doctrina, quam pietate insignis, qui in perspicacissimi, fęlicissimique eius ingenij testimonium, sequentia valde elaborata Prouinciæ Lombardiæ posteris, reliquit scripta. Scripsit itaque,

Codicem Sermonum Dominicalium super Euangelia totius anni valde elaboratum.

Item Librum Euangeliorum Quadragesimalium, cuius titulus, Medulla Sermonum.

Et alia Opuscula varia tanto viro digna.

Quem floruisse circa hæc tempora affirmant inter cæteros, Iacobus de Susato, *in antiquissimo Chronico Ordinis*, Ferdinandus Castillus *de Historia Ordinis Centuria II. lib. 1. cap. 31.* Albertus Castellanus Venetus, *in Chronico Ordinis*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ord. Prædicatorum p. 2. lib. p. & 3.* relati ab Ambrosio de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Centuria II. ad annum 1314 pag. mihi 95. col. p. §. Antonius Parmensis.* & Vincentius Maria Riualius, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ pag. mihi 7. ad annum 1316. lit. A. num. 29.*

1317. Fr. Franciscus Grauanus.

Eodem pariter Anno ab Incarnatione Dominica Millesimo tercentesimo decimo septimo claruit in Prouincia Lombardiæ, Fr. Franciscus Grauanus Venetus, vir ingenio perspicax, in Græcis Sanctis PP. eorundem Sanctorum PP. litteris, atque Codicibus, nec non scriptis valdè versatus, qui à Clemente V. Pontifice Maximo ob singulares ipsius animi dotes Antibarensis Archiepiscopus in Sclauonia creatus, & ab eodem Clemente Papa V. ad Viennense Oecumenicum Concilium missus. Eidem Sacræ Synodo interfuit, in quo & ob eximiam eius doctrinam singularem sibi, Prouinciæ Lombardiæ, necnon & Ordini famam comparauit; qui & plura Opuscula profundissimo Calamo posteritati scripsit. Verum quænam Opuscula in specialitate, tam eximius Doctor in lucem ediderit, Scriptores nostri id non tradunt. Cuius tamen meminit Ambrosius Taegius *in Monumentis Ordinis*, & cum ipso, Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria II. ad Annum 1312. pag. mihi 92. col. 1. §. Franciscus Grauanus Venetus.*

ANNO 1318.

FR. Bartholomeus Bononiensis dictus Paruus alter à Bartholomeo Pauuo, qui fuit Archiepiscopus Armeniæ; 1318. Fr. Bartholomeus de Bononia.
noster itaque Bartholomeus, de quo loquimur in præsenti, ne personam confundamus, extitit vir omnibus numeris doctus, atque in Sacra Theologia magister celebris, qui quemadmodum in Sacris Bibliorum paginis versatissimus erat, ita pariter & plures Sacræ Scripturę partes, egregijs Commentarijs illustrare voluit. Scripsit itaque inter cætera eius opera signanter.

Postillam super Sacrosanctum Diui Matthæi Euangelium.

Item alteram Postillam super Lucam.

Item Commentaria præclarissima, super Epistolas Diui Pauli, nec non

Alia Commentaria super omnes alias Epistolas Canonicas.

Quorum Commentariorum initium est. Iosue Sexto præcepit Dominus.

Cuius meminit Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 2. ad annum 1315. pag. mihi 98, col. 1. §. Bartholomeus Paruus Bononiensis*; qui pro se citat Sixtum Senensem, *in lib. 4. Bibliothecæ Sanctæ*. Ambrosium Taegium, *in Monumentis Ordinis p. p.* Seraphinum Razzium in Historia, *de Viris Illustr. Ordinis*. Antonium Senensem Lusitanum *in Bibliotheca Ordinis pag. 43.* & Ioannem Michaelem Plodium, *de viris Illustr. Ordinis p. 2. lib. p.*

Hoc eodem currente similiter Anno millesimo tercentesimo decimo octauo, 1318. Fr. Benedictus de Como.
sub Pontificatu Sanctissimi in Christo Patris Ioannis Papæ XXII. in Prouincia Lombardiæ, signanter in Comensi Sancti Ioannis Conuentu, & Fr Benedictus Nouocomensis, inclytus Sacræ Theologiæ candidatus, cuius ingenij profunditas, atque sapientia in examinandis, atque enodandis Sacræ Doctrinæ difficilimis ambiguitatibus, maximè claruit,

qui-

quipequi resolutissimo calamo, ad posterorum vtilitatem scripsit.

Grande Volumen Theologicarum Quæstionum, omni eruditione refertum.

Aliaque opera tanto Viro digna, quæ in Bononiensi Librorum Archiuio seruantur.

Quem Scriptorem Lombardiæ Prouinciæ referunt, Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 1.*, Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, & Vincentius Maria Riualius, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 16. ad annum 1318. lit. B. num. 58.*

ANNO 1319.

1319. *F. Paganus de Bergomo.* FR. Paganus Bergomensis, aliàs vulgo Beatus Paganus de Bergomo, Inquisitor Apostolicus; Vir in Sacra Scriptura peritissimus, atque eruditissimus; vtpote qui Sacrorum Bibliorum reconditiora loca, de facili, sic Diuina fauente gratia, penetrare consueuerat, vti egregia illius in Diuinam Scripturam Commentaria ad conuincendos Hæreticos, illorumque errores profligandos, accommodatissimè id demonstrant, atque conuincunt. Præclarissima itaque tam eximij viri, quæ compilauit Commentaria sunt, videlicet;

Super Pentateucon Moysis.
In Iosue.
In Libros Iudicum.
Super Ruth.
In Libros quatuor Regum.
In Libros Paralipomenon.
In Esdram, & Nehemiam.
Super Tobiam.
In Iob.
Super Psalmos, siue super Dauidicum Psalterium.
Super Parabolas Salomonis.
In Ecclesiastem.
Super Cantica Canticorum.
Super Librum Sapientiæ.
In quatuor Prophetas Maiores.
Super Matthæum.
Super Marcum.
Super Lucam.
Super Ioannem.
Super omnes Epistolas Diui Pauli Apostoli.
Super Apocalypsim.
Super Duodecim Prophetas Minores.
Item Summam Theologicam aduersus sui temporis hæreses.
Item Librum de Aduentu Domini.
Item Sermones per totum Annum.
Item Sermones de Sanctis.
Et alia plura Opuscula Theologica valde digna.

Tam inclyti Viri memorabilem mentionem faciunt, Ferdinandus de Castillo, *in Historia Ordinis, Centuria 2. lib. 1. cap. 49.*; Sixtus Senensis, *in Bibliotheca Sancta lib. 4.* Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis fol. 187.*, Ambrosius Taegius, *in Monumentis Ordinis p. p.* Albertus Castellanus Venetus, *in Chronico Ordinis*, Seraphinus Razzius, *in Historia Illustr. Virorum Ordinis*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 1.* Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 2. ad annum 1335. pag. mihi 114. col. p. §. Paganus Bergomensis*, & Vincentius Maria Riualius, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 52. ad annum 1323. lit. P. num. 179.* & Relationes Prouinciæ Lombardiæ.

Floruit quoque hoc eodem anno humanæ salutis millesimo tercentesimo decimo nono in Conuentu Bononiensi, eximius Vir F. Lambertus Primatesius de Bononia, excellens in Theologica facultate Magister, Angelicæque doctrinæ Sancti Thomæ Aquinatis propugnator acerrimus. Quapropter celeberrimus iste Doctor, non sine ingenti studio, parique labore insigne Volumen Apologeticum in defensionum doctrinæ Angelicæ aduersus quemdam Rabulam, siue Robulum Gallum, qui impijssimis scriptis, vt impugnatiuè contra scripta Sancti Thomæ Aquinatis procedere posset, Parisijs impiè inquam, corruptorium Operum Diui Thomæ sibi fixerat. In defensionem itaque Angelicæ Doctrinæ in lucem edidit noster Lambertus, siue vt inquit Riualius, Rambertus Primatesius. 1319. *Fr. Lambertus de Bononia.*

Apologiam dignissimam contra Corruptorium Sancti Thomæ Aquinatis, omni eruditione refertam.

Et alia Opuscula Theologica varia, quæ in Archiuio Librorum Bononiæ seruantur.

Quanti autem Apostolica Sedes fece-

rit tam eximij Scriptoris Prouinciæ Lombardiæ Sapientiam, Doctrinã, atq; cæteras ipsius Lamberti, siue Ramperti Primatesij animi dotes, conijce ex eo, quod vsque de anno millesimo tercentesimo tertio à Bonifacio VIII. Pontifice Maximo creatus fuerit Episcopus Castellanus. Vti habetur apud Vghellum, *Tom. 5. Italiæ Sacræ, inter Patriar. Venet.* & apud Vincentium Mariam Fontanam; *in Theatro Sacro Dominicano p. p. cap. 5. de Episcopis, Tit. 145. pag. mihi 149. col. 1. num. 2. §. P. Fr. Rampertus Tolus Bononiensis*. Quem postea celebrarunt, Ambrosius Taegius, *in Monumentis Ordinis p p.* Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 1.* Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis fol. 163.* Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 2. ad annum 1313. pag. mihi 97. col. 2. §. Lambertus Primatesius*; & Vincentius Maria Riualius, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 59. ad annum 1303. lit. R. num. 207.* & Relationes Conuentus Bononiensis, ex Bursello, Leandro Alberti, & Antonio Posseuino *in Apparatu Sacro*.

ANNO 1321.

1321. *Fr. Conradus de Asculo.* FR. Conradus de Asculo in Piceno Lombardiæ Prouinciæ alumnus, Vir eius tempestate cum in Philosophia, tum in Theologia celebris, qui post plures, diuturnasq; lecturas in insignioribus Piceni, atque Lombardiæ Conuentibus dignè habitas, tamdem acuti ingenij euidentissima testimonia posteritati, & eius profundissimo calamo dedit, cum in lucem ediderit,

Volumen Commentariorum super Libros Meteorum, valde elaboratum.

Item aliud Volumen super octo Libros Physicorum Aristotelis, nec non Egregiam Postillam super Epistolam Canonicam Sancti Iacobi Apostoli.

Floreb at circa hæc tempora præfatus Conradus de Asculo in Prouincia Lombardiæ, vti indicare voluerunt Ferdinandus Castillus, *in Historia Ordinis Centuria 2. lib. 1. cap. 31.*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 1.* Ambrosius Gozzius, *in Catalogo Scriptorum Ordinis*, Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis fol. 62.* & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 2. ad annum 1314. pag. mihi 97. col. 1. §. Conradus Asculanus*; Quamuis Vincentius Maria Riualius, velit præmemoratum Conradum Asculanum dumtaxat circa millesimum tercentesimum quinquagesimum quartum in Prouincia Lombardiæ claruisse. Ita *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 18. ad annum 1354. lit. C. num. 72.*

ANNO 1322.

1322. *Fr. Robertus de Gabliano.* FR. Robertus, siue Rupertus de Gabliano Brixiensis Diæcesis, Beati Alberti Mandugazini fidelissimus Discipulus, qui quemadmodum singularium tanti Magistri virtutum æmulator factus, ita pariter omni studio, atque attentione eiusdem tam digni Magistri imitatus doctrinam, breuissimo tempore clarissimus; Prouinciæ Lombardiæ Philosophus, atque Theologus euasit, vnde & in euidentem Ordinis vtilitatem fidelissimo calamo scripsit.

Clarissima Commentaria super quatuor Libros Sententiarum.

Sermones de Tempore per totum annum.

Sermones Quadragesimales.

Item Sermones de Sanctis per annum occurentibus.

Item Librum, de Spiritus Sancti Donis septem.

Item Egregia Commentaria super diuersos Aristotelis Libros.

Quæ in Bibliotheca Bononiensis Conuentus seruantur.

Effulsit in Bononiensi Conuentu tam insignis Doctor circa hunc annum 1322. & quamuis nonnulli per antea ipsum claruisse asserant; verius tamen dicendum est hunc floruisse solum circa hæc tempora; ita cum Ferdinando Castillo, *in Historia Ordinis, Centuria 1. lib. 3. cap. 53.*, Abbate Tritemio, *in eius Epitomis*, Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustribus Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 2.* Antonio Senensi Lusitano, *in Bibliotheca Ordinis, pag. 217.*, & Ambrosio de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 2. ad annum 1231. pag. mihi 101. col. 1. §. Robertus cognomine ignotus*. Etsi idem Ambrosius hunc Robertum cognomine, atque Patria faciat ignotum.

AN-

ANNO 1324.

1324. Fr. Dominicus de Fabriano. F R. Dominicus de Fabriano in Piceno, Prouinciæ Lombardiæ alumnus, Sacrosancti Christi Domini Euangelij preco, atque Promulgator eximius, qui veluti non minus sonora, quàm fructuosa tuba, cuius præpotentissimo sonitu, mentes etsi lapideas perditorum hominum, sic penetrare valuit, vt ad Lachrymas, pænitentiæque actus, respectiuè fundere, ac fructus facere salutis in principalioribus Italiæ Vrbibus passim Diuina fauente gratia potuerit, qui & eleuatissimo stylo scripsit.

Sermones de Tempore per totum annum.
Sermones Quadragesimales, nec non &
Codicem Sermonum de Sanctis.

Qui claruit circa hæc tempora sub Pontificatu Ioannis Papæ XXII. vti indicare voluerunt Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. p.* & Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis*, atque Relationes Lombardiæ, apud Vincentium Mariam Riualium, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 20. ad annum 1324. lit. D. num. 84.*

ANNO 1325.

1325. Fr. Georgius Alexandrinus. F R. Georgius Arrarius Alexandrinus, ab Alexandria Lombardiæ Mediolanensis Dominij, Vir in omni ferè Disciplinarum genere summè eruditus, signanter verò in Philosophia, atque Theologia, nec non in Iure Pontificio, qui quemadmodum in vtroque Iure, & in specialitate in Canonico eruditissimus fuit, prout eius scripta talem indicant, abundeque in vtroque Iure doctissimum eumdem demonstrant. Siquidem posteritati eruditissimè scripsit,

Super totum Decretum, atque
Super Decretales.
Quamuis hoc secundum scriptum, non ita facilè Scriptores prodant.

Cuius meminit Ferdinandus Castillus, *in Historia Ord. Centuria 1. lib. 3. cap. 57.*, vna cum Ambrosio Taegio, *in Monumentis Ordinis p. p.* Antonio Senensi Lusitano, *in Bibliotheca Ordinis fol. 87. circa annum 1262.* Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 1.* & Ambrosio de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 2. ad annum 1318. pag. mihi 99. col. 2. §. Georgius Arrarius Alexandrinus Lombardus.*

ANNO 1326.

F R. Conradus de Lauda Lombardus, quem etsi cognomine, natione, siue Patria Ferdinandus Castillus, atque Ambrosius de Altamura ignotum faciant; ex antiquissimis tamen Relationibus, atq; Monasteriorum Codicibus respectiuè habitis, ac visis colligitur hunc Conradum, Laudensem non solum fuisse, sed vlterius in Prouincia Lombardiæ scientia, atque doctrina eius tempestate plurimum claruisse; quinimo inter cætera eius scripta, quæ euidentissima testimonia sui acuminis dedere à Scriptoribus enumerantur, recensetur. 1326. Fr. Conradus de Lauda.

Summa Theologica in tria grandia Volumina miro ordine per Alphabetum iuxta varietatem materiarum distributa.
Item Sermones de Tempore per totum annum.
Et Codicem Sermonum de Sanctis.

Cuius eximij Scriptoris laudes celebrant, quemadmodum, & eumdem commemorant, Ferdinandus Castillus, *in Historia Ordinis Centuria 1. lib. 3. cap. 57.* Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum, in Appendice ad annum 1295.*, Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ord. fol. 62.*, & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ord. Prædicatorum Centuria 2. ad annum 1321. pag. mihi 101. col. 1. §. Conradus ignotus cognomine, natione, ac patria*; atq; Relationes Lombardiæ; & signanter Conuentus Bononiensis.

Floruit similiter hoc anno ab orbe redempto millesimo tercentesimo vigesimo sexto in alma Vrbe eximius Vir Fr. Bartholomeus Piscialis, siue de Piscialis Bonononiensis, Lombardiæ Prouinciæ; Conuentusque Bononiensis alumnus, Vir Religione, atque Doctrina nobilis, quinimo rerum agendarum prudentia insignis, variaque, nec non omnigena eruditione refertus, qui ex Regente Studij Generalis Bononiensis à Ioanne XXII. circa annum millesimum tercentesimum vigesimum creatus fuit Magister Sacri Palatij Apostolici, totius Ordinis singulari 1326. Fr. Bartholomeus de Piscialis.

lari exultatione, qui & in præfato munere in maius successorum eius commodum, profundissimo calamo plurima opera tanto Viro digna scripsit; inter cætera autem.

Summam Theologicam aduersus sui temporis, hereses.

Tractatum de Pœnitentia, Confessarijs valde vtilem.

Item Tractatum *alterum, de Fide.*

Et Opuscula alia diuersa dignissimâ.

Cuius meminit Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr, Ordinis Prædicatorum, p. 2, lib. 2,* Et cum ipso Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano, p. 2, de Ministris Apostolicæ Sedis, cap. 5. de Magistris Sacri Palatij Apostolici num 13. pag. mihi 430. col. 2. tit. B. Bartholomeus de Piscialis,* Verùm confundit iste Author B. Bartholomeum Paruum Armeniæ Archiepiscopum, cum Bartholomeo de Piscialis, cum alter sit Bartholomeus Paruus à Bartholomeo de

1327. *Fr. Almericus de Placentia.* Piscialis, & alia eius scripta, vti referemus proprio loco; *de anno* 1338. ex probatis Scriptoribus.

ANNO 1327.

FR. Almericus Giliani de Placentia Lombardus, Vir eruditissimus, qui in Bononiensi Conuentu Philosophiam, atque Theologiam summa cum eius laude per plures annos legit, & ex Lectore Bononiensis Studij Generalis, communi omnium Vocalium suffragio, Prouinciæ Lombardiæ Prior Prouincialis factus, postea pari totius Ordinis Prædicatorum lætitia, ex Priore Prouinciali Lombardiæ, in Capitulo Tolosano in Magistrum Generalem totius Ordinis electus fuit; talis, tantæque auctoritatis extitit apud Sanctam Sedem, vt in Oecumenico Viennensi Concilio, quemadmodum Angelicæ Sancti Thomæ Aquinatis Doctrinæ acerrimus defensor semper fuit, ita pariter egregiè omnium PP. in præfato Concilio Viennensi confidentium applausu, noster Almericus aduersus Beguinorum, aliorumque Hæreticorum errores strenuè pugnauerit, vicerit, glorioséque de eijsdem Beguinis triumphauerit; qui & in testimonium eximiæ suæ Doctrinæ, posteritati plurima scripta reliquit, & signanter scripsit.

Opuscula varia in Sacra Theologia, in materia tam Scolastica, quàm Morali Angelici S. Thomæ Aquinatis doctrinæ vnissona.

Codicem aduersus hæreses sui temporis, in Viennensi Concilio, iuxta Diui Thomæ Aquinatis principia, meritò damnatas.

Item Tractatum alterum, in Materia Dogmatica, Theologis per vtilem, mirabili Methodo ordinatum, singularique eruditione refertum.

Item Tractatum alterum, de perfectione Religiosa sectanda, deque studiosorum profectu in Sacro FF. Prædicatorum Ordine sedulo promouendo.

Item Epistolas varias, & excultas, ad benè, beatèque in Ordine viuendum ad hortantes eruditissimo calamo exaratas.

Et alia plura opuscula varia valde digna.

Claruit eximius iste Vir circa hæc tempora, illiusque meminit Ambrosius Taegius, *in Monumentis Ordinis p. 1.*; vnà cum Antonio Senensi Lusitano, *in Bibliotheca Ordinis fol. 8.*, Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 2.* Hieronymo Bursello, *in Vitis Magistrorum Generalium Ordinis,* Seraphino Razzio, *in Historia Illustr. Virorum Ordinis pag. mihi* 144. Ambrosio de Altamura *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 2. ad annum* 1327. *pag. mihi* 106. *col. 2. §. B. Aymericus Gilianus Placentinus in Lombardia*; & Vincentio Maria Riualio, *in Cathalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ pag. mihi 4. ad annum* 1327. *lit. A. num.* 11., qui & citat Leandrum Alberti, & Alphonsum Fernandez. 1329. *Fr. Berrardus Lombardus.*

ANNO 1329.

FR. Berrardus, siue, vt alij volunt, Bernardus, natione, siue origine Lombardus, summus Philosophus, atque Theologus sui temporis, vti præclara eius scripta talem demonstant, atq; declarant, qui in litteraria Palestra, veluti cæterorum omnium sui æui Antagonista celeberrimus, tali rationum impetu in arenam descendere solebat, & cum Hoste dimicando, atque perduellando, adeo inualebat, quousque illo deuicto, ac superato, è pugna postmodum regrediens; non solum adstantibus litterarum Professoribus, verum & ipsi Hosti clarus, triumphis insigniter ornatus redibat, qui

qui & firmiſſimo calamo ſcripſit.

Quatuor grandia, ſuper quatuor Libros Sententiarum Petri Lombardi, Volumina.

Et alia opuſcula varia multa.

Vti innuerũt Ferdinandus Caſtillus, *in Hiſtoria Ordinis Centuria p. lib. 3. cap.* 57. Seraphinus Razzius, *in Hiſtoria Illuſtr. Virorum Ordinis pag. mihi* 293. *num.* 8., Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illuſtr. Ordiuis p. 2. lib.* 1, Antonius Senenſis Luſitanus, *in Bibliotheca Ordinis pag.* 54., Ambroſius de Altamura *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria* 2. *ad annum* 1321 *pag. mihi* 101. *col.* 2. §. *Berrardus, vel Bernardus Lombardus,* & Vincentius Maria Riualius, *in Cathalogo Illuſtrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuſcripto, pag. mihi* 17. *ad annum* 1292. *lit. B. num.* 65.

ANNO 1330.

1330. *Fr. Nicolutius de Aſculo.*

FR. Nicolutius Aſculanus in Piceno Prouinciæ Lombardiæ alumnus Vir in Sac. litteris non mediocriter eruditus, vita, nec non doctrina conſpicuus, qui commendabiliſſima methodo, atque elegantiſſimo calamo, plurima Opera tam præcellentis ingenij partus in lucem edidit, inter quæ merito infraſcripta enumerantur videlicet.

Grande Volumen Sermonum Dominicalium de Tempore per totum annum.

Item aliud Volumen Sermonum de Sanctis ſimiliter per totum annum occurrentibus.

Item Sermones pro Quadrageſimali tempore, nec non

Et Sermones pro Defunctis, ſiue occaſione funerum.

De quo Doctore ſcripſere Leander Alberti, *de Viris Illuſtr. Italiæ l. 4. pag.* 144. Albertus Caſtellanus Venetus, *in Chronico Ordinis,* Antonius Senenſis Luſitanus *in Bibliotheca Ordinis pag.* 185. Ambroſius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria* 2. *ad annum* 1329. *pag. mihi* 107. *col.* 1. §. *Nicolutius Aſculanus Picenus italus,* & Vincentius Maria Riualius; *in Catalogo Illuſtr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuſcripto, pag. mihi* 52. *ad annum* 1330. *lit. N. num.* 177.

ANNO 1331.

FR. Albertus de Lauda Lombardiæ Prouinciæ Alumnus, Vir perſpicaci ingenio dotatus, moribus grauis, ac in litteris cum humanis, tum Diuinis egregiè eruditus; prout talem eius eruditiſſima Commentaria in Sacram, Diuinamque Scripturam propalare non ceſſant, neque ceſſabunt. Compilauit igitur, atque ſcripſit præcitatus Albertus de Lauda præclariſſima Commentaria ſignanter. 1331. *Fr. Albertus de Lauda.*

Super Epiſtolam Diui Pauli Apoſtoli ad Romanos.

Super vtramque Epiſtolam ad Corinthios.

Super Epiſtolam ad Galatas.

Super Epiſtolam ad Epheſios.

Super Epiſtolam ad Philippenſes.

Super Epiſtolam ad Coloſſenſes.

Super vtramque ad Theſſalonicenſes.

Super vtramque ad Timotheum.

Super Epiſtolam ad Titum.

Super Epiſtolam ad Philomonem, ac tandem.

Super Epiſtolam ad Hæbreos.

Et alia opuſcula varia.

Qui floruit hac tempeſtate, prout referunt Ambroſius Taegius, *in Monumentis Ordinis p. p.,* Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illuſtr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib.* 2. Antonius Senenſis Luſitanus, *in Bibliotheca Ordiuis fol.* 8. Ambroſius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria* 2. *ad annum* 1326. *pag. mihi* 106. *col.* 2. §. *Albertus Laudenſis Lombardus,* & Vincentius Maria Riualius, *in Catalogo Illuſtr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuſcripto, pag. mihi* 3. *ad annum* 1350. *lit. A. num.* 5.

ANNO 1332.

1332. *F. Bonbologninus de Bononia.*

FR. Bombologninus è Gabiano Bononienſis Diæceſis, eximia virtute, atque animi dotibus, vt inquit Riualius, redimitus, quinimo humanis, aque Diuinis litteris optimè cultus, qui eius ſaluberrimis; eruditiſſimiſque Doctrinis inſignioribus Prouinciæ Lombardiæ gymnaſijs perluſtratis, vt poſteritati pariter, eius nomen euiternũ doctrinarum fama conſeruare valeret, clariſſima eius acuminis, feliciſſimq calamo, ſequentibus vo-

voluminibus dedit testimonia; scripsit itaque Doctor iste eximius.

Egregia Commentaria super quatuor Libros Sententiarum.

Item in Decem Aristotelis Prædicamenta.

Item super Quinque Prædicabilia Porphirij.

Item in Librum, de sex principijs Gilberti Porrettani.

Atque plura alia opuscula dignissima.

Tam eximij Viri, non solum meminit Leander Alberti, *de Viris Illustr. Italiæ*; sed & Ferdinandus Castillus, *in Historia Ordinis, Centuria 2. lib. 1. cap. 49.* Ambrosius Taegius, *in Monumentis Ordinis p. p.*; Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis pag. 57.* Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum, p. 2. lib. 2.* Hortonouus, *in Bibliotheca ad Plodium,* Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Centuria 2 ad annum 1331. pag. mihi 107. col. 2. §. Bombologninus Gauianus Bononiensis, Catalogus Illustrium Virorum Conuentus Bononiensis.* atque Vincentius Maria Riualius, *in eius quoque Catalogo, Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 17. ad annum 1320. lit. B. num. 68.*

ANNO 1333.

1333. F. Barnabas de Vercellis.

FR. Barnabas Vercellensis Prouinciæ Lombardiæ alumnus, Vir doctissimus, maximæque authoritatis, tam in seculo, quàm in FF. Prædicatorum Ordine, qui perlustratis eius doctrinæ radijs celeberrimorum Prouinciæ Lombardiæ Conuentuum Cathedris, factus fuit Prior Prouincialis Lombardiæ, & postmodum ex Priore Prouinciali Lombardiæ in Capitulo Generali Burdegalensi vsque de anno millesimo tercentesimo vigesimo quarto, electus fuit Magister Generalis totius Ordinis. In quo munere, etsi à multis curis distractus, sibi, suoque ordini nihilominus, insigne opus, elegantissimo calamo compilare non dimisit, aut destitit; scripsit itaque egregiè iste Vir, diuersos Tractatus eius calamo dignos, inter cætera autem sui scripta non memorantur, nisi

Grande Volumen selectionum Sermonum Prædicabilium singulari eruditione refertum.

Et Quamplura Opuscula Theologicalia, quæ Author, morte præuentus, perficere nequiuit.

Huius celeberrimi Doctoris, tam in Iure Canonico, quàm in Theologia versatissimi condignam mentionem faciunt Diuus Antoninus, *in 3. p. Historiali.* Ferdinandus Castillus, *in Historia Ordinis, Centuria p. p. 2.* Riagus *in Historia Aragonensi.* Hieronymus Bursellus *in Vitis Generalium Ordinis.* Antonius Senensis Lusitanus *in Chronico Ordinis.* Leander Alberti *de Viris Illustr. Italiæ.* Iacobus de Susato, *in Chronico antiquissimo Ordinis fol. mihi 171. à tergo,* Ioannes Michael Plodius *de Viris Illustr. Ordinis p. 2. lib. 2.* Seraphinus Razzius, *in Historia Illustr. Virorum Ordinis pag. mihi 150. num. 15.* Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 2. ad annum 1331. pag. mihi 108. col. 2. §. Barnabas Vercellensis Pedemontanus*; *& in Chron. Constit. pag. mihi. 56. cap. 12.*

ANNO 1334.

FR. Ioannes Angelus de Bononia, communiter Angelus Bononiensis nuncupatus, qui Socius cum esset celeberrimi Patris Magistri Bartholomei Parui, Ecclesiæ Teflesensi in Armenia Archiepiscopi; ac perinde cũ noster Ioannes Angelus de Bononia singulari eruditione polleret, linguarumque dono desuper insignitus, ad concreditarum sibi Animarum salutem summoperè procurandam, non sine ingenti labore, elegantissimo calamo, vnà cum præmemorato Bartholomeo Paruo, è Latino in Armenum Idioma egregiè transtulit. 1334. Fr. Ioannes Angelus de Bononia.

Missale.

Breuiarium.

Rubricas Sacri Ordinis Prædicatorum.

Sancti P. Augustini Regulam.

Quatuor Libros Sancti Thomæ Aquinatis contra Gentiles, nec non

Eiusdem Sancti Thomæ Aquinatis Tertiam Partem Summæ.

Ita referunt Galanus Clericus Regularis Theatinus, *in Conciliatione Ecclesiæ Armeniæ cum Latina cap. 3.*, Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano pag. 1. cap. 4. de Archiepiscopis Tit. 9. pag. mihi 55. col. 1. num. p. §. Armeniæ Archiepiscopi*; & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria II. ad annum. 1333. pag.* mi-

mihi 110. *col.* 2. §. *Ioannes Angelus Bononiensis, atque Relationes Lombardiæ, è Conuentu Bononiensi dimanantes*.

ANNO 1335.

1335. *Fr. Benedictus de Assignano.* FR. Benedictus de Assignano, Nobilis Nouocomensis in Lombardia ortus, Vir profundissimæ intelligentiæ, atque sapientiæ; Doctrinæque Sancti Thomæ Aquinatis propugnator acerrimus, qui plurimas post lecturas, summa cum eius laude, in diuersis Prouinciæ Lombardiæ Academijs habitas, â Ioanne Papa XXII. Anno ab Incarnatione Dominica millesimo tercentesimo vigesimo octauo, Comensis Episcopus creatus fuit. In quo munere elegantissimo, tutissimoq; calamo primus omnium edidit,

Concordantias in dicta, siue inter dicta Sancti Thomæ Aquinatis.

Item Codicem Quæstionum Theologicalium, nec non

Et alia opuscula varia tanto Viro digna.

Tam eximij Viri meminerunt alias, Ferdinandus Vghellus, *in Tom.* 5. *Italiæ Sacræ*, Ferdinandus Castillus, *in Historia Ordinis, Centuria* 2. *lib.* 1. *cap.* 31. Ambrosius Taegius, *in Monumentis Ordinis p. p.* Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p.* 2. *lib.* 1. & 2., Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis*, Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. p. cap.* 5. *de Episcopis, tit.* 195. *pag. mihi* 176. *col.* 2. *num.* 1. §. *P. F. Benedictus de Assignano*, Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria* 2. *ad annum* 1339. *pag. mihi* 115. *col.* 2. § *Benedictus de Assignano Nobilis Comensis*. Et Viucentius Maria Riualius, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi* 16. *ad annum* 1335. *lit. B. num.* 59.

ANNO 1338.

1338. *Fr. Bartolomeus de Bononia alter.* FR. Bartholomeus Paruus Bononiensis, in Armeniam, alter Apostolus, in salutem animarum ab Apostolica Sede, veluti missus, Vir vndequaque celebris, & signanter, cum esset acri ingenio dotatus, in Archiepiscopali munere constitutus, animarumque sibi ab Apostolica Sede concreditarum saluti licet occupatus, vnà cum Fr. Ioanne Angelo Bononiensi eius socio nihilominus egregiè purgatissimo calamo scripsit, atque compilauit.

Eruditissima Commentaria, super Euangelium, Missus est.

Item Commentaria super Canticum Magnificat.

Item Tertiam Sancti Thomæ Aquinatis Partem è Latino in Idioma transtulit Armenum.

Item Quatuor Sancti Thomæ Aquinatis Libros contra Gentiles; è Latino in Idioma pariter transtulit Armenum.

Item transtulit in idem Idioma Armenum, & Missale Sacri Ordinis Prædicatorum.

Item Transtulit in idem Idioma Armenum, & Breuiarum FF. Prædicatorum.

Item in idem Idioma Armenum egregiè transtulit, & Regulam S. P. Augustini.

Item hoc idem præstitit, de Sacri Ordinis Prædicatorum Constitutionibus, eas è latino in Idioma Armenum vertendo.

Item illud idem fecit, de Rubricis tam Missalis, quàm Breuiarij Dominicani, in linguam Armenam transferendo.

Et alia plura edidit varia opuscula digna, in idemque respectiuè Idioma transtulit Armenum.

Laudes tam eximij Scriptoris, celebrant, inter cæteros, Clemens Galanus Clericus Theatinus, *in Conciliatione Ecclesiæ Armeniæ cum Latina cap.* 3. Ferdinandus Castillus, *in Historia Ordinis, Centuria* 1., Ambrosius Taegius, *in Monumentis Ordinis p. p.* Sixtus Senensis, *in Bibliotheca Sancta lib.* 4. Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p.* 2. *lib.* 2. Hippolitus Maraccius, *in Bibliotheca Mariana*, Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. p. cap.* 4. *de Archiepiscopis tit.* 9. *pag. mihi* 15. *col.* 1. *num.* 1. §. *Armeniæ Archiepiscopi*, Ambrosius de Altamura *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria* 2. *ad annum* 1333. *pag. mihi* 111. *col. p.* §. *Bartholomeus Paruus*, & Vincentius Maria Riualius, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi* 12. *ad annum* 1318. *lit. B. num.* 46., atque Catalogus Illustr. Virorum Conuentus Bononiensis,

ANNO 1340.

1340. Fr. Ægidius de Gallutijs. FR. Ægidius de Gallutijs nobilis Bononiensis, eius tempestate Prouinciæ Lombardiæ, decus, Hæresum, Hæreticorumque profligator acerrimus, & signanter aduersus Beguinorum errores, aduersus quos pluries calamum acuerat, qui & quemadmodum Catholicarum veritatum erat indefessus propugnator: Ita ex aduerso in profligandis Beguinorum erroribus, virili pectore perduellare cum Beguinis consueuerat. Quapropter quemadmodum voce aduersus Hæreticorum pestilentiam declamare, vsq; ad eius vitæ terminum non destitit, ita neque ab eruditissimis eius Scriptis pariter abstinere voluit, vnde & in eius constantiæ præmium à Ioanne XXII. Pontifice Maximo anno millesimo tercentesimo vigesimo octauo Cretensis Archiepiscopus creatus fuit; Bononiæque in Diui Dominici Templo tumulatus ante Aram Maiorem, sequenti cum hac inscriptione.

Hic iacet Reu. Dominus
Fr. Ægidius de Gallutijs de Bononia
Ordinis Fratrum Prædicatorum,
Dei gratia Archiepiscopus Cretensis.
Qui obijt Anno Domini M.CCC.XL.
Die vi. Decembris.
Cuius anima requiescat in pace.

Qui eruditissimè dum viueret inter cætera opera, & sequentes Tractatus scripsit, qui in Bibliotheca Bononiensi seruantur, videlicet.

Volumen, siue Tractatum eruditissimum de Christi Domini Sanctorumque Apostolorum eius paupertate.

Item opus insignè aduersus Begardos, atque Beguinos, eorumdemque errores.

Item Summam Casuum Conscientiæ valde eruditam ad formam Sacrorum Canonum, Sanctiq; Thomæ Aquinatis principia.

Et alia opuscula varia multa.

Cuius meminit Ambrosius Taegius, *in Monumentis Ordinis*, Diuus Antoninus, *in 3. p Historiali cap. 11 tit. 23.*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib 2.* Antonius Senensis Lusitanus, *in Chronico Ordinis, decade 1330.*, Ferdinandus Vghellus, *in Italia Sacra Tom. 5., inter Episcopos Turcellanos num. 37.*, Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. p. cap. 4. de Archiepiscopis, tit. 35. pag. mihi 71. col. 2. num. 3. §. P. Fr. Ægidius Gallutius nobilis Bononiensis*, & Vincentius Maria Riualius, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 21. ad annum 1340. lit. A. num. 93.* atque Relationes Conuentus Bononiensis.

ANNO 1341.

FR. Gratiadeus de Asculo Prouinciæ Lombardiæ alumnus, in Philosophicis, atque Theologicis disciplinis Magister celeberrimus, qui sui ingenij acumine, ita dilucidè, atque cum tali, ac tanta copia semper subtilissimè scripsit, vt veri Peripatetici Philosophi, sinceriq; Thomistæ Theologi famam iure meritò sibi comparauerit; indefesso itaque calamo scripsit, videlicet. 1341. Fr. Gratiadeus de Asculo.

Volumen primum, in Vniuersam veterem Aristotelis syllogisticam artem.

Volumen secundum in quinque Porphirij Prædicabilia.

Volumen aliud in sex Gilberti Porretani principia.

Item eruditissima in octo Libros Physicorum Commentaria.

Item Commentaria in tres Libros de Anima.

Item Quæstiones plures Methaphysicales, quas in Vniuersitate Patauina publicè defenderat.

Item Summam rerum Logicalium.

Item Commentaria egregia in Libros de Somno, & Vigilia.

Item de Memoria, & Reminiscentia.

Item de Morte, & Vita.

Item de Longitudine, ac Breuitate Vitæ.

Item de Intellectu, & Intelligibili.

Item de Sensu, & Sensato.

Item de Motibus Animalium.

Item de Proprietate Elementorum.

Item de Phisionomia.

Item de Lineis indiuisibilibus.

Item de Mundo, & Moribus.

Item de Bonafortuna.

Item de Nilo.

Item de Coloribus.

Item de Causis Iuuentutis, atque Senectutis.

Item de Respiratione, atque Inspiratione.

Item

Item de Plantis.
Item de Pomo.
Item Quæstiones in materia Theologica varias.
Atque alia plura opuscula tanto viro dignissima, quæ in Archiuio Conuentus Bononiensis seruantur.

Floruit in Prouincia Lombardiæ eximius iste in omni scientiarum genere Doctor, de anno millesimo tercentesimo quadragesimo primo, sub Pontificatu Benedicti Papæ XII. De quo sermonem vndequaq; condignum in eorum scriptis texere Gesnerus, *in eius Epitomis*, Ambrosius Taegius, *in Monumentis Ord. p. p.*, & Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 2. & in Appendice*, Ambrosius Gozzius, *in Catalogo Scriptorum Ordinis, siue in eius Chronico Ordinis*, Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis fol. 92. & fol. 93.* Scipio Mazzella, *in Descriptione Somni*, Ferdinandus Castillus, *in Historia Ord. Centuria p. & 2 lib. 2.*, Leander Alberti, *de Viris Illustr. Italiæ*, Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 2. ad annum 1314. pag. mihi 94. col. 1. §. Gratiadeus de Asculo in Piceno*, & Vincentius Maria Riualius, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ, pag. mihi 26. ad annum 1341. lit. G. num. 110.* & Relationes Conuentus Bononiensis.

1341. Fr. Iacobus de Ferraria. Claruit quoque eodem anno millesimo tercentesimo quadragesimo primo in Prouincia Lombardiæ, & signanter in Conuentu Ferrariensi, & Fr. Iacobus de Ferraria, Vir omnium sui æui sapientissimus, speculatorque profundissimus; in specialitate verò magnus Philosophus, Theologus, artiumq; celeberrimus Magister, quippe qui acutissimi sui ingenij, nec non singularis doctrinæ, per eruditissima scripta in lucem edita, profunditatem, eminentiamque abunde ostendit, & signanter in sequentibus Tractatibus.

In Philosophia.
In Tractatu de Paruis naturalibus.
In Tractatu de Cælo, & Mundo.
In Tractatu de Anima.
Et in Tractatu de Generatione, & Corruptione.
In Theologia verò.
In Tractatu de Scientia, atque Præscientia.
In Tractatu de Voluntate, de Prædestinatione, atque Reprobatione.
In Tractatu de Diuina Gratia.
In Tractatu de Vitijs, atque Virtutibus.
Atque in Tractatu de Romani Pontificis potestate.
Nec non in Summa Theologica aduersus Hæreses,
Quæ scripta in Bibliotheca Ferrariensi manuscripta aliàs seruabantur.

Cuius meminit Seraphinus Razzius, *in Historia Illustr. Virorum Ordinis, inter Episcopos, pag. mihi 312. num. 7.*, & Relationes Lombardiæ è Conuentibus Ferrariensi, atque Bononiensi prouenientes. Qui & ab Apostolica Sede inter Inquisitores Lombardiæ Prouinciæ aduersus hæreticam prauitatem delegatus fuit. Ex Razzio *loco citato*.

ANNO 1342.

FR. Nicolaus de Asculo in Piceno Prouinciæ Lombardiæ alumnus, Marchiæ decus, Vir Philosophus, atque Theologus æquè eruditus, alter à Nicolutio Asculano, quem supra Anno 1330. retulimus, prout illius scripta manifestè, optimeque talem demonstrant à præcedente distinctum, qui inter eius Codices posteritati in sui nominis memoriam relictos; scripsit. 1342. Fr. Nicolaus alter de Asculo.

Præclarissima Cōmentaria super vniuersam Aristotelis artem.
Item Eruditissimum totius Logicæ Compendium.
Item Grande Volumen Variarum Quæstionum super octo Libros de Physico auditu.
Et plura alia Opuscula cum Philosophica, tum Theologica valde digna.

Tam celebris Scriptoris meminere, Ambrosius Taegius, *in Monumentis PP. Ordinis p. p.* Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. p. & lib. 2.* Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis*, Ferdinandus Castillus, *in Historia Ordinis Centuria 2. lib. p.* Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 2. ad annum 1342. pag. mihi 118. col. p. §. Nicolaus Asculanus.* Vincentius Maria Riualius, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi. 51. ad annum 1342. lit. N. num. 173.* & Relationes Lombardiæ.

ANNO 1343.

1343. Fr. Petrus de Palma. FR. Petrus de Palma Furlanus in confinijs versus Styriæ Carinthiã DD. Venetorum, Prouinciæ Lombardiæ alumnus, tantæ litteraturæ Vir, sua tempestate, vt ab Eminentissimo Domino Ioanne Cardinali à Turrecremata Hispano Ordinis Prædicatorum, tanquam Doctor celebris sui æui, *in eius Tractatu de Conceptione p. 6. cap. 29.* iure merito fuerit citatus; tanti ponderis tunc temporis erat nostri Petri de Palma, etiam apud S. R. E. Cardinales auctoritas; qui & dignissimo calamo scripsit.

Postillam in Lucam, omni eruditione refertam.

Tractatum, de Virginis Deiparæ Conceptione.

Et alia quamplura Opuscula, tanto Doctore digna.

Tam egregij viri in scribendo fælicitatem inter cæteros commemorant Ioannes Cardinalis à Turre cremata, *in Tractatu de Conceptione p. 6. cap. 29.* & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 2. ad annum 1342. pag. mihi 117. col. p. §. Petrus de Palma, Vir doctissimus.*

ANNO 1344.

1344. Fr. Venturinus de Bergomo. FR. Venturinus de Bergomo Lombardus, in prædicatione Euangelica totius Italiæ Apostolus, doctrina morumq; probitate celebris, qui in dicendo, declamando, atque vitia detestando, tanta facundia, atque efficacia erat dotatus, vt in conuersione animarum nuncuparetur mirabilis, & in Terræ Sanctæ subsidium sanctis eius prædicationibus, aduersus Saracenos, exercitui Christianorum plura militum millia, eius ope in dicendo de facili vnire valuerit, talis, ac tam in persuadendo fructuosus erat eius sermo, qui pariter, & in testimonium, suæ sufficientiæ, atque Doctrinæ posteritati scripsit.

Dignissimum Spiritualium Epistolarum Codicem omni eruditione refertum.

Item Librum Sermonum de Tempore per totum Annum.

Item Librum Sermonum de Sanctis.

Item Librum Sermonum Quadragesimalium,

Et alia Opuscula varia.

Cuius egregias laudes celebrant nostrates; & præsertim inter cæteros Albertus Castellanus Venetus, *in eius Chronico Ordinis*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis p. p. lib. 2. num. 37. & p. 2. lib. 2.* Ferdinandus Castillus, *in Historia Ordinis*. Ambrosius de Altamura *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 2. ad Annum 1344. pag. mihi 118. col. 2. §. Beatus Venturinus Bergomensis, & Chron. Constit. cap. 12. §. defuncto Ioanne Pontifice pag. mihi 57.*

ANNO 1347.

FR. Bartholomeus de Ferraria, Vir probitate morum, virtutumque copia clarus, siquidem in Sacra Theologia celeberrimus Magister, nec non in propria eius Patria aduersus hæreticam prauitatem Inquisitor Apostolicus vndequaque æquè doctissimus, atque zelantissimus extitit, qui & pro eius litterarum sufficientiæ coronide eruditissimo calamo posteritati scribendo, sequentia indubitata dedit indicia; scripsit itaque. 1347. Fr. Bartolomeus de Ferraria.

Volumen Sermonum de Sanctis.

Volumen aliud Sermonum de tempore per Annum.

Item Sermones de Tempore, & de Sanctis Quadragesimali tempore.

Item Tractatum Moralem, de illis, qui pestilentiæ tempore è Ciuitate egredi non deberent.

Item plura alia Opuscula varia.

Claruit iste Author Ferrariæ, circa hæc tempora anni millesimi tercentesimi quadragesimi septimi, sub Pontificatu Clementis Papæ VI. eiusque laudes celebrarunt Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustribus Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 2.* Ambrosius Gozzius *in Catalogo Scriptorum Ordinis*. Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis*. Ambrosius Taegius *in Monumentis PP. Ordinis p. p.* Ambrosius de Altamura, *in eius Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 2. ad annum 1343. pag. mihi 118. col. 2. §. Bartholomeus Ferrariensis*; & Vincentius Maria Riualius, *in Cathalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 13. ad annum 1390. lit. B. num. 47.*, & Relationes Lombardiæ.

AN-

ANNO 1348.

1348. *Fr. Constantinus de Asculo.* FR. Costantinus de Asculo in Piceno, Prouinciæ Lombardiæ alumnus, Vir cum in Philosophia, tum in Theologia æquè versatus, Doctorque resolutissimus, qui solidissimo calamo varios Tractatus singulari eruditione refertos posteritati scripsit. Inter cætera autem tam egregij viri opera, numerantur.

Grande Volumen Selectarum Quæstionum in materia Philosophica.

Et Volumen aliud variarum pariter Quæstionum Theologicalium.

Item Summam Casuum Conscientiæ, valde elaboratam.

Quem scriptorem celebrant Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 2.* Ambrosius Gozzius, *in Catalogo Scriptorum Ordinis*, siue *in Bibliotheca Ordinis*, Ferdinandus Castillus, *in Historia Ordinis, Centuria 2*, Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 2. ad annum* 1348. *pag. mihi* 120. *col.* 2. §. *Constantinus Asculanus Picenus*, & Vincentius Maria Riualius *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi* 18. *ad annum* 1348. *lit. C. num.* 73. & Relationes Lombardiæ, & signanter ab Asculano Conuentu prouenientes.

ANNO 1349.

1349. *Fr. Federicus de Venetijs.* FR. Federicus, siue Fridericus Venetus Conuentus Sancti Dominici Venetiarum, ac perinde Prouinciæ Lombardiæ alumnus, Ecclesiastes sui temporis eruditissimus, atque in Bibliorum Librorum Studio speculator profundissimus, qui inter cætera eius scripta elegantissimo stylo, firmissimoque calamo compilauit.

Doctissima Commentaria in Diui Ioannis Euangelistæ Apocalypsim.

Sermones de Sanctis, atque

Sermones de Tempore per totum Annum.

Et alia Opuscula satis digna.

Florebat in Venetiarum Conuentu hac tempestate tam insignis Doctor, vti referunt Ambrosius Gozzius, *in Catalogo Scriptorum Ordinis*, siue, *in Bibliotheca Ordinis*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 2.*, Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis pag.* 38. & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 2. ad annum* 1348. *pag. mihi* 129. *col.* 2. §. *Federicus Venetus*, & Relationes Lombardiæ.

ANNO 1350.

FR. Andreas Turrianus de Mediolano Sacræ Theologiæ Magister, Vir doctrinæ copia, ingenijque fælicitate, sui temporis nemini secundus, qui Bononiæ pluries, publicè inter disceptandum cum Aduersarijs in re Theologica, non solum Summæ Angelicæ fidelissimus interpres, sed & Sancti Thomæ Aquinatis illibatæ Doctrinæ, veluti vnicus propugnator acerrimus, sui æui omnium applausu fuit acclamatus, qui postea tractu temporis, ob singulares illius animi dotes ab Vrbano V. Pontifice Maximo, hoc est anno à Dominica Incarnatione millesimo tercentesimo sexagesimo octauo Ianuensis Archiepiscopus creatus fuit, qui & iam antea firmo, solidoque calamo plura compilauit Volumina sui acuminis excellentiam indicantia. Scripsit, itaque egregius iste Vir. 1350. *Fr. Andreas de Mediolano.*

Summam Casuum Conscientiæ, valde eruditam.

Item Concordantias locorum Doctrinæ Sancti Thomæ Aquinatis.

Item Quæstiones Quolibetales in materia Theologica.

Item Codicem variarum Quæstionum in materia Philosophica.

Item Libellum, pro digna Cleri Ianuensis reformatione, ad componendam Ecclesiam illam Metropolitanam.

Et alia plura opuscula, quæ manuscripta in Bononiensi Conuentu seruantur.

Cuius meminit Ioannes Michael Plodius; *de Viris Illustribus Ordinis Prædicatorum p. 2. lib.* 2. & cum eo Ferdinandus Vghellus, *in Italia Sacra Tom.* 4. Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. p. cap.* 4. *de Archiepiscopis tit.* 52. *pag. mihi* 79. *num.* 2. *col.* 2. § *P. F. Andreas Turrianus*, & Ambrosius de Altamura *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 2. ad annum* 1377. *pag. mihi* 135. *col. p.* §. *Andreas Turrianus Mediolanensis*, & Relatio-

nes Conuentus Bononiensis.

ANNO 1352.

1352. *Fr. Bonifatius de Cremona.* FR. Bonifacius de Cremona Lombardus, vir in seculo adhuc in litteris Politioribus doctus; & postea in Dominicana Familia vix constitutus, cum in Philosophia, tum in Theologia statim doctior, atque valde eruditus factus, quapropter breuissimo tempore, de ipsius intellectus acumine talia dedit indicia, vt inde eius nominis maximam famam sibi comparauerit, dum mira eruditione scripsit.

Magnum Volumen Sermonum, de Tempore.

Volumen aliud Sermonum, de Sanctis.

Nec non & Volumen Tertium verè aureum Sermonum Quadragesimalium.

Quem vti Doctorem eximiũ summopere magnificant Alphonsus Fernandez *in Concertatione Prædicatorum*, Ambrosius Taegius, *in PP. Monumentis p. p.* Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 3.* Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinus fol. 57.* Hyppolitus Maraccius, *in Bibliotheca Mariana.* Petrus Martyr Festa, *in eius Quadragesimali*, Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Centuria 2. ad Annum 1550. pag. mihi 123. col. 2. §. Bonifacius Cremonensis*, & Vincentius Maria Riualius, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ Manuscripto pag. mihi 17. ad annum 1507 lit. B. num. 69.* & Relationes Lombardiæ.

ANNO 1356.

1356. *Fr. Nicolaus Venetus.* FR. Nicolaus à Cruce Venetus Prouinciæ Lombardiæ alumnus, Vir quemadmodum felicissimi ingenij, ita pariter & maximæ virtutis exemplar extitit qui signanter inter cætera Opera scripsit.

Librum Homiliarum supra primam Diui Pauli Apostoli Epistolam ad Corinthios, omni eruditione refertum.

Atque quamplurima alia Opuscula digna.

Claruit insignis iste Vir circa annum 1356. vti refert Sansouinus, *in Historia DD. Venetorum.* Et cum ipso Sansouino Ioannes Michael Plodius, *De Viris Illust. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 2.* atque Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 2. ad annum 1357. pag. mihi 127. col. p. §. Nicolaus à Cruce Venetus.*

ANNO 1358.

FR. Dominicus Leoni Venetus, Prouinciæ Lombardiæ alumnus, Philosophus, atque Theologus sua Tempestate celebris, qui inter cæteros litterarios eius laborum fructus, posteris Prouinciæ Lombardiæ clarissima sui acuminis reliquit testimonia, dum tutissimo calamo infrascripta Opera compilauit videlicet. 1358. *Fr. Dominicus Venetus.*

Primum, & Secundum Volumen, de Sole Christianorum, inscripta.

Item Codices duos de supernaturalis maiestatus superno lumine.

Item de spirituali Theologia Librum vnum.

Item Dialogum de Gratia; Deque naturæ humanæ nobilitate.

Item volumen de Philosophia Sacra, supernaturalis Throni.

Item, de Sacrosancto Incarnationis Mysterio Librum vnum.

Item de Sanctissimæ Crucis luce, Tomum vnum.

Item Dialogum de notitia vera, siue rectæ viæ.

Item Tractatum de Amore Dei.

Item Primum, & Secundum Volumen de Virginis Deiparæ Vexillo.

Item Dilucidationes, circa Matris Domini ortum.

Item, & Postillam satis copiosam, atque eruditam in Lucam.

Et quamuis Ambrosius de Altamura velit insignem hunc Scriptorem circa annum 1364. dumtaxat floruisse. Ex relationibus tamen ex antiquissimis Pergamenis à Personis fide dignis claruit noster Dominicus Leoni Venetijs circa annum millesimum tercentesimum quinquagesimum octauum. De quo Sixtus Senensis, *in Bibliotheca Sancta lib. 4.* Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum ad annum 1358.* Hyppolitus Maraccius, *in Bibliotheca Mariana*, Iacobus Alberici, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Venetorum*, Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædica-*

ca-

catorum, *Centuria 2. ad annum 1364. pag. mihi 131. col. p.* §. *Dominicus Leo, & in Appendice ad annum pariter 1364. pag. mihi 488. col. 2. & pag. 489. col. p.* qui citat Sansouinum ibidem; atque Antonium Posseuinum, *in Apparatu Sacro Tom p. fol. 416.* etsi dictus Antonius Posseuinus omittat nostrum Dominicum Leoni fuisse è Domenicana Familia.

ANNO 1360.

1360. *Fr. Albertus de Reggio.* FR. Albertus Gallinganus è Reggio Lombardiæ, vir sui æui, in omni disciplinarum genere egregiè versatus, qui ob insignem eius doctrinam ab Excellentissimo DD. Venetorum Senatu, ad Patauinam Vniuersitatem, illiusque Archigymnasium maxima cum eius laude pro Theologali Cathedra electus fuit, qui & in sui acuminis præclarissima testimonia sequentia Volumina in lucem edidit, scripsit namque

Grandia quatuor Volumina Commentariorum, in Quatuor Libros Sententiarum Petri Lombardi; nec non

Et aliud Volumen variarum Theologalium Quæstionum.

Qui floruit hoc anno millesimo tercentesimo sexagesimo ab Incarnatione Dominica sub Pontificatu Innocentij Papæ VI. vti habetur ex antiquissimis Relationibus Conuentus Reggiensis, nec non Bononiensis, apud Vincentium Mariam Riualium, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 3. ad annum 1360. lit. A. num. 6.*

ANNO 1361.

1361. *Fr. Guilelmus de Crema.* FR. Guilelmus de Crema Serenissimi Dominij DD. Venetorum Beati Alberti Mandugazini Brixiensis fidelissimus Discipulus, in Prouincia Lombardiæ sui temporis Theologus famosissimus, qui singulari studio, ex dictis Sanctorum Patrum eruditissimam Summam mirabilem Theologicam compilauit, miro ordine in Libros decem distributam, cui titulus.

Florigerum Theologiæ Opus verè aureum.

Et Opusculum de Auctoritate Papæ.

Quæ Opera in Bononiensi Conuentu seruantur, cum alijs scriptis eiusdem Doctoris.

Cuius meminere Ferdinandus Castillus *in Historia Ordinis Centuria p. lib. 3. cap. 57.* Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ord. Prædicatorum p. 2. lib. 1.*, & Antonius Senensis Lusitanus *in Bibliotheca Ordinis, ad annum 1292.* relati ab Ambrosio de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 2. ad annum 1321. pag. mihi 101. col. 2.* §. *Guilelmus, patria, & cognomine incognitus*; ipsum tamen Cremensem faciunt Relationes Lombardiæ signanter, quæ in Bononiensi Conuentu habentur.

ANNO 1362.

FR. Franciscus de Beluno origine Furlanus Prouinciæ Lombardiæ filius, Vir in Sacris litteris eruditissimus, qui singulari studio, atque labore posteritati exprofesso, ex inexhaustis Diuinarum Scripturarum Thesauris, firmissimo calamo præclarissima Commentaria collegit; videlicet. 1362. *Fr. Franciscus de Beluno.*

Eruditissima Commentaria in Sacram Genesim.

Item alia perpulchra Commentaria; in Tobiam.

Item aliam Postillam super Iob.

Et alia Opuscula pariter varia manuscripta, quæ in Archiuio Bononiensi seruantur.

De quo Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 2.* Ambrosius Gozzius, *in Catalogo Scriptorum Ordinis.* Et Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 2. ad annum 1375. pag. mihi 134. col. 2.* §. *Franciscus à Beluno.*

ANNO 1365.

FR. Thomas à Sancto Geruasio, alias à Sancto Germano Nobilis Brixiensis Lombardus, vir omnibus numeris celebris, signanter in Sacræ Theologiæ Studijs, Historiarumque Ecclesiasticarum eruditionibus plurimum versatus, qui desiderio posteritatis iuuandæ anellans, Vitas Sanctorum Priscorum PP. Ordinis nostri, compendioso calamo in vnum collegit, in lucemque edidit. Scripsit itaque iste Doctor 1365. *Fr. Thomas à Sancto Geruasio.*

ctor elegantiſsimo calamo.

Acta Sanctorum Sacri Ordinis Prædicatorum.

Item in ſpecialitate Vitam Sancti Patris Dominici.

Item Vitam Seorſim Sancti Petri Martyris.

Atque Vitam in ſpecialitate Sancti Thomæ Aquinatis.

Tanti Doctoris meminit Ambroſius de Altamura *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria p. ad annum 1211. pag. mihi 3. col. 1. §. Ferunt inſuper quidam; & pag. mihi 35. col. p. §. Scripſerunt eius vitam Græco ſermone.* Vbi noſter Ambroſius de Altamura hunc Fr. Thomam de Sancto Geruaſio, facit de Sancto Germano Brixienſem. Verùm bona pace præfati Ambroſij de Altamura dicendum eſt eſſe de Sancto Geruaſio, & non de Sancto Germano, quoniam in toto Agro Brixienſi non reperitur Caſtrum, Oppidum. Terra, aut Villa de Sancto Germano; ſed ſolum de Sancto Geruaſio, quare dicendum venit, quod fuerit Typographi error de Sancto Geruaſio, in Sanctum Germanum.

ANNO 1368.

1368. *Fr. Nicolaus alter à Sancto Martino.*

FR. Nicolaus à Sancto Martino alter, Mantuanæ, vel Mutinenſis Diæceſis Lombardus. Vir eius tempeſtate talis, ac tantæ litteraturæ in Euangelica propagatione, nec non in Sacræ Scripturæ arcanorum interpretatione, vt nemo ſuperſtitum (Ambroſio Taegio ſic atteſtante) eidem comparari potuerit tunc temporis, qui & ob ſingularis ipſius animi dotes Anno à Dominica Incarnatione milleſimo tercenteſimo ſexageſimo ſeptimo ab Innocentio VI. Pontifice Maximo Recanatenſis Epiſcopus creatus fuit. Qui & egregiè ſcripſit.

Volumen ſatis grande Sermonum de Tempore per totum annum.

Item Volumen aliud Sermonum de Sanctis per annum occurrentibus.

Item Tertium Volumen Sermonum pro Quadrageſimali tempore.

Nec non Codicem Sermonum de Laudibus Beatiſſimæ Virginis Deiparæ.

Cuius laudes celebrant Ambroſius Taegius, *in Monumentis PP. Prouinciæ Lombardiæ p. p.* Ferdinandus Caſtillus, *in Hiſtoria Ordinis, Centuria 1. lib. 3. cap.* 57. Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illuſtr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 2.* Antonius Senenſis Luſitanus, *in Bibliotheca Ordinis*, Ambroſius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 2. ad Annum 1368. pag. mihi 132. col. 1. §. Nicolaus de Sancto Martino Piſanus.* Et quamuis noſter Ambroſius de Altamura illum faciat Prouinciæ Romanæ alumnum. Veriùs tamen dicitur quod ſit Prouinciæ Lombardiæ filius, iuxta ea, quæ tradit Vincentius Maria Riualius, *in Catalogo Illuſtr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuſcripto, pag. mihi 51. ad annum 1368. lit. N. num.* 174. & Relationes Conuentus Bononienſis, atque Mantuani.


ANNO 1370.

FR. Iſnardus Tacconus Papienſis, Vir in omni ſcientiarum genere eruditiſſimus, qui ob egregia eius merita, primò in Romana Curia Apoſtolicus Pœnitentiarius extitit, deinde ad Thebanam Eccleſiam Metropolitanam aſſumptus, inde ad Antiochenum Patriarchatum translatus fuit, ac tamdem ob Eccleſiæ paupertatem Patrij Epiſcopatus coadiutor ſubſtitutus fuit, in quo munere ſignanter in præfata Eccleſia adminiſtranda Sanctiſſimè ſe geſſit. Qua occaſione pro bono regimine. 1370. *Fr. Iſnardus Tacconus.*

Edidit ſaluberimas Synodales pro Cleri reformatione Conſtitutiones.

Et plura alia Opuſcula.

De quo Doctore mentionem facit Spondanus, *in Annalibus Eccleſiaſticis ad annum 1320. num. 1.*, Sanctus Antoninus, *3. p. Hiſtoriali, tit. 23. cap. 11.* Olmeda, *in Vita Aymerici Magiſtri Generalis, Ordinis*, Antonius Senenſis Luſitanus, *in Chronico Ordinis Decade 1370. fol. 203.*, Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Dominicano p. p. cap. 5. de Epiſcopis tit. 452.*, & Ambroſius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 2. ad annum 1319. pag. mihi 100. col. 1.*



AN-

ANNO 1374.

1374. *Fr. Thomas de Clarasco.* FR. Thomas de Clarasco Pedemontanus Prouinciæ Lombardiæ, qui extitit præmemoratæ Prouinciæ Prior Prouincialis, nec non deinde Confessarius Serenissimi Ducis Sabaudiæ, Vir in omni disciplinarum genere sui temporis nemini secundus, qui etiam salubriter, ac erudito calamo scripsit.

Summam præclarissimam Casuum Conscientiæ.
Sermones de Tempore per totum annum.
Item Sermones de Sanctis, &
Plura alia scripta tantò Viro digna.

Scripsit tam celebris Vir circa annum millesimum tercentesimum septuagesimum quartum à Dominica Incarnatione. Quamuis aliqui voluerint ipsum floruisse de anno 1410. De tam insigni Doctore mentionem fecere, Antonius Senensis Lusitanus *in Bibliotheca Ordinis*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris illustr. Ord. Prædicatorum p. 2. lib. 3. & Appendice*, Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Dominicano p. p. cap. 2 de Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, tit. 24, pag. mihi 27. col. p.*, vbi facit eum S. R. E. Cardinalem, & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 2. ad annum 1372. pag. mihi 132. col. 2.* & alij.

ANNO 1375.

1375. *Fr. Gottifredus de Anselmis.* FR. Gottifredus de Anselmis, siue vt alij volunt Goffredus Anselmi de Ponteuico Brixiensis Diæcesis, Poeta, atque Theologus celeberrimæ famæ sui seculi, qui inter cæteras sui lucubrationes scripsit opus omni eruditione refertum in lucem itaque edidit.

Librum, cui titulus Pantheon.

Cuius mentionem fecere Bernardus Lucemburgensis, *lib. de Hæresibus, atque Hæreticis*, hoc est in principio Catalogi de Hæreticis, Ioannes Michael Plodius *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 2.*; apud Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 2. pag. mihi 134. ad annum 1375. col. 2.* Quamuis iste Author cognomine, ac patria faciat ignotum. Ex Relationibus tamen habitis habemus esse talem, qualem hucusque fecimus.

ANNO 1379.

FR. Vgolinus de Camerino in Piceno, Prouinciæ Lombardiæ alumnus, Vir eius tempestate in omni fermè facultate eruditissimus, qui in principalioribus Prouinciæ Lombardiæ Conuentibus expletis lecturis ab Vrbano Papa VI. currenti anno millesimo tercentesimo septuagesimo nono creatus fuit Palatij Apostolici Magister; qui postea obijt anno 1384. relictis post se suæ lecturæ, atque ingenij acuminis præclara testimonia videlicet. 1379. *Fr. Vgolinus de Camerino.*

Codicem Sermonum de Tempore.
Item Librum Sermonum de Sanctis.
Item Sermones pro Dominicis diebus, ac ferijs Quadragesimalibus, &
Librum Sermonum de Beatissima Virgine Deipara.
Et alia opuscula.

De quo Doctore scripsere Ioannes Michael Plodius, *de Viris illustr. Ordinis p. 2. lib. 2.*, Ambrosius Gozzius, *in Bibliotheca Ordinis*, Ferdinandus Castillus, *in Historia Ordinis Centuria 2.* Vincentius Lusitanus *de Magistris Apostolici Palatij*, Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. 2. cap. 5. de Ministris Sedis Apostolicæ tit. 23. pag. mihi 435. col. 1.*, & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 2. ad annum 1384. pag. mihi 139. col. 1.*

ANNO 1380.

FR. Aldobrandinus è Collegarijs Ferrariensis, Vir eruditione Sacra, auctoritatum Sanctorum Patruum possessu, euangelizandi gratia vndequaque conspicuus, qui Apostolico zelo aduersus hæreticam prauitatem per plures annos officio laudabiliter peracto etiam in propria Patria, tamdem in lucem edidit. 1380. *Fr. Aldobrandinus de Ferraria.*

Sermones varios de Tempore per totum annum.
Item Sermones de Sanctis.
Item quam plura opuscula Moralia tam Latino, quàm Italico Sermone respectiuè conscripta, nec non
Officium Translationis S. Thomæ Aquinatis composuit.

Floruisse circa annum millesimum tercentesimum octuagesimum supradictum

ctum Fr. Aldobrandinum in Ciuitate Ferrarienſi innuere voluere; Fernandus Caſtillus, *in Hiſtoria Ordinis*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illuſtr. Ordinis p. 2. lib. 2.*, & Antonius Senenſis Luſitanus, *in Bibliotheca Ordinis*; atque Relationes Conuentus Ferrarienſis apud Vincentium Riualium, *in Catalogo Illuſtr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuſcripto ad annum 1380. pag. mihi 3. lit. A. num. 7.* Eſto quod Ambroſius de Altamura, in Bibliotheca Ordinis velit præfatum Aldobrandinum vixiſſe de anno 1471. ita inquit *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 3. ad annũ 1471. pag. mihi 196. col. p. & 2.* Verùm ſtandum eſt ijs, quæ dixit P. Vincentius Riualius ſupra *ex Catalogo Illuſtr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ*, tum quia conſtat vixiſſe ſub Pontificatu Vrbani Papæ VI. tum quia loquitur ex proprijs Conuentus Ferrarienſis, quibus ſtandum eſt. Præponderant enim noſtræ, quæ habentur ex proprijs, ijs quæ ex communibus colliguntur.

ANNO 1384.

1384. *Fr. Ioannes Policarpus Seueretanus.*

FR. Ioannes Policarpus Seueretanus Sebenicenſis Dalmata Conuentus Vicentini alumnus, Sacræ Theologiæ Magiſter egregius, ingeniorum ſui ſeculi nemini ſecundus, & ſignanter in genere Hiſtoriarum, in materijſque Philoſophicis, atque Theologicis verſatiſſimus; vtpote qui in Patauina Vniuerſitate ſub clariſſimis Magiſtris ſtuduerat, videlicet ſub Paladio Fuſco Patauino, Marco Antonio Sabellico, Pomponio Leto, atque Ioanne Sulpitio Patauino; qui cum omni eruditione eminenter polleret: inter cætera ſcripta compilauit.

Eugubinæ tunc temporis clariſſimæ Reipublicæ Hiſtoriam.

Et plures alios Tractatus memorabiles.

Ita ex Antonio Conciolo Cantianenſi Protonotario Apoſtolico, *in Tractatu de Statutis Ciuitatis Eugubinæ*, ſignanter *in Breui honorificæ Ciuitatis deſcriptione*, & alijs Scriptoribus, quos ſupreſſo nomine ipſe citat.

ANNO 1386.

FR. Guido Guetius Bononienſis Sacræ Theologiæ Magiſter eius tempeſtate celebris, doctrinæ tam Sancti Thomæ Aquinatis in materia Theologica, cuius erat fideliſſimus Diſcipulus, quam Ariſtotelicæ in Philoſophicis, cui erat addictus propugnator acerrimus; qui & iuxta vtriuſque Magiſtri principia ſumma eruditione ſcripſit firmiſſimo calamo. 1386. *Fr. Guido de Bononia.*

Commentaria in Libros Ethicorum.

Commentaria in Libros Politicorum.

Commentaria in Libros de Anima.

Commentaria in Libros Economica. } *Ariſtotelis.*

Et opuſcula varia ad mores componendos.

Floruit tam celebris Vir in Conuentu Bononienſi ſub Pontificatu Vrbani Papæ VI. ſignanter de anno ab Incarnatione Dominica milleſimo trecenteſimo octuageſimo ſexto; ſic referentibus Leandro Alberti *de Viris Illuſtr. Italiæ*, Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illuſtribus Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 2.*, Antonio Senenſi Luſitano, *in Bibliotheca Ordinis*, Vincentio Riualio, *in Catalogo Illuſtrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuſcripto, pag. mihi 27. ad annum 1386. lit. G. num. 113.* Ex Catalogo Illuſtrium Virorum Conuentus Bononienſis.

ANNO 1390.

FR. Henricus de Ferraria, *il Ferrareſe* communiter nuncupatus, Vir grauis, facundus, & in ſcientijs cum humanis, tum Diuinis Doctor magni nominis, qui poſteritati profundiſſimæ ſuæ ſcientiæ certa cupiens relinquere indicia, ſcripſit. 1390. *Fr. Henricus de Ferraria.*

Eruditiſſimum Tractatum de Quadruplici inſtinctu.

Vide Antonium Poſſeuinum è Societate Ieſu, *Tom. 2. Apparatus Sacri fol. 15. poſt medium*, & vltra Poſſeuinum vide Ambroſium de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 2. ad annum 1390. pag. mihi 141. col. 2.*, qui ibi citat Antonium Senenſem Luſitanum, *in Bibliotheca Ordinis*, & Ioannem

nem Michaelem Plodium, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 2.*

ANNO 1392.

1392. *Fr. Thomasinus de Ferraria.* FR. Thomasinus Ferrariensis Vir perspicacissimo ingenio dotatus, qui Ferrariæ primò, deinde Bononiæ in Philosophicis, atque diuinis litteris educatus, tantum respectiuè iu præfato studio tam in humanis, quàm in diuinis Doctrinis profecit, vt Philosophus, ac Theologus celeberrimus euaserit; Floruit autem signanter eximius iste Doctor Ferrariæ gloria Lombardiæ Prouinciæ circa hæc tempora sub Pontificatu Sanctissimi in Christo Patris Bonifacij Papæ IX. Anno ab Incarnatione Dominica Millesimo tercentesimo nonagesimo secundo, qui & tutissimo calamo scripsit.

Commentaria in quatuor Libros Sententiarum.

Codicem Sermonum totius Anni.

Item Librum Sermonum de Sanctis, nec non

Alium Librum Sermonum Quadragesimalium.

Et plura alia Opuscula varia.

Quem Doctorem magni faciunt Ambrosius Taegius, *in Monumentis Ordinis p. p.* Gesnerus, *in Epitomis*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 2.* Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis pag. 259.* Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 2. ad annum 1390. pag. mihi 142. col. p.* Vincentius Maria Riualius *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ, manuscripto, pag mihi 64. ad annum 1390. lit. T. num. 221.* atque Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorũ.*

ANNO 1393.

1393. *Fr. Antonius de Bononia.* FR. Antonius Paruus Bononiensis, Theologus profundus, ac Prædicator Diuini Verbi celeberrimus, quippe qui cum summa facundia, Apostolicoq; Spiritu Sacrosanctum Christi Domini Euangelium in insignioribus Italiæ Vrbibus maximo cum animarum fructu promulgauit, qui pariter, & in lucem edidit.

Volumen Sermonum Quadragesimalium.

Item Sermones de Tempore per totum Annum, nec non

Librum Sermonum de Sanctis.

Ex Alberto Castellano *in Chronico Ordinis*, Leandro Alberti, *de Viris Illustr. Ordinis Italiæ lib. 4.* Mirzo, *de Scriptoribus seculi 16. cap. 10.*, Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustribus Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 2.* apud Ambrosium de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 3. ad annum 1402. pag. mihi 148. col. 2. & in Appendice ad annum 1402. §. Antonius Paruus pag. mihi 500.* & Vincentius Maria Riualius, *in Catalogo Scriptorum Illustr. Prouinciæ Lombardiæ manuscripto ad Annum 1402, pag. mihi 7. lit. A. num. 25.*

ANNO 1396.

FR. Hermanus de Teruisio Prouinciæ Lombardiæ alumnus, Theologus sui seculi omnibus numeris celebris, nec non in Sacris litteris, Diuinaq; Scriptura valde versatus, vti talem egregia ipsius Commentaria in Sacram Scripturam in lucem edita demonstrant. Scripsit itaque tam insignis Vir super Sacram Scripturam signanter. 1396. *Fr. Hermanus Tarnisinus.*

Grande Volumen valde elaboratum in Cantica Canticorum.

Et pluria alia Opuscula, quæ in Bibliotheca Bononiensis Conuentus asseruantur.

De quo Scriptore sermonem texere laudum, Ambrosius Gozzius, *in Bibliotheca Ordinis*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum, p. 2. lib. 2.* Sixtus Senensis *in Bibliotheca Sancta*, Sansouinus *in Historia Veneta*, Ambrosius de Altamura *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 3. ad annum 1406. pag. mihi 149. col. 2.* & Vincentius Maria Riualius, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto; quamuis velit, quod floruerit circa annum 1562. pag. mihi 31. lit. B. num. 129.* Quinimo idem Riualius vult præfatum Hieronymum Teruisinum, *Præclarissima Commentaria scripsisse in Epistolam Diui Pauli Apostoli ad Hæbreos.*

Sed bona pace tanti Viri, dicitur Vincentium Riualium æquiuocationem in hac parte comisisse eò quia loquimur hic de Hermano de Teruisio, siue Teruisino, & non de Hieronymo Treuisano Nobili Veneto, de quo redibit sermo suo loco hoc est de anno ab Incarnatione Dominica millesimo quingentesimo sexagesimo

ſimo ſecundo. Vnde verum quidem eſt Fr. Hieronymum Treuiſanum ſcripſiſſe eruditiſſima Commentaria in Epiſtolam Diui Pauli Apoſtoli ad Hæbreos; quod tamen aſſerere non audemus de Fr. Hermano de Teruiſio; quoniam nullus Scriptor hucuſq; id aſſerere voluit. Vel igitur Vincentius Riualius æquiuocationem ſumpſit, vel fuit Thypographi error inter *Hermanum*, & *Hieronymum*, quemadmodum inter *Teruiſinum*, & *Teruiſanum*, & hoc veriſimilius fuiſſe videtur.

ANNO 1399.

1399. *Fr. Raymundus de Capua.* FR. Raymundus de Capua Conuentus Bononienſis alumnus, Vir doctrina, ac morum probitate clarus, atque conſpicuus, quia lecturis in principalioribus Lombardiæ Domibus expletis, ab Vrbano Papa VI. Romam vocatus, ibi ab eodem Romano Pontifice Pænitentiarius Apoſtolicus creatus fuit, & deindè Bononiæ Magiſter Generalis electus, in quo munere ab Apoſtolica Sede ad diuerſos Europęos Principes, ac Reges Legatus Apoſtolicus miſſus fuit; vnde fertur quod tam egregius Vir dignitates Eccleſiaſticas, etiam Cardinalitiam Purpuram ab Vrbano Papa VI., atque Bonifacio Papa IX. ſpontè ſibi oblatas recuſauerit; qui & eruditiſſimo calamo ſcripſit.

Pulcherima Commentaria in Canticum Magnificat Virginis Deiparæ.

Item Codicem diuerſarum Epiſtolarum ad diuerſos omni eruditione refertum compilauit.

Item Officium Viſitationis Beatiſſimæ Virginis Mariæ compoſuit.

Item Vitam Sanctæ Agnetis de Monte Politiano in lucem edidit, quemadmodum, &

Vitam Sanctæ Catharinæ Senenſis, cuius fuerat Confeſſarius compoſuit, &

Vitas ſimiliter aliorum Sanctorum.

Laudes tam celeberrimi viri côcinunt Seraphinus Razzius, *in Hiſtoria Illuſtr. Virorum Ordinis pag. mihi* 160. Ferdinandus Caſtillus *in Hiſtoria Ordinis Centuria* 2. *lib.* 1. *cap.* 62. Martyrologium Dominicanum, Diuus Antoninus *in* 3. *p. Hiſtoriæ*, Ioannes Michael Plodius *de Viris Illuſtr. Ordinis Prædicatorum p.* 2. *lib* 2. Ambroſius Taegius, *in Monumentis Ordinis p.* 5. Hieronymus Burſelli, *in Vitis Generalium Ordinis*, Iacobus de Sulato, *in antiquiſſimo eius Chronico Ordinis*, Leander Alberti *de Viris Illuſtr. Italiæ lib.* 4. Ambroſius Gozzius, *in Chronico Ord.* Antonius Poſſeuinus *in eius Apparatu Sacro*, Ambroſius de Altamura *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria* 2. *ad annum* 1399. *pag. mihi* 145. §. *Beatus Raymundus de Veruis Capuanus, col. p.* & Vincentius Maria Riualius, *in Catalogo Illuſtrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuſcripto, pag. mihi* 59. *ad annum* 1399. *lit. R. num.* 208. & alij.

Finis Secundæ Centuriæ.




BI-

BIBLIOTHECÆ PROVINCIÆ LOMBARDIÆ Sacri Ordinis Prædicatorum.

CENTVRIA III.

ANNO 1400.

1400. Fr. Matthæus de Brixia.



R.Matthæus Brixiensis ex nobilissima familia DD. Equitum de Bandellis, Vir in omni ferè Disciplinarum genere eruditissimus, qui expletis Prouinciæ Lombardiæ, in insignioribus Conuentibus Lecturis, primò ad Sacræ Theologiæ Magisterium in Religione promotus, deinde ad Constantinopolitanam Ecclesiam regendam Præfectus fuit, idque sub Pontificatu Sanctissimi in Christo Patris Bonifacij Papæ IX. currente Anno à Dominica Incarnatione millesimo tercentesimo nonagesimo octauo. In quo munere circa Sacrarum paginarum Studium tali ardore se applicauit, vt breuissimo tempore perspicacissimi ingenij dignissimum partum in lucem ediderit.

Grande, atque elaboratissimum Volumen, Locorum communium totius Sacræ Scripturæ in quatuor Libros miro ordine quadripartitum, cuius initium est. Omnia poma noua &c.

Quod Opus ex Sixto Senensi, & alijs Scriptoribus fide dignis in Bibliotheca Conuentus Bononiensis seruatur. Ita ex Sixto Senensi, *in Bibliotheca Sancta lib.* 4. Ioanne Michaele Plodio, *De Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum lib.* 4. Antonio Senensi Lusitano *in Bibliotheca Ordinis, siue in Chronico Ordinis ad annum* 1430. *fol.* 239. Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Dominicano, p.p. cap.* 4. *de Patriarchis tit. p. pag. mihi* 43. *col. p. num. p.*& Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Sacri Ord. Prædicatorum Centuria* 2. *ad annum* 1426. *pag. mihi* 169. *col.* 2. Quamuis tam Fontana, quam Altamura hunc celebrem Doctorem Matthæum, de quò supra faciat cognomine, atque Patria ignotum. Cum tamen Familia de Bandellis faciat præfatum Matthæum Patriarcham è Sacro Ordine Prædicatorum assumptum, atque eodem stipite prouenientem, vti declarat eius effigies in domibus eorum, & possessio præfati insignissimi Operis in Bibliotheca Bononiensi declaret ipsum Lombardum, relinquitur tamquam certum fuisse Prouinciæ Lombardiæ alumnum, & forsan Brixiensem, vti dictum fuit supra.

ANNO 1403.

FR. Antonius Parmensis Italus, nationeque Lombardus. Vir in Philosophia, atque Theologia magister, doctrina, atque solida opinione omnium sui æui celebris atque Sacrosancti Euangelij tuba, qui cum Apostolico zelo, constantique pectore principalium nostri Ordinis Vrbium Ecclesias eius prædicationibus illustrasset senio confectus, inter cætera egregia ingenij sui opera in lucem edidit. 1403. F. Antonius de Parma.

Sermones de Tempore per totum Annum.

Item Sermones de Sanctis, nec non &

Quædam Historiarum fragmenta dignissima.

Hunc Scriptorem celebrem reddunt

eorum calamo Leander Alberti, *lib. 4. Illustrium Virorum Italiæ*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 2.* Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis pag. 23* Alphonsus Fernandez *in Concertatione Prædicatorum*, Hyppolitus Maraccius *in Bibliotheca Mariana*, & Ambrosius de Altamura; *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 3. ad annum 1407. pag. mihi 149. col. p.*

ANNO 1406.

1406. Fr. Petrus de Brixia. FR. Petrus de Brixia Prouinciæ Lombardiæ, signanter Conuentus Sancti Dominici Brixiensis filius, Vir eximiæ, non minus Doctrinæ, quam Sanctitatis, quemadmodum, & à pluribus Scriptoribus de facto inter Beatos fuit enumeratus, vti Ambrosius de Altamura aduertit. Et quoniam Sancti pro Sanctis laborare, vt plurimum consueuerunt; Hinc est, quod cum Petrus noster esset Poeta maximi nominis, atque in Carminibus latinis valde versatus, inter cætera opera, quæ fæliciſſimo calamo compilauit, scripsit.

Insigne Opus latino carmine conscriptum de Laudibus Beatæ Catharinæ Senensis, omni eruditione refertum.

Cuius mentionem faciunt Gregorius Lombardellus Senensis, *in vita Sanctæ Catharinæ Senensis*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum, p. 2. lib. 2.* Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Centuria 3. ad annum 1406. pag. mihi 149. col. 2.* & Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 55. lit. P. num. 191.*

1406. Sor. Petronilla Baua. Neque defuit in Sacro FF. Prædicatorum Ordine hoc Anno millesimo quadringentesimo Sexto deuotus circa venerationem Sanctorum Fœmineus Sexus; Nam & Soror Petronilla Baua Monialis in Monasterio Sanctæ Margaritæ de Vercellis, elegantiſſimo calamo compilauit.

Vitam B. Emiliæ de Bechrieris de Pœnitentia S. Dominici, Fundatricis Præfati Monasterij S. Margaritæ.

Ita refert Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum, p. 2. lib. 2.* apud Ambrosium de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 3. ad Annum millesimum quadringentesimum quintum; pag. mihi 149. §. Soror Petronilla Baua col. p.*

ANNO 1409.

FR. Dominicus Bugella Pedemontanus Prouinciæ Lombardiæ Alumnus, in Bononiensique Studio Baccalaureus Ordinarius, Vir præcellentis ingenij, memoria tenaciſſimus, doctrinarumque copia clarus, qui & eius singularis doctrinæ sufficienter, quinimo superabundè reliquit posteritati inditia. Ad Summam itaque Diui Antonini, cum esset in quacumque parte, illius materiarum versatiſſimus mirifica methodo, distinctiſſimoque ordine, omnes, ac singulas materias eadem Summa contentas, per faciliſſima repertoria in quinque ampliſſimas Tabulas distribuere potuit sequenti ordine; scripsit itaque 1409. Fr. Dominicus Bugella.

Primam Tabulam omnium sententiarum notabilium in Morali summa.

Secundam Tabulam in parte siue Summa Historiali omnino consimilem.

Tertiam Tabulam omnium materierum ad Beatiſſimam Virginem Deiparam spectantium.

Quartam Tabulam omnium Sacræ Scripturæ locorum in tota summa contentorum; &

Quintam Tabulam tandem omnium locorum ex Epistolis, atque Euangelijs tàm de tempore, quam de Sanctis per totum Annum.

Tam egregij Viri Dominici de Bugella mentionem fecere eorum scriptis Ioannes Michael Plodius, *De Viris Illust. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 3.* Antonius Senensis Lusitanus *in Bibliotheca Ordinis*, Hyppolitus Maraccius, *in Bibliotheca Mariana*, Lazarus de Suardis Typographus Venetus, *de Anno 1503.* & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 4. ad Annum 1500. pag. mihi 221. col. 2.* ex Relationibus tamen antiquiſſimis de anno 1409. quicquid dicant Altamura.

Fr. Gregorius Malesardus Cæsenatensis Prouinciæ Lombardiæ alumnus. Vir planè liberalium litterarum, Sacræ Theologiæ, atque Diuinæ Scripturæ peritiſsimus, qui ab Innocentio Papa VII. Patriæ Episcopus Cæsenatensis factus, 1409. Fr. Gregorius Malesardus.

anno

anno 1405. Generali Pisano Concilio intereſſe voluit hoc anno milleſimo quadringenteſimo nono Piſis celebrato, qui erudito calamo ſcripſit.

Commentaria in Euangelium Diui Matthæi, quæ in Bibliotheca Cæſenatenſi, ſeruari dicuntur.

Tam egregij Viri Commemorationem faciunt Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illuſtr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 2.* Ferdinandus Vghellus *Thom. 2. Italiæ Sacræ*, & Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano, p. p. cap. 5. de Epiſcopis tit. 162. pag. 165. col. 2. & p. 2. cap. 3. de PP. in Concilijs, Tit. 7. de Concilio Piſano pag. mihi 372. col. 2.*

ANNO 1410.

1410. *Fr. Ioannes de Reggio.*

FR. Ioannes Lupicinus de Reggio Lombardus, Vox Euangelicæ Tubæ, Eccleſiaſteſque diſertiſſimus, qui cœleſtis gratiæ rore impinguatus, Sacræ eius prædicationis vberes fructus tractu temporis in Eccleſia germinare fecit. Scripſitq; fructuoſo calamo inter cæteros ſui codices.

Librum Sermonum de Tempore per totum Annum variorum, &

Alterum Librum Sermonum de Sanctis.

Qui ſermones tam de Tempore, quam de Sanctis ſeruantur, in Bibliotheca Bononienſi ex Relatione Vincentij Riualij, *in Catalogo Illuſtr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuſcripto, ad annum* 1410. *pag. mihi* 41. *lit. I. num.* 141.

ANNO 1411.

1411. *Fr. Ioannes de Genua.*

FR. Ioannes de Genua Lombardiæ Prouinciæ decus, ac Vir omnium Litteratorum ſui temporis eruditiſſimus, in humanis, atque Diuinis diſciplinis; non minus ac morum probitate conſpicuus, qui & ordinatiſſima methodo ſummam litterariam, omnibus perutilem ſcripſit, cui titulus.

Catholicon, in quinque partes mirificè diſtributum.

In prima eius parte tractat de Orthographia.

In ſecunda eius parte tractat de Accentu.

In tertia parte agit de Ethymologia, atque de Arythmetica.

In quarta de Figuris diſcurrit, &

In quinta Summæ parte iterum tractat de Orthographia, & ethimologia &c.

Opus planè mirabile, ſummaque attentione dignum, & quemadmodum ex Sacris Biblijs, Sanctis Patribus, atque Poetis mira eruditione confertum, ita & ab inſignibus oratoribus recollectum, nec non in folio peruetuſtis caracteribus typis editum.

Exiſtimant nonnulli, hunc Authorem cum Ioanne Balbo Ianuenſi coincidere, ac perinde idem eſſe opus. Et eo maximè, quod Ioannes Balbus maximo labore conſimili opus Catholicum compilauerit. Quare cum Author in nomine, atq; Patria cum Ioanne Balbo conueniat ambiq; Ligures ſint, & opus ipſum perſimile videatur, Catholiconque nuncupetur vtrobique, valde præſumendum eſt tam Authorem, quam opus ipſum in vnum, & idem coincidere.

Verum cum Ambroſio de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 3. ad annum* 1412. *pag. mihi* 153. *col. p.* ponente hunc Ioannem de Genua hic abſolutè nulla facta Ioannis Balbi mentione, ſum in voto, quod Author iſte, de quo loquimur, ſit alter Ioannes à præmemorato Ioanne Balbo. Tùm quia Ioannes Balbus floruit circa Annum ab Incarnatione Dominica 1280. idque habetur manifeſte in antiquiſſimo Chronico Ordinis, Centuria 1. iſte verò de quo modò loquimur, claruit ſolum de anno 1411. & propterea *in Centuria 3. Ordinis* collocatur, & perinde tempus non deſeruit. Præterea opus illud Ioannis Balbi. Quamuis Catholicon, hoc eſt vniuerſale ab ipſo inſcriptum fuerit. Erat tamen ad ſolam puri Dictionarij lineam contractum, ſiuè limitatum, & ad ſummum Poetarum dumtaxat dictis ornatur. At noſtri Authoris opus, de quo loquimur licèt ſit opus Catholicon, ſiuè vniuerſale; tamen extra puri Dictionarij lineam ſe extendit. Præſertim cum iſtud Opus Catholicon vltra dicta Poetarum, inſuper refertum ſit Sacræ Scripturæ auctoritatibus, nec non Sanctorum PP. ſententijs illuſtratum. Et tandem conuincor ad negandum hoc opus Catholicon coincidere cum priore Catholicon Ioannis Balbi opere, ex eo maximè, quod Opus Ioannis Balbi in quatuor dumtaxat partes erat ſecatum; quod iſtud opus Catholicon alterius Ioannis

F 2 Ia-

Ianuensis mirabili ordine in quinque partes habetur diuisum, siuè repartitum, signum itaque est, quod neque opera, neque Authores vllo modo in vnum, & idem conueniant. Potest tamen esse, quod iste Ioannes Iunior imitatus sit in eius opere Ioannem Seniorem, scilicet Balbum, & hac de causa, & quintam addiderit portionem, cum facillimum sit adinuentis addire.

ANNO 1412.

1412. F. Petrus de Ripa. FR. Petrus de Ripa Picenus Firmani Conuentus Prouinciæ Lombardiæ alumnus, grandi eruditione, atque facundia, tam in dicendo, quàm in dictando ornatus, qui pestilentissimi schismatis tempore pro vero Christi Domino in terris Vicario aduersus Gebonensem Antipapam Apostolico Spiritu, & lingua, & calamo plurimum decertauisset. In fauorem, quoque veri Christi Domini Vicarij scripsit inter cæteros tractatus.

Opusculum de Schismate ab Vrbano Papa VI. vsque ad Martinum V. valdè elaboratum.

Item Sermones de Tempore per totum Annum.

Item Sermones de Sanctis.

Item Sermones Quadragesimales.

Et alia plura digna.

Ita referunt Ioannes Garzo, *in Historia Schismatis*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis p. 2. lib. 2.* Et Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi 56. ad annum 1412. lit. P. num. 196.* & Relationes Lombardiæ.

1412. Fr. Iacobus Arigonus. Fr. Iacobus Arigonus Laudensis Lombardus; Vir in diuinis litteris optimè versatus, atque Theologicæ Disciplinæ professor eximius, qui ex Regente Studi Bononiensis, ad Magisterium Sacri Palatij Apostolici vix promotus, quod à Gregorio XII. Patriæ Episcopus creatus fuit, qui & in Concilio Generali Pisano pluries perorauit, ac tandem post se egregia scripta reliquit.

In primam partem S. Thomæ.

In primam secundæ eiusdem S. Thomæ.

Et Alij volunt, quod scripserit etiam in tertiam partem S. Thomæ Aquinatis.

De quo Ferdinandus Vghellus *Tom. 4. Italiæ Sacræ.* Ioannes Michael Plodius *p. 2. de Viris Illustr. Ordinis lib. 3.* & Vincentius Maria Fontana *in Theatro p. p. cap. 5. de Episcopis, tit. 317. pag. mihi 211. col. 2. & p. 2. cap. 3. de PP. in Concilijs, Tit. 7. pag. mihi 72. col. 2.*

ANNO 1413.

FR. Angelus de Bononia, Vir omnibus numeris celebris, eruditus, acutus inter disputandum promptus, nec non in qualibet facultate versatissimus, qui ob egregias ipsius animi dotes à Gregorio Papa XII. circa Annum à Dominica Incarnatione millesimum quadringentesimũ octauũ Episcopus Florentinus creatus fuit. In quo munere, non solum Sanctissimis legibus Ecclesiam sibi commissam administrauit; sed vlterius singulari Studio, atque labore eius operibus in lucem editis Sacrum FF. Prædicatorum ordinem illustrauit. Scripsit itaque iste Doctor. 1413. Fr. Angelus de Bononia.

Quatuor grandia Volumina super quatuor libros sententiarum.

Claruit iste Vir hac tempestate, vti referunt Seraphinus Razzius, *in Historia Illustr. Virorum Ordinis.* Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis*, Ioannes Michael Plodius *de Viris Illust. Ordinis Prædicatorum, p. 2. lib. 2.* Leander Alberti, *de Viris Illustr. Italiæ l. 4.* Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 3. ad Annum 1413. pag. mihi 157. col. 2.* & Vincentius Riualius; *in Catalogo Illustr. Virorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, ad annum 1413. pag. mihi 5. lit. A. num. 18.*

ANNO 1414.

FR. Thomas de Firmo in Piceno, Prouinciæ Lombardiæ alumnus, Vir ad summum doctus, ac prudens, morumquè integritate celebris, qui ob eius inculpatæ vitæ integritatem ad supremum Ordinis regimen assumptus fuit, in ipsoque Magisterij Generalis munere cum insignis esset Doctor, nonnullos Tractatus compilauit, inter quos signanter. 1414. Fr. Thomas de Firmo.

Librum de origine Tertij Ordinis de Pœnitentia S. Patris Dominici, siue Regulæ Religiosorum præfati Tertij

Tertij Ordinis de Pænitentia Sancti Dominici.

De tam egregio Viro singularem mentionem faciunt, Leander Alberti, *de Viris Illustr. italiæ*, Diuus Antoninus, *in 3. p. Historiali tit. 23.* Ludouicus Panormitanus, *in Chronologia Ord.*, Hieronymus Bursellus, *in Vitis Generalium Ordinis*, Antonius Senensis Lusitanus *in Chronico Ordinis*, Iacobus de Susato *in Chronico antiquissimo Ordinis*, Ambrosius Taegius *in Monumentis Ordinis*, Seraphinus Razzius, *in Historia Illustrium Virorum Ordinis*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 2.* Ambrosius de Altamura *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 3. ad annum 1414 pag. mihi 153. col. 2.* & Vincentius Maria Riualius, *in Cathalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ pag. mihi 63. ad annum 1414. lit. T. num. 222. & in Chron. Constit. pag. mihi 64.*

ANNO 1416.

1416. *Fr. Antonius Venetus.* FR. Antonius Corrarius nobilis Venetus Gregorij XII. Pontificis Maximi Nepos, Vir candore vitæ clarus, celebris Ecclesiastes, ac egregie doctus, qui ab eodem Gregorio Papa XII. Cluctensis Episcopus creatus, Concilijs Generalibus Pisano, atque Constantiensi interfuit, ac satis erudito calamo scripsit.

Sermones de Tempore.
Sermones de Sanctis, nec non
Summulam paruam Casuum Conscientiæ pro eius Clero.

Tam præclari Antistitis laudes refert Vincentius Maria Fontana *in Theatro p. p. cap. 3. de Episcopis tit. 156. num. 3. pag. mihi 162. col. 2. & p. 2. cap. 3. de PP. in Concilijs Tit. 7. pag. 372. col. p.* & Ferdinandus Vghelus, *Tom. 5. italiæ Sacræ.* Et fuit Prouinciæ Lombardiæ alumnus, quæ eius tempore Venetijs florebat, nam obijt, anno quadrigentesimo quadragesimo quinto; quamuis in Conuentu Sancti Ioannis, & Pauli fuerit tumulatus. Ita ex relationibus Venetis.

ANNO 1417.

FR. Nicolaus de Tenda Sauonensis Ligur, Vir in omni disciplinarum genere eruditissimus, Theologusque sui temporis præclarissimus, qui ob egregia eius merita à Martino Papa V. hoc eodem anno millesimo quadrigentesimo decimo septimo 13. Kal. Ianuarij Episcopus Famagostanus in Cyprio Regno creatus fuit, qui tantæ auctoritatis apud Reges extitit, vt Sygismundi Regis, Hungariæ à Secretis Consiliarius, atque ad alios Reges, ac Principes eius orator pluries eius nomine missus fuerit, tantaque prudentia, nec non doctrina pollebat, vt inter cæteros Tractatus scripserit compendiosissimo calamo. 1417. *Fr. Nicolaus de Tenda.*

Summam Theologicam omni eruditione refertam, atque
Tractatum de Regimine Principum.

Cuius mentionem faciunt Acta Concistorialia *sub Martino Papa V.*, Io: Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 3.* apud Vincentium Mariam Fontanam, *in Theatro Sacro Ordinis Prædicatorum p. p. de Pastor. Eccles. cap. 5. de Episcopis pag. mihi 190. Tit. 240. col. 2. num. p.*

ANNO 1418.

FR. Ioannes Dominici Florentinus Sacræ Theologiæ Magister, Vir morum probitate, atque doctrina clarus, qui ex Priore Prouinciali Prouinciæ Romanæ zelo obseruantiæ Regularis in Prouincia Lombardiæ restaurandæ, à fundamentis Conuentu Sancti Dominici de Castello Venetiarum erecto ad eundemque Conuentum translata eius affiliatione, tantum in præfata obseruantia profecit, vt principaliores PP. diuersarum Prouinciarum ad ipsum transierint, percrebescente autem eius fama à Martino Papa V. creatus fuit S. R. E. Cardinalis, atque ad eliminandos Hussitarum, nec non Ioannis V Vichlephi errores missus fuit, tanta apud Sanctam Sedem erat eius existimatio, & iuremerito: Quoniam iam in lucem ediderat præclarissima 1418. *Fr. Ioannes Dominici.*

Commentaria super Ecclesiastem,
Super Cantica Canticorum.
Super Diui Matthæi Euangelium,
Super Diui Pauli Epistolas.

Super Canticum Virginis Deiparæ Magnificat.
Item Tractatum de Laudibus Virginis Deiparæ.
Item Tractatum de Amore Charitatis.
Item Tractatum de Conceptione Virginis.
Item Sermones de Virgine Deipara.
Item Conciones super nouem priores Psalmos.
Item Quadraginta Sermones super illud, si linguis hominum loquar.
Item Sermones Quadragesimales.
Item Sermones de Sanctis, alijsque Festiuitatibus.
Item scripsit Vitam B.F. Marcolini Foroliuiensis.
Item Librum, cui titulus Lucula noctis.
Item Librum, cui titulus Itinerarium deuotionis.
Item Librum Epistolarum doctrina, deuotione, atque Sanctitate refertum.
Et quamplura alia dignissima.

Laudes tanti Doctoris, qui Prouinciæ Lombardiæ extitit abundè celebrant, Leander Alberti *de Viris Illustr. Italiæ lib. 3.* Martyrologium Ordinis Prædicatorum, *de Beatis Ordinis*, Sixtus Senensis, *in Bibliotheca Ordinis*, Ioannes Michael Plodius *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 3.*, Seraphinus Razzius, *in Historia Ordinis*, Ægidius Lusitanus, *Tractatu de Conceptione*, Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 3. ad annum 1420. pag. mihi 164. col. 1.* atque Dominicus Codaleus Vrceanus, *de Origine Conuentus Sancti Dominici Venetiarum*, ac D. Antoninus, *in 3. p. Historiali tit. 23. cap. 11.* & Bzouius *in Annalibus Eccles. circa annum 1408.*, nec non Dominicus Grauina, *in Sacro Deposito*. Vnà cum Antonio Posseuino, *in Apparatu Sacro tom. 2. fol. 167. & fol. 168. & in Chronico Constitut. pag. mihi 65.*

1418. *Fr. Simon de Thomasijs.* Fr. Simon de Thomasis, siuè vt alij dicunt de Thomasijs origine Brixiensis, Vir non vulgaris eruditionis, in concertatione Scholasticarum, diuinarumque Scripturarum admodum versatus, atque egregiè doctus, qui post diuturnas lecturas in varijs Prouinciæ Lombardiæ Conuentibus, cum singulari laude habitas ab Apostolica Sede, ad Brugnatensis Ecclesiæ regimen denuntiatus, inter PP. Generalium Conciliorum Pisani, atque Constantiensis infulatus consedit; qui & scripsit.

Codicem de Regularium Priuilegijs, atque exemptionibus.
Nec non contra impugnantes Religiones ab Apostolica Sede approbatas quamuis vbi hæc scripta modo reperiantur, ignoretur.

Ex Ambrosio Taegio, *in Monumenta Ordinis*, Ferdinando Vghello, *tom. 4. Italiæ Sacræ*, Vincentio Maria Fontana, *in Theatro p. p. cap. 5. de Episc Tit. 107. nu. 2. pag. mihi 146. col. 2. & p. 2. cap. 3. de PP. in Concilijs Tit. 7. pag. 372. & Tit. 9. pag. mihi 374. col. 1.*

ANNO 1419.

1419. *Fr. Petrus Monticellus.* Fr. Petrus Monticellus Cremonensis Lombardus, Vir tum litteris, tum ingenio venerandus, vtpote, qui & eximiæ doctrinæ Sancti Thomæ Aquinatis defensor extitit acerrimus, qui ob singulares eius laudes à Benedicto Papa XII. ad Comaclensem Ecclesiam promotus anno millesimo quadringentesimo quinto, Concilijs Generalibus Pisano, & Constantiensi interfuit, scripsitque tutissimo calamo.

Super Aristotelis Philosophiam.
Atque Postillas super nonnullos Psalmos, eius scripta in Bibliotheca Finariensi seruabantur.

De quo Ferdinandus Vghellus *Tom. 2. Italiæ Sacræ*, & Vincentius Maria Fontana, *in Theatro p. p. cap. 5. de Episcopis tit. 194. num. p. pag. mihi 175. col. 3. & p. 2. cap. 3. de PP. in Concilijs tit. 7. de Concilio Pisano pag. 372. col. 2. & tit. 8. de Concilio Constantiensi pag. 373. col. 2.*

ANNO 1420.

1420. *Fr. Ioannes Zenedoli.* Fr. Ioannes Zenedoli, siue Zenedolus Placentinus Prouinciæ Lombardiæ alumnus, qui & ab aliquibus sub nomine Iacobi Zenedoli nuncupatur, Vir in Sacra Theologia multa eruditione ornatus, qui & eruditissimo calamo posteritati scripsit.

Librum Sermonum de Tempore, & de Sanctis, &
Alterum Librum plurium Collationum.

Cuius meminit Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis*, & cum

eô Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum, p. 2. lib. 3.* & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 3. ad annum* 1420. *pag. mihi* 167. *col.* 1.

ANNO 1421.

1421. *Fr. Ioannes Fontana.* FR. Ioannes Fontana similiter origine Placentinus Lombardiæ Prouinciæ filius, Vir honestis parentibus natus; verùm moralium virtutum, atque doctrinarum copia celeberrimus, qui ad imitationem doctissimi Vincentij Beluacensis in parte morali; mirò ordine scripsit.

Librum varium rerum moralium tanto viro dignum.

Et alia Opuscula varia.

De quo loquitur Albertus Castellanus Venetus *in Chronologia Ordinis*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 3.*, ac tamdem Ambrosius de Altamura; *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 3. ad annum* 1421. *pag. mihi* 167. *col.* 1. Et apud Vincentium Riualium, Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis*, & Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*; sic referente Vincentio Riualio, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ pag. mihi* 34. *ad Annum* 1420. *lit. L. num* 150.

ANNO 1422.

1422. *Fr. Laurentius de Verona.* FR. Laurentius de Verona, Laurentius Veronensis communiter dictus, Vir omni eruditione, atque doctrinæ copia ornatus, Diuinique Verbi præco eloquentissimus sui temporis; qui eius prædicatione illustrioribus Prouinciæ Lombardiæ Ecclesijs, atque Vrbibus perlustratis, scripsit inter cæteros sui Codices, quos in lucem edidit.

Librum Sermonum super decem præcepta Decalogi, &

Librum alterum Sermonum in Symbolum SS. Apostolorum.

Quem tamquam eximium Prouinciæ Lombardiæ Scriptorem celebrant Ambrosius Taegius, *in Monumentis Ordinis p. p.* Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 3.* Ferdinandus Castillus, *in Historia Ordinis,* Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi* 46. *ad annum* 1421. *lit. L. num.* 154., & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 3. ad annum* 1418. *pag. mihi* 160. *col.* 2. Quamuis iste Ambrosius de Altamura velit hunc Laurentium Veronensem non esse diuersum à Benedicto Veronensi, de quo infrà circa annum 1429. sed magis credendum est nostratibus, quem exteris cuiusmodi est Ambrosius de Altamura, ad quem particulares relationes Conuentuum forsitan non peruenire potuerunt. Prætereà nec in nomine, nec in materijs de quibus agitur coincidere comperiuntur præfati Scriptores, cum vnus agat de Sermonibus Sanctorum alter non. Prætereà quot sunt Scriptores qui super eamdem materiam numero scripsere; & tamen non sunt idem scriptor?

ANNO 1423.

FR. Laurentius Brancfordius Placentinus Lombardus, Vir religiosissimus, in scientijsque tam humanis, quàm Diuinis valde versatus, atque doctus, quemadmodum & suæ litteraturæ, atque sufficientiæ irrefragabilia dedit testimonia scribendo præsertim. 1423. *Fr. Laurentius de Placentia.*

Egregia Commentaria super Psalmos Dauidicos.

Elaboratissimas Collationes Sanctorum.

Item Librum variorum Sermonum, nec non &

Librum de Theologiæ principijs.

Et alia plura Opuscula.

Floruit iste Doctor hac tempestate hoc est anno ab Incarnatione Dominica millesimo quadringentesimo vigesimo tertio, vti insinuare videntur Albertus Castellanus Venetus, *in Chronico Ordinis,* Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 3.* Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum,* Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 3. ad annum* 1422. *pag. mihi* 167. *col.* 2., & Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi* 45. *ad Annum* 1420. *lit. L. num.* 153.

AN-

ANNO 1426.

1426. *Fr. Siluester de Mediolano.* FR. Siluester de Mediolano, Vir in humanis litteris, in Philosophia, in Iure Pontificio, nec non in Theologia celebris, quippe qui inter sui opera eruditissimo calamo scripsit,

Volumen integrum de Ente, & Essentia valde elaboratum, nec non,

Et Librum variarum Quæstionum in diuersa materia: Quæ in Conuentu Sanctæ Mariæ Gratiarum Mediolani seruantur.

De quo Albertus Castellanus Venetus, *in Chronico Ordinis*, Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis pag. 223.*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum, p. 2. lib. 3.*, & rursus idem Lusitanus, *in Chronico Ordinis pag. 231.*, & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 3. ad annum 1422. pag. mihi 167. col. 2.*

ANNO 1429.

1429. *Fr. Benedictus de Verona.* FR. Benedictus de Verona Lombardiæ Prouinciæ alumnus, Vir pietate, atque doctrina sui seculi insignis, quem in Diuinis Scripturis exercitatum, ingenio promptum, atque in sacro eloquio clarum appellant Antonius Senensis Lusitanus, & Hyppolitus Maraccius inter cætera autem opera, quæ solido calamo scripsit, posteritati pro suæ sufficientiæ irrefragabilibus testibus reliquit.

Librum vnum Sermonum de Tempore per totum annum.

Librum alterum Sermonum de Sanctis.

Item Tractatum mirabilem de Oratione Dominica.

Item Librum Sermonum decem Decalogi præceptis correspondentem.

Item Tractatum diuersorum Sermonum, super SS. Apostolorum Symbolum.

Ita supradicti Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis*, & Hyppolitus Maraccius, *in Bibliotheca Mariana.* Et quamuis diuersæ opinionis sint Scriptores inassignando præcisum tempus, quo siue in quo floruit in Prouincia Lombardiæ tam insignis Doctor, conueniunt tamen omnes sine vlla discrepantia circa annos ab orbe reparato 1420. & annum 1429. Verius tamen censendum est ipsum floruisse in Conuentu Veronensi circa annum ab Incarnatione Dominica millesimum quadringentesimum vigesimum nonum, cum Author huius operis in Conuentu Veronensi antiquissimas habuerit relationes; & adsic in præfato Conuentu vetustissimorum memorabilium Chronica, rerumque præfati Conuentus antiquissimæ notæ. Vltra præfatos Lusitanum, atq; Maraccium supradicti eximij Viri Benedicti Veronensis meminere Ambrosius Taegius, *in Monumentis Ordinis p.* p., Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustribus Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 3.* & similiter *in Appendice.* Sicuti, & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 3. ad annum 1420. pag. mihi 164. col. 1.*

ANNO 1433.

1433. *Fr. Nicolaus de Alexandria.* FR. Nicolaus Alexandrinus natione Lombardus, Mediolanensis Dominij; qui vt refert Ambrosius de Altamura vix emissa in Sacro Fratrum Prædicatorum Ordine solemni Professione, tali, ac tanto ardore, Studio Philosophiæ, ac Theologiæ se applicauit, vt cum esset Vir ingenio acri, nec non tenacissima memoria dotatus, breuissimo tempore præstantissimorum virorum sui æui laudem, ac meritum adæquauerit. Quapropter consequuta Sacræ Theologiæ laurea, fælicissimus iste Scriptor, Ordini, atque Prouinciæ Lombardiæ inter cæteros alios Codices, quos scripserat, reliquit.

In quatuor Voluminibus præclarissima Commentaria in Quatuor Libros Sententiarum distributa.

Claruit eximius iste Scriptor circa hæc tempora; deque eo diffusissimè loquuntur, Ambrosius Gozzius, *in Catalogo Ordinis*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 3.* Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 3. ad annum 1433. pag. mihi 173. col. 1.*

AN-

ANNO 1434.

1434. *Fr. Thomas Thomasinus.*

FR. Thomas Thomasinus Venetus, Vir prudentia, atque doctrina clarus, qui postquam multiplices Ecclesias sibi ab Apostolica Sede demandatas Sanctissimè administrasset, Conciliоque Generali Constantiensi interfuisset, tamdem inter cæteros sui ingenij partus Prouinciæ Lombardiæ reliquit.

Præclarissimum Opusculum de Diuinissimo Sacrosanctæ Ecclesiæ Sacramento, heroicis carminibus conflatum, nec non

Librum Sermonum de Tempore, & de Sanctis per totum annum.

Cuius meminit Sansouinus, *in Historia Veneta de Scriptoribus Venetis*, & cum eo Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 3.* Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. p. cap. 5. de Episcopis, tit. 81. & tit. 594. pag. mihi 310. col. 2.*, & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 3. ad annum 1423. pag. mihi 168. col. p. §. Thomas Thomasinus Venetus.*

1434. *Fr. Andreas de Doria.*

Fr. Andrea de Doria origine Ianuensis Prouinciæ Lombardiæ alumnus, Vir vitæ probitate, æqualique doctrina conspicuus, subtilis sacrorum Voluminum perscrutator, qui & ob eximiam eius religionem, atque eruditionem à Martino Papa V. anno millesimo quadringentesimo decimo nono ad Ecclesiam Andrianensem in Græcia promotus Sacrosanctæ Synodo Generali apud Basileam, interfuit vnà cum alijs PP. amplissimis Ordinis, qui & eruditissimè scripsit.

Sermones varios ad populum ordinatos.

Tractatum breuem de Censuris, atque

Nonnulla alia opuscula varia. Verùm vbi modo præfata scripta reperiuntur, nescitur.

Cuius meminit *ex Registris Eugenij Papæ VI.* Vincentius Maria Fontana, *in Theatro p. p. cap. 5. de Episcopis Tit. 32. num. 2. pag. mihi 123. col. 2. & p. 2. cap. 3. de PP. in Concilijs Tit. 10. de Concilio Basiliensi pag. mihi 377. col. 1.*



ANNO 1435.

FR. Henricus de Plano, siue de Palatio Altensis Pedemontanus, qui cum in se ipso indissolubili pacis fœdere cum Doctrina Sanctimonia coniunxisset, maximiq; nominis famam sibi comparasset, elegantissimo calamo scripsit. 1435. *Fr. Henricus de Plano.*

Quadragesimale omni eruditione refertum,

Et quamplura alia in materia prædicabili; quæ in Bibliotheca Bononiensi seruantur.

Florebat iste Scriptor circa annum 1435. illiusque mentionem faciunt Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis pag. 107. & in Chronico Ordinis pag. 230.* Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustribus Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 3.* & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 3. ad annum 1422. pag. mihi 167. col. 2. §. Henricus de Plano, siue de Palatio.*

ANNO 1436.

FR. Ioannes de Monte Nigro Italus, in Prouincia Lombardiæ omnium sui æui Vir præstantissimus, qui postquam in Studio Bononiensi per plures annos Sancti Thomæ Aquinatis explicando eius Summam sui cum laude, Prouinciæque Lombardiæ gloria ascendisset, Priorque Prouincialis præfatæ Prouinciæ Lombardiæ creatus fuisset; cōtigit vt à Magistro Ordinis pro Concilio Generali pro vnione Græcorum cum Ferrariæ, tum Florentiæ celebrando destinatus fuerit; tam in Concilio præfato, Ferrariensi primo, quam in Concilio Florentino secundo loco, de anno millesimo quadringentesimo trigesimo octauo noster Ioannes de Monte Nigro verè Græcorum Antagonistam se ostendit dum in Concilijs Ferrariensi, atque Florentino circa vnionem Græcorum cum Ecclesia Latina, strenuè cum Græcis perduellauit, superq; cæteros omnes ad summam Orthodoxæ fidei gloriam, vti gloria Hierusalem de Græcis triumphauit. Ita Caballellus in sua notitia Conciliorum relatus à Marcello de Caualleriјs, *in eius Statera Sacra, tit. 14. num. 243. pag. mihi 219.* Qui & postquam præfatis Concilijs, cum Græcis gloriosè de Processione 1436. *Fr. Ioannes de Montenigro.*

Spi-

Spiritus Sancti disputauit, scripsit quoq; Varia Volumina perspicacissimi ingenij Monumenta, & signanter.

Tractatum de Conceptione Beatissimæ Virginis Deiparæ, nec non

Tractatum specialem de Processione Spiritus Sancti contra Græcos, atque

Tractatum de Purgatorio aduersus eosdem Græcos.

Cuius eximij Viri gloriosam memoriam celebrauere Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis fol.* 150., Vincentius Bandellus, *lib. de Conceptione*, Dominicus Grauina, *in eius Cherubim Paradisi*, nec nõ *in sacro Deposito*, Vincentius Baronus, *in Appologia*, Cabassellus, *in Notitia Conciliorum*, apud Marcellum de Caualleriis, *in Statera Sacra tit. 14. num.* 243. *pag. mihi* 219., & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 3. ad annum 1436. pag. mihi* 175. *& in Chron. Constit. §. hac etiam ætate pag. mihi* 70.

ANNO 1440.

1440. Fr. Antonius de Fauentia.

FR. Antonius Marcus Fauentinus Vir tam in humanis, quam in Diuinis sacris litteris luculenter excultus, qui insignioribus Prouinciæ Lombardiæ Ecclesijs Ordinis eius Euangelica prædicatione illustratis, pro suæ sufficientiæ comprobatione, & irrefragabilibus testibus in lucem edidit.

Quadragesimale valde eruditum.

Conciones de Tempore per totum Annum.

Conciones de Sanctis, nec non

Conciones de Beatissima Virgine Deipara.

Claruit iste Scriptor iuxtà Ambrosium de Altamura, circa hæc tempora, hoc est circa salutiferæ reparationis annum 1414. ex Alphonso Fernandez; *in Concertatione Prædicatorum*, Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustr Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 3. Relationibus Prouinciæ Lombardiæ*, Hyppolito Maraccio, *in Bibliotheca Mariana*; ita idem Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 3. ad annum* 1446. *pag. mihi* 180. *col.* 2., & Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 7. ad annum 1444. num.* 26.

Eodem anno ab Incarnatione Dominica millesimo quadringentesimo quadragesimo floruit in Prouincia Lombardiæ Fr. Thomas Scarauelli Vercellensis Conuentus Salutiensis alumnus, Theologus facundissimus, atque eruditissimus præsertim in re Dogmatica, qui inter Patres Concilij Basiliensis interfuit; à quo Concilio totius Ordinis Prædicatorum Apostolicus Visitator Generalis declaratus fuit; qui & inter cætera egregia sui opera posteritati reliquit. 1440. Fr. Thomas de Vercel. lis.

Grande Volumen Sermonum omni eruditione, atque doctrina solida refertum.

Et alia opuscula varia. Quæ scripta reperiuntur in Bibliotheca Toletana Sancti Marci in Hyspania.

Ita refert Franciscus Augustinus ab Ecclesia, *in Catalogo Scriptorum Pedemontis pag. mihi* 107. §. *Tomaso Scarauello.*

ANNO 1441.

1441. Fr. Matthaus de Bomportis.

FR. Matthæus de Bomportis Nouariensis, Episcopus Mantuanus, maximi nominis Vir, morum namque sanctitate, atque doctrina, sui seculi nemini secundus, quippe qui Prouinciæ Lombardiæ, Vniuersoque Orbi acuminis sui intellectus eruditissima ad perpetuam rei memoriam reliquit indicia, siue testimonia; Solido enim calamo plura compilauit opuscula, inter quæ scripsit.

Summam doctissimam ex diuersis locis Sacrorum Bibliorum contra Hæreticos collectam.

Item Sermones de Sanctis.

Item Sermones de Tempore per totum annum.

Item Sermones de Laudibus Virginis Deiparæ.

Item Sermones Quadragesimales.

Et plura alia, quæ in Bibliotheca Mantuana seruantur.

Celebrant tãquam omni laude dignissimum hunc Virum Antonius Senensis Lusitanus, *in Chronico Ordinis*, Ferdinandus Vghellus, *Tom. 1. Italia Sacræ*, Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. p. de Pastoribus Ecclesiasticis cap. 5. de Episcopis tit. 364. num. 3. pag. mihi* 224. *col.* 2., & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Centuria 3. ad annum 1443. pag. mihi* 180. *col.* 1.

AN.

ANNO 1442.

1442. *Fr. Ioannes Putcobonellus.* FR. Ioannes Puteobonellus de Sauona Ligur, Vir vndequaque doctus, in humanis signanter litteris, nec non in parte Historiali possessor versatissimus, qui & firmissimo calamo diuersa scripsit opuscula tanto Viro digna, inter cætera autem in lucem edidit.

Elegantissimum, atque eruditissimum Chronicon Ordinis.

Et plura alia. Et signanter Sermones de Tempore, ac de Sanctis.

Floruit iste Author hac tempestate vti innuere videntur Antonius Senensis Lusitanus, *in Chronico Ordinis*, Hieronymus Bursellus, *in Vitis Magistrorum Ordinis*, Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Centuria 3. ad annum* 1443. *pag. mihi* 180. *col.* 1. §. *Faustissimus fuit*, & Vincentius Maria Riualius, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi* 34. *ad annum* 1489. *num.* 152. Quamuis hic velit ipsum claruisse de anno 1489. faciatque; ipsum Mediolanensem, & non de Sauona.

ANNO 1443.

1443. *Fr. Gaspar de Castro Sancti Ioannis.* FR. Gaspar de Castro Sancti Ioannis in Persiceto Bononiensis Diœcesis, Vir morum probitate, virtutum copia, atque doctrina clarus, qui extitit aduersus hæreticam prauitatem Apostolicus Inquisitor Bononiensis, in quo munere, non solum tamquam murum hæreticæ prauitati se opposuit; sed etiam in confutatione hæresum sacrarum litterarum studio adeo se dedit, vt breuissimo tempore plures Tractatus valde vtiles compilauerit signanter.

Summam copiosissimam aduersus hæreses.

Item Summam Casuum Conscientiæ, nec non &

Commentaria eruditissima in octo libros Physicorum Aristotelis.

Ac tandem Egregia Commentaria in quatuor Libros Sententiarum.

Claruit fama tam egregij Viri circa hæc tempora semper memorabilis, cuius meminit Ambrosius Taegius, *in Monumentis Ordinis p. p.*, & cum eo Hieronymus Burlellus, *in Vitis Generalium Ordinis*, Leander Alberti, *de Viris Illustr. Italiæ*; Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis*, Ioannes Michael Plodius *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p.* 2. *lib.* 3. *Catalogus Illustrium Virorum Conuentus Bononiensis*, Ambrosius de Altamura *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria* 3. *ad annum* 1443. *pag. mihi* 180. *col.* 1. §. *Faustissimus fuit Annus*, & Vincentius Maria Riualius *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi* 25. *ad annum* 1457. *lit. G. num.* 106.

ANNO 1444.

FR. Thomas è Trentaquatis, Vir morũ pietate, doctrinæ splendore, atque gratia prædicationis clarus, apudq; Principes acceptus, qui eius Euãgelica Prædicatione celebrioribus Italiæ Vrbibus illustratis, tandem purgatissimo calamo Prou. Lombardiæ acuminis sui infallibilia dedit testimonia; scripsit enim 1444. *Fr. Thomas de Bononia.*

Librum Sermonum Quadragesimalium.

Librum alterum Sermonum de Tempore per totum anni circulum.

Item Sermones de Sanctis.

Deque Virginis Deiparæ Laudibus. Quæ scripta adhuc in Bibliotheca Conuentus Bononiensis seruantur.

Cuius meminit Leander Alberti, *de Illustr. Viris Italiæ lib.* 3., & cum ipso Prælormitanus, *in Historia Ord.* Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p.* 2. *lib.* 3, apud Vincentium Riualium, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi* 65. *ad annum* 1444. *lit. T. num.* 223.

ANNO 1446.

FR. Damianus de Finario Ligur, Prouinciæ Lombardiæ Alumnus, 1446. *Fr. Damianus de Finario.* Vir non tam scientia, quàm sanctitate vitæ celebris, qui & à nonnullis inter Beatos Ordinis enumeratur, iste vt concrediti sibi à Domino talenti in proximorum lucrum faciliùs, fructuosiusque ad cælestem vsuram daret, studio Sacrarum Scripturarum adeò etiam in vigilijs noctis, se applicauit, vt breuissimo tempore, licet grauissimo sui incommodo erudissimè scripserit.

Codicem Sermonum de Tempore.

Item Librum alterum Sermonum de Sanctis.

Augustinianos eius Patriæ ...

Al-

Atque Librum alterum Piarum Meditationum valde fructuosum, nec non

Alia plura, quæ in Bibliotheca S. Dominici Genuæ seruantur.

Claruit iste Vir doctus circa hæc tempora videlicet circa annum 1446. suaque tempestate in lucem edidit præfata scripta, postea obijt in Domino Regij anno 1450. vti refert Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 3. ad annum 1443. pag. mihi 180. col. 1. §. Faustissimus fuit annus hic.* Eiusque meminit Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 3.* & Antonius Senensis Lusitanus *in Bibliotheca Ordinis.*

ANNO 1448.

1448. *Fr. Bartholomeus de Mutina.* FR. Bartholomeus de Mutina Lombardus, Sacræ Theologiæ Magister omnium sui seculi famosissimus, qui & Ferrariensis Inquisitor Apostolicus aduersus hæreticam prauitatem factus, etsi in profligandis hæresibus sui temporis ab illa Ciuitate, Apostolico zelo occupatus, cum maximæ eruditionis esset Vir, nihilominus inter tot rerum discrimina egregiè diuersa Opera tanto Viro digna compilare in illo munere non destitit, eruditissimè itaque scripsit.

Librum de Pestilentia valde eruditum.

Item Volumen de Christo Domino abscōdito in sex Libros distributum. Siue de Filio Dei credito, in Sex partes distinctium.

Item Volumen aliud super Regulam S. P. Augustini, auctoritate Sacræ Scripturæ, nec non SS. Patrum sententijs ornatum.

Et alia Opuscula digna.

Qui obijt Ferrariæ, sepultusque est in Choro Ecclesiæ Sancti Dominici cum Epitaphio sequentis tenoris, videlicet

Progenitæ antiquis Mutinæ sub manibus Altæ,
Marmoreo hoc tumulo Bartholomee iaces.
Diuini Interpres Iuris, quæsitor, & huius
Religionis eros, Philosophusque grauis,
Non valet hoc animi virtutem abolere Sepulchrum.
Quamuis defunctum Corpus, & Ossa tegat.

Ex Seraphino Razzio, *in Historia Illustr. Virorum Ordinis*, Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 3.* Ambrosio Taegio, *in Monumentis PP. Ordinis*, Leandro Alberti, *de Viris Illustr. Italiæ*, Ambrosio de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 3. ad annum 1448. pag. mihi 181. col. p.* & Vincentio Riualio, *in Catalogo Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi 13. ad annum 1448. lit. B, num. 48.*

ANNO 1449.

FR. Leonardus Bellunensis Furlanus Prouinciæ Lombardiæ alumnus Doctor eximius, qui cum in studio Bononiensi Regentiæ munus compleuisset, vt posteritati in Conuentu sui memoriam perennem relinqueret solidissimo calamo scripsit. 1449. *Fr. Leonardus Bellunensis.*

Tractatum ad Locos Communes Iuristarum, atque Canonistarum.

Tractatum de Legibus.

Item Sermones Quadragesimales.

Item Sermones de Tempore per totum Annum.

Item Sermones de Sanctis.

Item Sermones de Laudibus Virginis Beatissimæ.

Et alia plura Opuscula.

De quo Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis*, Antonius Possevinus *in Apparatu Sacro Tom. 2. fol. 341. & fol 342.* Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 3. ad annum 1444. pag. mihi 180. col. 1. §. Leonardus Micensis, alij Bellunensis.*

ANNO 1450.

FR. Antonius ab Ecclesia Pedemontanus Nobilis Salutiensis de Sancto Germano nuncupatus, Vir sanguinis nobilitate, doctrina, atque morum probitate illustris, qui dum in Nouariensi Conuentu, Prioris munere laudabiliter fungeretur, relictis post se eruditissimis Scriptis, tandem obijt in Domino circa hæc tempora; egregiè itaque scripsit iste Vir, 1450. *Fr. Antonius ab Ecclesia.*

Volumen satis grande super Ius Canonicū.

Et Opuscula varia Theologica in speculatiua parte, &

Summam Casuum Conscientiæ. Quæ scripta reperiuntur apud Patres Augustinianos eius Patriæ.

Ita

Ita refert Franciſcus Auguſtinus ab Eccleſia, *in Cathalogo Scriptorum Pedemontis pag. mihi* 11. *&* 12.

ANNO 1451.

1451. *Fr. Ioannes Marcus Venetus.* FR. Ioannes Marcus Venetus. Vir præter Philoſophiæ, atque Theologiæ cognitionem, quam habebat: Hiſtoriarum, locorumque Sacræ Scripturæ poſſeſſor tutus, atque eruditus qui & in vniuerſum Religioſorum commodum compilauit.

Librum Sermonum de Tempore per totum Annum, &

Librum alterum Sermonum de Sanctis.

Opuſculumque de Laudibus Deiparæ Virginis.

Claruit circa Annum 1451. ex Ambroſio Gozzio *in Catalogo Ordinis*, Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illuſtr. Ordinis Prædicatorum p.* 2. *lib.* 3. Ambroſio de Altamura *in Bibliotheca Ordinis Centuria* 3. *ad Annum* 1449. *pag. mihi* 81. *col.* 1. Vincentio Riualio, *in Catalogo Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ, manuſcripto pag. mihi* 42. *ad annum* 1441. *lit. I. num.* 144.

1451. *Fr. Benuenutus de Bononia.* Eodem anno ab Incarnatione Dominica milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo primo, floruit in Conuentu Bononienſi Fr. Benuenutus Marcheſini de Bononia, Vir non minus doctrina, quàm pietate clarus, qui expletis laudabiliter in Studio Bononienſi, & extra Lecturis pro coronide in teſtimonium ſuæ ſapientiæ Prouinciæ Lombardiæ Priſcorum PP. æmulator factus egregiè ſcripſit.

Commentaria eruditiſſima ſuper quatuor Libros Sententiarum, &c.

Tractatum inſuper de Mutuo, atque Vſura aduerſus Fœneratores ſui temporis.

Ex Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illuſtribus Ordinis Prædicatorum p.* 2. *lib.* 3. & Præormitano, *in Hiſtoria ſiue Chronico Ordinis*. Apud Vincentium Riualium, *in Catalogo Illuſtrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuſcripto. pag. mihi* 17. *ad annum* 1451. *lit. B. num.* 64. ex alio Catalogo *Filiorum Conuentus Bononienſis*, alijſque fragmentis *Lombardiæ Prouinciæ*.

ANNO 1452.

FR. Petrus Hieremias Origine Siculus, Conuentus Bononienſis Filius, qui Patria vna cum ſeculo relicta, ad Arcam Sanctiſſimi Patris Dominici, ſi pro vera obſernantia ſectanda veluti ad Ancoram confugerat, tali ſtudio, atque oratione in euoluendis Sacris paginibus ſe dedit, vt breui tempore ſanctitate, ac doctrina ad miraculum ferè creuerit. Scripſit itaque iſte ingeniorum phænix, ſequentes Tractatus; videlicet. 1452. *Fr. Petrus Hieremias*

Tractatum de Pœnitentia.

Tractatum de Peccatis.

Tractatum de Spe.

Tractatum de Paſſione Domini.

Tractatum de Oratione Dominica.

Item Sermones de Tempore.

Sermones de Sanctis.

Sermones de laudibus Virginis.

Sermones Quadrageſimales.

Tractatum de Diuino Officio.

Tractatum de Eleemoſina, nec non

Tractatum de Indulgentijs.

Tam eximij Viri laudes egregiè celebrant Leander Alberti, *de Viris Illuſtr. Italiæ lib.* 3., Antonius Senenſis Luſitanus, *in Bibliotheca Ordinis*. Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illuſtr. Ord. Prædicatorum p.* 2. *lib.* 3. Alphonſus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*. Thomas Fazelus, *lib.* 2. *de Rebus Siculis decade p. cap.* 14. Ambroſius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria* 3. *ad annum* 1434. *pag. mihi* 173. *col. p.* & Vincentius Riualius, *in Catalogo Illuſtrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuſcripto, pag. mihi* 56. *ad annum* 1452. *lit. P. num.* 197. Ex Catalogo Illuſtrium Virorum Conuentus Bononienſis.

ANNO 1453.

FR. Leonardus de Vtino Prouinciæ Lombardiæ alumnus. Vir excellentis ingenij, ac perinde in Philoſophia, Theologia, nec non in Iure tam Ciuili, quam Pontificio Doctor eximius, Euangelicæq; prædicationis è ſuggeſtu, neque in facundia, neq; in gratia, neque in promptitudine, ſiuè in perſuadendo, ſiuè in reprehendendo, ſiue in declamando, ſiue in adhortãdo, ſiuè deteſtãdo, cæteris alijs, neminiq; ſecundus, qui & inter cele- 1453. *Fr. Leonardus de Vtino.*

berrimas sui lucubrationes, quas pro Studentium comodo in lucem edidit. Scripsit.

Sermones eruditissimos Dominicales.
Sermones de Sanctis siue de Festis Sanctorum.
Sermones Quadragesimales.
Item Sermones de Laudibus Virginis Deiparæ.
Item scripsit super vniuersam Aristotelis Logicam.
Item Commentaria in octo libros Physicorum.
Et plura alia Opuscula Theologica, quæ in Vtinensi Conuentu seruantur.

Ita ex Ambrosio Gozzio, *in Chronico, siue Bibliotheca Ordinis*. Antonio Senensi Lusitano, *in Bibliotheca Ordinis*. Ioanne Michaele Plodio *de viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p 2. lib. 3.* Ambrosio de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 3. ad annum 1437. pag. mihi 176. col. 2. & in Chron. Constit. pag. mihi 70. §. hac etiam ætate.*

1453. *Fr. Gabriel Barchinonensis.* Eodem currente anno, millesimo quadringentesimo quinquagesimo tertio à Generali Orbis reparatione, inter Filios Conu. Bononiensis, interq; PP. Prouinciæ Lombardiæ celebriores claruit Fr. Gabriel Barchinonensis origine, re tamen vera Bononiensis Conuentus alumnus, Vir omnibus numeris morum probitate, atque doctrina illustris, qui expletis in principalioribus Prouinciæ Lombardiæ Conuentibus Lecturis, terminataq; eius Regentia præfati Conuentus Bononiensis factus fuit aduersus hæreticam prauitatem Generalis Apostolicus Inquisitor, qui pro profligandis sui æui hæreticis, eorumque hæresibus damnandis inter cætera scripsit.

Volumen aduersus hæreses sui temporis, ex præcipuis Sacræ Scripturæ auctoritatibus refertum.
Item Compendium Scriptorum S. Thomæ Aquinatis contra Gentiles.
Item Praxim procedendi in Causis Fidei.
Et alia plura notatu digna.

De quo Antonius Senensis Lusitanus, *in Chronico Ordinis ad annum* 1460. *pag.* 254 apud Ambrosium de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum ad annum* 1462. *pag. mihi* 206. *col.* 2. §. *sub hæc tempora*, & Relationes Prouinciæ Lombardiæ.

ANNO 1454.

Fr. R. Ioannes de Parma Lombardus, Doctor Parisiensis sui seculi ingenij felicissimi, qui è Cathedra Magistrali methodo in Bononiensi Studio eruditissimè Sacram Theologiam ad mentem Sancti Thomæ Aquinatis per multos annos, cum ordinis gloria docuit, scripsitque 1454. *Fr. Ioannes de Parma.*

Tractatus diuersos in materia Theologica, quæ in Conuentu Bononiensi seruantur, &
Volumen maximum in eadem materia Theologica, cuius initium est, quæritur quomodo essentia.

Claruit hac tempestate, vti referunt Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 3.* & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 3. ad annum 1452. pag. mihi 181. col. 2.* quem Ioannem Parmensem refert, & Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi 34. ad Annum 1312. lit. I. num. 148.*

ANNO 1455.

FR. Benedictus Britanicus de Brixia Sacræ Theologiæ Magister clari nominis; siquidem in Sacræ Scripturæ Arcanis quemadmodum in inuestigandis ocupatissimus ita & versatissimus, qui & cum in Diuini Verbi prædicatione facundissimus esset, ita pariter, perlustratis Apostolico munere principalioribus Prouinciæ Lombardiæ Vrbibus egregiè compilauit quamplures Codices, inter quos 1455. *Fr. Benedictus de Brixia.*

Librum Sermonum Quadragesimalium.
Librum Sermonum de Tempore per totum annum.
Librum Sermonum de Sanctis, & tandem
Alium Librum Sermonum funebrium.

Floruit iste celeberrimus Doctor circa hunc Annum à reparatione Orbis millesimum quadringentesimum quinquagesimum quintum, vti refert Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis fol. mihi* 50.

AN-

ANNO 1456.

1456. *Fr. Ricardus de Lonato.* FR. Ricardus de Lonato Brixiensis Diœcesis Prouinciæ Lombardiæ alumnus, Vir omnium litterarum copia dotatus, Theologusque celebris, qui in insignioribus Prouinciæ Lombardiæ Religiosis domibus tam Philosophiæ, quàm Theologiæ cursu respectiuè cum discipulorum fructu laudabiliter expleto erudito calamo scripsit in materia Theologica.

Librum de Virtutibus, &

Librum alterum de Habitibus.

Item Volumen aliud de Interpretandis Veteris Testamenti Vocabulis.

Et alia plura, quæ in Conuentu S. Floriani Brixiæ seruabantur.

De quo Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis*; Ambrosius Gozzius, *in Catalogo Scriptorum Ordinis*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustribus Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 3.* & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 3. ad annum 1453. pag. mihi 181. col. 2.* Quamuis ipsum Ricardum cognomine, ac patria faciant sibimet ipsis ignotum. Extant tamen vetustissimæ relationes, atque in membranis Conuentus Sancti Clementis Brixiæ in hac re, de qua agitur.

ANNO 1458.

1458. *Fr. Ioannes de Fauentia.* FR. Ioannes de Fauentia, Vir sui æui, sapientia, atque Doctrina egregius; qui in Bononiensi Studio expletis lecturis, senio confectus in lucem edidit adolescentiæ suæ elaboratos, & virilitatis partus; vulgauit, itaque sui perspicacissimi ingenij Tractatus sequentes, videlicet

Tractatum de Pœnitentia valde eruditum.

Tractatum alterum de Diuina Gratia.

Item Tractatum de Præscientia.

Item Tractatum de Prouidentia Dei, atque

Tractatum de Peccato Originali.

Et alia Opuscula, quæ in Bibliotheca Fauentina seruantur.

Ex Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 3.* Antonio Senensi Lusitano, *in Bibliotheca Ordinis fol. 137.* Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 3. ad annum 1458. pag. mihi 189. col. p.* & Alphonsus Fernandez *in Concertatione Prædicatorum.*

ANNO 1460.

FR. Alexander de Azoguidis Bononiensis, Vir sui temporis eruditissimus, qui in Prædicatione Diuini Verbi, in eloquentia mirabilis, in declamatione seruidus, in gratia porrigendi iucundus, quippe qui per vniuersam Italiam gloriosam sui famam vulgauit. Scripsit. 1460. *Fr. Alexander de Bononia.*

Lepidissimos Sermones Quadragesimales.

Sermones de Tempore per totum annum.

Sermonesque de Sanctis.

De quo Leander Alberti, *de Viris Illustr. Italiæ.* Prælormitanus, *in Historia Ordinis.*, Catalogus *Illustrium Virorum Conuentus Bononiensis.* Et Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto ad Annum 1460. pag. mihi 3. lit. A. num. 8.*

Eodem pariter currente Anno Millesimo Quadringentesimo sexagesimo ab Incarnatione Dominica florebat in Prouincia Lombardiæ Fr. Conradus de Asti Pedemontanus, Prouinciæ tamen Lombardiæ Alumnus ingeniorum sui temporis phœnix, qui ob singularem eius doctrinam præclaraque eius merita in Magistrum Generalem totius Ordinis Prædicatorum electus fuit, quippe qui, & egregia, variaque volumina, eius eruditissimo, solidoque Calamo in sui Prouinciæque ornamentum compilauit; Videlicet, 1460. *Fr. Conradus de Asti.*

In re Theologica Volumina diuersa.

Commentaria egregia super Ius Canonicum, nec non

Volumen diuersorum Casuum Conscientiæ.

Et alia plura Opera, quæ in Bononiensi Bibliotheca asseruantur.

Ex Leandro Alberti *de Viris Illustr. Italiæ Ordinis Prædicatorum.* Seraphino Razzio, *in Historia Illustr. Virorum Ordinis Prædicatorum pag. mihi 162. num. 30.* Et Francisco Augustino ab Ecclesia, *in Catalogo Scriptorum Pedemontis pag. mihi 28. §. 1460. Conrado de Asti, & in Chron. Constit. pag. mihi 72. §. quarto Anno.*

ANNO 1461.

1461. *Fr. Leonardus de Chio.* FR. Leonardus de Chio ex Nobilissima Iustinianorum Familia ortus, Conuentus Sanctæ Mariæ de Castello Ianuensis alumnus; *Vir probus*, ac doctus, qui & ab Eugenio Papa IV. Chiensis Episcopus factus est, in quo munere eruditissimus cum esset, solito felicissimo calamo inter cætera opera scripsit,

Tractatum Apologeticum aduersus Carolum Togium Florentinum, Eugeny Papæ IV. Secretarium, cuius initium est. *Cum coram præstantissimo Luchino Gateluxio mihi &c.*

Et alia plura Opuscula, siue Tractatus.

De quo conspicuo Viro Prouinciæ Lombardiæ gloria scripsere, Abbas Michael Iustinianus, *in Bibliotheca, siue Catalogo Scriptorum Ligurum*, Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Dominicano p. p. de Pastoribus Ecclesiarum cap. 4. de Archiepiscopis tit. 55. inter Archiepiscopos Lisbonenses pag. mihi 81. col. 2.* & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 3. ad annum 1462. pag. mihi 181. col. 1.*


ANNO 1462.

1462. *Fr. Antonius ab Alexandria.* FR. Antonius ab Alexandria dominij Mediolanensis, orator eloquentissimus, atque in persuadendo mirabilis, Eminentissimo Domino Nicolao Estensi adeo gratus, vt eidem Conuentum Sanctæ Mariæ Angelorum Ferrariensem ad habitandum concesserit; qui & egregiè scripsit.

Sermones eruditissimos de Tempore, atque

Sermones de Sanctis; valde eruditos.

Cuius meminit Seraphinus Razzius, *in Historia Illustrium Virorum Ordinis, pag. mihi 279. num. 20.*



ANNO 1463.

1463. *Fr. Thadæus de Vrbeueteri.* FR. Thadæus Vrbeuetanus Vir sui temporis litteratissimus & signanter in omni genere Historiarum Ecclesiasticarum, nec non diuersarum Scripturarum, quarum peritissimus omnium erat: qui præsertim in comprobationem singularis suæ doctrinæ edidit,

Elegantissimum in Libros Diui Aurelij Augustini de Ciuitate Dei Commentarium.

Et plura alia Opera diuersa, quæ in Bibliotheca Conuentus S. Dominici Venetiarum seruantur.

Ita colligitur ex Antonio Senense Lusitano, *in Bibliotheca Ordinis*. Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 3.* Ambrosio de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 3. ad annum 1470. pag. mihi 520. col. p. in Appendice ad Annum 1470.* & Antonio Posseuino, *in Apparatu Sacro Tom. 2. fol. 269.*

Verum posset quis hic obijcere: Præfatus Thadæus Vrbeuetanus à Vincentio Maria Fontana, *in Historia de Prouincia Romana*, inter Viros Illustres præfatæ Prouinciæ Romanæ enumeratur, non ergo benè, siue iusto titulo inter Scriptores Lombardiæ Prouinciæ venit collocandus.

Facilimè soluitur proposita obiectio, negando constantissime Vrbeuetanum hunc virum fuisse Prouinciæ Romanæ alumnum. Quoniam Conuentus Vrbeuetanus ab eius fundatione, quæ fuit de Anno 1267. vsque ad Pontificatum Vrbani Papæ VIII. semper vnitus extitit Prouinciæ Lombardiæ, vti videre est apud Petrum Martyrem Festum de Vrceys in eius Compendio Constitutionum Ordinis impresso Bononiæ apud Sebastiaunm Bonomium anno 1618. Quare Thadæus noster Vrbeuetanus sine vlla controuersia censendus est filius Prouinciæ Lombardiæ. In cuius signum scripta simul cum Commentario, de quo agitur reperiũtur in Bibliotheca Conuentus Sancti Dominici Venetiarum Prouinciæ Lombardiæ. Vti referunt Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis pag. 232.* Antonius Posseuinus, *in Apparatu Sacro Tom. 3. fol. 269.* apud Ambrosium de Altamura, *in Appendice ad An-*

Annum 1470. *pag. mihi* 520. *col. p.* §. *Thadæus Vrbeuetanus*. In Bibliotheca Ordinis Prædicatorum.

1463. *Fr. Ioannes de Monte.* Fr. Ioannes de Monte Mediolanensis preco Euangelicus sui temporis celeberrimus, incomparabilique memoria in dicendo dotatus, qui eruditissimè scripsit.

Librum Sermonum de Sanctis.

Item Librum Sermonum Quadragesimalium.

Atque Volumen Sermonum de Tempore.

Quem celebrant Seraphinus Razzius *in eius Historia, Italico Idiomate Scripta, de Viris Illustribus Ordinis Prædicatorum, pag. mihi* 280. *num.* 23.

ANNO 1464.

1464. *Fr. Dominicus de Flandria.* FR. Dominicus Flandrensis Prouinciæ Lombardiæ alumnus. Vir perspicacissimi ingenij, in defendendo cautus, in speculando profundus, in resoluendo serius, ac fidelissimus S. Thomæ Discipulus eiusque Doctrinæ propugnator acerrimus, qui obijt Bononiæ in Conuentu Sancti Dominici cuius Conuentus erat Filius, relictis post se sequentibus Voluminibus, quæ meridiana luce sunt clariora; videlicet,

Quæstiones Metaphysicales in Duo Volumina bipartitas. Coloniæ impressas 1621.

Quæstiones numero 69. *super Libros Posteriorum.*

Quæstiones 23. *super Fallacias.*

Item Commentaria in Decem Prædicamenta.

Commentaria in Libros Perhiermenias. Venetijs 1587.

Item Commentaria in Libros de Anima. Venetijs 1535.

Quæstiones super Porphirij Prædicabilia.

Quæstiones in octo Libros Physicorum.

Commentaria in Libros de Cælo.

Commentaria in Libros de Generatione.

Commentaria de Sensu, & Sensato.

Item in Libros de Paruis naturalibus.

Commentaria in Libros Ethicorum.

Commentaria in Libros Politicorum.

Item Commentaria in Libros de Causis, &

Quæstiones Quodlibetales.

Et quamplura alia, quæ in Archiuio Bonouiensi asseruantur.

Quem Doctorem eximium Prouinciæ Lombardiæ celebrant eorum Lucubrationibus Cosmus Morelles Coloniæ Generalis Inquisitor Apostolicus, Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis fol.* 70., Ioannes Michael Plodius; *de Viris Illustribus Ordinis Prædicatorum p.* 2. *lib.* 3. Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria* 3. *ad Annum* 1477. *pag. mihi* 201., *& pag.* 202. *col.* 1. *&* 2., & Vincentius Maria Riualius, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ pag. mihi* 20. *ad annum* 1480. *lit. D. num.* 85., *& in Chron. Constit. pag. mihi* 75. §. *hoc tempore.*

Eodem anno millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto claruit in Conuentu Foroliuiési Prouinciæ Lombardiæ, Fr. Bartholomeus de Foroliuij. Vir humanarum, ac Diuinarum rerum scientia conspicuus, qui cum viuacissimi ingenij fuisset, plura de artibus liberalibus elegantissimo calamo posteritati scripsit, inter quæ. 1464. *Fr. Bartholomeus de Foroliuij.*

Opusculum, in quo septem Liberales Artes breui compendio perstrinxit, omni eruditione refertum.

Et Summam mirabilem Casuum Conscientiæ valde volumınosam.

Ita ex Alphonso Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, ex peruetustis Relationibus *Prouinciæ Lombardiæ*, & Vincentio Riualio, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi* 13. *ad annum* 1464. *lit. B. num.* 49.

Eodem pariter anno ab Incarnatione Dominica millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto in Conuentu Sanctæ Mariæ Gratiarum Mediolanensi, floruit & Fr. Christophorus de Mediolano, Vir acri ingenio, prudentia, atque doctrina dotatus, qui postquam principaliores Italiæ Vrbes Sancta Prædicatione, summa cum Prouinciæ Lombardiæ gloria illustrasset, tutissimo calamo scripsit. 1464. *Fr. Christophorus de Mediolano.*

Sermones valde eruditos de Tempore per totum annum.

Item Sermones de Sanctis.

Sermones Quadragesimales.

Item Sermones de Laudibus Virginis Deiparæ.

Item Collectaneam valde copiosam auctoritatum Sanctorum PP. magno la-

labore in vnum collectarum.

Qui in Conuentu Tabiensi Sanctissimè in Domino obijt, hoc anno 1464. sub Pontificatu Pij Papæ II., non sine sanctitatis opinione, ex Ambrosio Taegio, *in Monumentis PP. Ordinis*, Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 3.* ex Relatione *Conuentus Tabiensis*, apud Vincentium Riualium, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 18. ad annum 1464. lit. C. num. 76.*

ANNO 1465.

1465. Fr. Petrus de Bononia. FR. Petrus Galdini Bononiensis, morum probitate, virtutumque copia, nec non doctrina fulgens, qui insignioribus Prouinciæ Lombardiæ Ecclesijs, eius Sancti Euangelij prædicatione illustratis, vt suæ singularis litteraturæ, ex reconditioribus Sacræ Scripturæ arcanis collectis, codices Catholicarum veritatum refertos, quam plures in posterorum commodum compilauit, certa reliquit indicia, scripsit itaque.

Librum Sermonum de Tempore.

Item Librum alterum Sermonum de Sanctis.

Nonnulosque Sermones varios omni eruditione ornatos.

Nec non, Opusculum de Laudibus Beatissimæ Dei Genitricis Mariæ.

Floruit hac tempestate hoc est circa annum 1465. in Conuentu Bononiensi tam insignis Doctor, vti referunt Ambrosius Taegius, *in Monumentis PP. Ordinis*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 3.* Vincentius Bandellus, *in opusculo de Conceptione.* Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis*, Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 3. ad annum 1466. pag. mihi 189. col. 1.*, Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 56. ad annum 1465. lit. D. num. 193.*



ANNO 1466.

FR. Raphael de Pornasio, siue de Prouasio, aut, vt alij dicunt de Parnasio Ianuensis, Vir tum in Theologia, tum in Iure Pontificio, nec non in Sacra Scriptura, Lectura Sacrorum Conciliorum, atque Sanctorum PP. maximè versatus; qui & aduersus hæreticam prauitatem totius Diœcesis Ianuensis Inquisitor Apostolicus pronuntiatus, in præfato Apostolico munere profundissimo calamo in defensionem Catholicarum veritatum egregiè scripsit. 1466. Fr. Raphael de Pornasio.

Volumen aduersus hæreses sui temporis.

Item Librum, siue Opusculum de Conceptione Virginis Deiparæ.

Item Tractatum de Proprio non habendo, ad Religiosos Ordinis Prædicatorum.

Et alia quam plura diuersa opera; quæ in Bibliotheca Sancti Dominici Genuæ seruantur.

Ita respectiuè ex Ambrosio Taegio, *in Monumentis PP. Ordinis*, Antonio Senensi Lusitano, *in Bibliotheca Ordinis*, Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 3.* Antonio Posseuino, *in Apparatu Sacro Tom. 3.* Relationibus, *Prouinciæ Lombardiæ*, Ambrosio de Altamura *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 3. ad annum 1465. pag. mihi 187. col. 2.* & Vincentio Riualio, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 60. ad annum 1457. lit. R. num. 211.*

ANNO 1468.

FR. Constantinus, siue vt alij volunt Constantius de Fabriano Picenus Prouinciæ Lombardiæ alumnus, Fabrianensisque Conuentus Filius, Vir doctrina, virtutumque cumulo celebris, qui & eruditissimo calamo posteritati talia dedit, eius doctrinæ testimonia, vt inde maximam sibi, Prouinciæ Lombardiæ, atque ordini aquisiuerit famam. Scripsit itaque. 1468. Fr. Constantinus de Fabriano.

Librum Sermonum de Tempore, &

Librum alterum Sermonum de Sanctis.

Item Vitam Beati Corradini Brixiensis Ordinis Prædicatorum, nec non

Vitas Beatorum, siue Sanctorum, atque Sanctarum Ordinis nostri.

Cuius

Cuius Scriptoris tam celebris dignam mentionem faciunt Hieronymus Burselli Bononiensis, *in Vitis Generalium Ordinis*; Ambrosius Gozzius, *in Catalogo Ordinis*, Leander Alberti, *de Viris Illustribus Italiæ*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 3.*, Antonius Posseuinus, *tom. 1. Apparatus Sacri fol. 353. post medium*, Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 3. ad annum 1466. pag. mihi 189. col. 1.* & Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ pag. mihi 18. ad annum 1468. lit. C. num. 74.*

ANNO 1469.

1469. F. Paulus de Bononia.

FR. Paulus de Matulianis Bononiensis, inter PP. Prouinciæ Lombardiæ sui temporis morum integritate, atque prudentia, nec non doctrina nemini secundus, qui fuit Regens in Bononiensi studio, & in prædicatione Sacrosancti Christi Domini Euangelij Apostolico spiritu conuersionem animarum zelans, postquam christiani populi in pluribus Lombardiæ partibus Domino magnum numerum animarum aquisiuit; posteritati scripsit infrascripta sui eminentis ingenij testimonia; nimirum.

Eruditissima Commentaria in omnes Diui Pauli Apostoli Epistolas.

Librum Sermonum de Tempore per totum annum.

Librum alterum Sermonum de Sanctis.

Librum Sermonum Quadragesimalium.

Et plura alia Opera, quæ in Conuentu Bononiensi seruantur.

Ex Leandro Alberti, *de Viris Illustr. Italiæ*, Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustr. Ordinis p. 2. lib. 3.* Hieronymo Bursello, *in Vitis Generalium Ordinis*, Ambrosio Taegio, *in Monumentis Ordinis p. p.* Catalogos Illustr. Filiorum *Conuentus Bononiensis*, Ambrosio de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 3. ad annum 1470. pag. mihi 196. col. 1.*, & Vincentio Riualio, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 52. ad annum 1469. lit. P. num. 180.*

ANNO 1470.

FR. Iacobus de Petris Brixiensis, Vir morum integritate, atque doctrina per Orbem celebris, cuius fama permotus Paulus II. Pontifex Maximus anno 1464. præfatum Iacobum de Petris aduersus hæreticam prauitatem Inquisitorem Generalem Apostolicum creauit, quo in munere plures hæreticos eiurata hæresi Sanctæ Matri Ecclesiæ reconciliauit, pluribusq; ex Ecclesiæ confinibus eiectis delegatam sibi Prouinciam ab omni hęresum pestilenti morbo liberauit, scripsitque erudito calamo, in Ecclesiæ euidentem vtilitatem. 1470. Fr. Iacobus de Brixia.

Tractatum aduersus hæreses sui temporis.

Tractatum de præcipuis Catholicis veritatibus.

Sermones de Tempore, nec non, &

Sermones de Sanctis, alijsque festiuitatibus.

De quo Scriptore meminere Leander Alberti, *de Viris Illustr. Italiæ*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prędic. p. 2. lib. 3.* Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, & Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi 33. ad annum 1470. lit. I. num. 138.* Quamuis nomina Librorum non exprimat, *& in Chron. Constit. pag. mihi 73. §. hoc tempore.*

ANNO 1471.

FR. Petrus Bergomensis, seu vt alij volunt Petrus Maldura de Bergomo, Vir omni eruditione clarus, qui cum per plures annos in Bononiensi Studio Regentis munus gloriosissimè exercuisset; quam plures maximæ famæ sibi fecit, ac Religioni Discipulos omni laude dignos, inter quos clarissimos viros in re litteraria Prouinciæ Lombardiæ Magistros progenuit Sancti Thomæ doctrinæ defensores acerrimos Vincentium Bandellum, qui postea fuit Magister Generalis Ordinis, Magistrum Thomam de Brixia Virum doctissimum, qui fuit Inquisitor Brixiensis magni nominis, nec non Paulum Soncinatem Virum præclarissimum. Extitit insuper idem Petrus Bergomensis morum sanctitate, ac miraculorum fama clarus; adeoque circa stu- 1471. Fr. Petrus Bergomensis.

studium Operum Sancti Thomæ Aquinatis occupatus, ita vt videretur ipsum omnium, ac singularium propositionum totius corporis Voluminum Operum Sancti Thomæ meminisse. Qui tandem quemadmodum omnia Opera Sancti Thomæ diuturno labore atque sæpius percurrere potuit, ita tenaciter memoriæ retinuerit, vt in maius Studentium, atque Discipulorum commodum, Angelico quodamodo calamo miro modo, ineffabilique ordine omnia, & singula Sancti Thomæ Aquinatis dicta in vnicum locupletissimum Indicem compilauerit; scripsit itaque eximius iste Vir.

Tabulam verè auream super omnia Opera Sancti Thomæ Aquinatis.

Item in lucem edidit Concordantias omnium locorum Sancti Doctoris, quæ sibi ad inuicem aduersari videntur.

Item copiosissimum Indicem Locorum omnium Sacræ Scripturæ, quæ à Sancto Thoma adducuntur, & exponuntur, &c.

Plura alia opuscula tanto Viro digna, quæ in Conuentu Bononiensi seruantur.

Celebrant eximium hunc Virum Prouinciæ Lombardiæ decus, Leander Alberti *de Viris Illustr. Italiæ*, Supplementum, *Chronicarum Ordinis fol.* 80. Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis p.* 2. *lib.* 3. Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis ad annum* 1477. *pag. mihi* 202 *col.* 1., & Vincentius Riualius, *in Catalogo Scriptorum pag. mihi* 56. *num.* 193., *& in Chron. Constit. pag. mihi* 75. §. *hoc tempore*.

ANNO 1473.

1473. *Fr. Iacobus de Genua.*

FR. Iacobus Cantori de Genua, Vir à natura nobilibus animi dotibus locupletatus, industriaque, atque studio, nec non labore de virtute in virtutem ascendens, in Sacro Fratrum Prædicatotum Ordine, adeo breui tempore profecit, vt eruditissimo, atque doctissimo calamo ediderit.

Tractatum mirabilem per modum Dialogi lingua Italica exaratum de animæ rationalis immortalitate. Cuius Prolegomeni initium est.

Lege feliciter. Al Venerabile, e discreto suo Maggiore Giouanni de Marchano Cittadino della felice Città di Venetia: Frate Iacobo Campharo di Genoua dell' Ordine de' Predicatori in Sacra Teologia licentiato in Vniuersità di Oxonfordi cum raccomandatione &c. Qui præfatus Tractatus per modum Dialogi asseruatur in Bibliotheca Sapientiæ de Vrbe.

Claruit quoque insignis iste Vir Iacobus Camphorus sub Pontificatu Sanctissimi in Christo Patris Domini Xisti Papæ IV. Anno ab Incarnatione Dominica millesimo quadringentesimo septuagesimo tertio; vti refert Abbas Michael Iustinianus, *de Scriptoribus Lyguribus*, apud Ambrosium de Altamura *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria* 3. *ad annum* 1473. *pag. mihi* 179. *col. p.*

ANNO 1476.

FR. Raphael de Soncino, siue Soncinas Lombardus, Vir magni nominis, siue in facultate Philosophica, siue in Theologia, siue etiam in Iure Pontificio, qui expletis Lecturis calamo summo studio se totaliter dedit, ita vt breuissimo tẽpore excellentissimam Canonistæ famam eius scriptis merito sibi comparauerit; Eruditissimo itaque calamo scripsit, in lucemque edidit. 1476. *Fr. Raphael de Soncino.*

Tractatum de Vsuris.

Tractatum de Interdicto.

Tractatum de Ecclesiastica Immunitate, nec non

Tractatum de Voto.

Et plura alia Opuscula, quæ in Bononiensi Conuentu seruantur.

Floruit egregius iste Vir Soncinatensis circa annum ab Incarnatione Dominica millesimum quadringentesimum septuagesimum tertium in Conuentu Bononiensi, vt videntur innuere voluisse Leander Alberti, *lib.* 4. *de Viris Illustr. Italiæ*, Ioannes Michael Plodius *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p.* 2. *lib.* 3., *& in Appendice*, Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis*, & Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ pag. mihi* 50. *ad annum* 1472. *lit.* R. *num.* 212., & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria* 3. *ad annum* 1487. *pag. mihi* 211. *col.* 2. licet, non distinguat de opusculis.



AN-

ANNO 1477.

1477. *Fr. Theophilus de Cremona.* FR. Theophilus de Cremona Lombardus, Vir sui æui tam in Philosophia, quàm in Theologia vndequaque celebris, cuius scripta talem comprobauere, tutissimo itaque calamo scripsit.

Grande Volumen præcipuarum Sententiarum, siue Propositionum siue in Pilosophia, siue in Theologia magis notabilium.

Item eruditissima Commentaria in Decem Aristotelis prædicamenta.

Ita colligitur ex Antonio Senensi Lusitano, *in Bibliotheca Ordinis*, Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum, p. 2. lib. 3.*, *& in Appendice*, Sixto Senensi, *in Bibliotheca Sancta*, Alphonso Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, Ambrosio Gozzio, *in Catalogo Illustr. Virorum Ordinis*, Ambrosio de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 3. ad annum 1487. pag. mihi 211. col. 2.*, & Vincentio Riualio, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ pag. mihi 64. ad Annum 1490. lit. T. num 220.* qui ipsum Theophilum facit de Ferraria familia Cremonensi.

ANNO 1478.

1478. *Fr. Benedictus de Soncino.* FR. Benedictus Soncinas, siue Soncino Cremonensis Diœcesis Lombardus, Vir morum probitate virtutum copia, atque doctrina clarus, Aristotelis, atque Diui Thomæ doctrinæ respectiuè defensor, atque propugnator indefessus; qui Venetijs inter cætera.

Tabulam Patris Magistri Theophili de Cremona, Sententiarum, atque Propositionum magis notabilium, nouo faciliorique methodo ordinatum in lucem edidit, anno 1493. vt ipse fatetur in Epistola nuncupatoria.

Præterea scripsit, & laboriosum opus, in quo plures Aristotelis Sententias, & ipse in vnum mirabili ordine adunauit.

Ex Vincentio Riualio, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 16. ad Annum 1493. lit. B. num 61.*, ex Antonio Senensi Lusitano, *in Bibliotheca Ordinis*, Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 3.*, *& in Appendice*; & Ambrosio de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 3. ad annum 1487. pag. mihi 211. col. 2.*

Eodem quoque Anno à Reparatione Orbis millesimo quadringentesimo septuagesimo octauo, in Conuentu Bononiensi floruit, & Fr. Alexander de Bologninis nobilis Bononiensis in Sacra Theologia laureatus inter, egregiosque Prouinciæ Lombardiæ sui temporis nemini secundus; qui & eius singularis doctrinæ, non solum in Bononiensi Academia, sed & in principalioribus Conuentibus, non solum è Cathedra, aut suggestu, sed & profundissimo calamo viua dedit inditia, scripsitque egregiè iste Doctor. 1478. *Fr. Alexander de Bononia.*

Celeberrima Commentaria, in quatuor Libros Sententiarum.

Item Sermones de Tempore.

Item Sermones de Sanctis; nec non Opuscula varia Theologica.

Quem celebrant Leander Alberti, *de Viris illustribus Italiæ*, Prælormitanus, *in Historia Ordinis*, Cathalogus *Illustr. Virorum Conuentus Bononiensis*, atque Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi 4. ad annum 1478. num. 9.*

ANNO 1479.

1479. *Fr. Hieronymus de Foroliuio.* FR. Hieronymus de Foroliuio Magister in Sacra Doctrina ingenio, atque eruditione ornatus numeris clarus, nec non Historiarum peritissimus, qui hoc anno ab Incarnatione Dominica millesimo quadringentesimo septuagesimo nono posteritati in lucem edidit.

Codicem vnum Sermonum de Tempore per totum annum.

Item Librum alterum Sermonum de Sanctis.

Item præclarum Volumen diuersarum Orationum.

Item Volumen aliud opusculorum, nec non Fragmenta varia Historiarum; quæ in Conuentu Foroliuiensi seruantur.

Huius meminerunt Antonius Senensis Lusitanus *in Bibliotheca Ordinis*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum*, Hyppolitus Maraccius, *in Bibliotheca Mariana*, Antonius Posseuinus, *in Apparatu Sacro tom. 2.*, Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 3. ad annum 1484. pag. mihi 207. col. 1.*, *& in Appen-*

pendice pag. mihi 522., & Vincentius Riualius, *in Catalogo Scriptorum Illustr. Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi* 28. *ad Annum* 1484. *lit. A. num.* 118.

1479. *Fr. Dominicus de Crema.* Eodem item anno millesimo quadringentesimo septuagesimo nono in Conuentu Cremensi Dominij Veneti Lombardiæ Prouinciæ floruit Fr. Dominicus de Crema Sacræ Theologiæ Magister non minus sermone, celeberrimus quam in omni scientiarum genere ornatus, qui & secundum aliquos scripsit.

Sermones de Tempore valde eruditos.
Item sermones de Sanctis.
Sermones pariter Quadragesimales, nec non.
Opuscula varia, tam in materia Philosophica, quam Theologica.

Quæ scripta etsi temporum vetustate illis aliqua in parte fuerit præiudicatum, prò certò tamen habemus, ea in Archiuio Bibliothecæ Conuentus Bononiensis seruari vsque in hodiernam diem, cum mirabilibus cæterorum Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ, vti colligi potest ex antiquissimis Relationibus Conuentus Cremensis. Et præsertim cum eximij huius Scriptoris mentionem fecerit P. Magister Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria* 3. *ad annum* 1498. *pag. mihi* 214. *col.* 1. §. *Sub hoc etiam floruerunt Dominicus Cremensis*, & hoc est valde verisimile cum extiterit Baccalaureus Bononiensis, ex *Registro Studij Bononiensis.*

Hoc quoque currente anno millesimo
1479. *Fr. Petrus de Vincentia.* quadringentesimo septuagesimo nono in Conuentu Sanctæ Coronæ de Vincentia Prouinciæ Lombardiæ claruit Fr. Petrus Vincentinus, eadem de Ciuitate Vincentiæ. Vir non solum in facultate Theologica excellens, sed & in Lectura Sanctorum Patrum versatissimus, qui multa scripsit, in quibus summam eruditionem, cum pari pietatis ardore coniungens, lectorem docendo mouet. Inter cætera autem opera, in lucem edidit.

Opusculum de Beatissimæ Virginis Immaculatæ Conceptione; in quo miro ordine ducentum, & sexdecim SS. PP. sententias refert.
Scripsit, & alia opuscula digna, quæ in Bibliotheca Vicentina asseruantur.

Floruit iste Scriptor sub Pontificatu Sanctissimi in Christo Patris Sixti Papæ IV. vti colligitur ex vetustissimis membranis Conuentus Vicentini, ex Relationibus Lombardiæ, apud Vincentium Riualium, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi* 56. *ad annum* 1479. *lit. P. num.* 196.

Decurrenre adhuc Anno à Dominica 1479. *Fr. Ioannes Aquilanus.*
Incarnatione millesimo quadringentesimo septuagesimo nono inter celebres Prouinciæ Lombardiæ Alumnos, qui Prouinciam eorum scriptis illustrarunt, enumeratur iure merito, & Fr. Ioannes Aquilanus Aprutinus Conuentus Sanctæ Mariæ Angelorum de Ferraria filius. Vir inter Euangelizandum verè vox tubæ cum enim perditorum hominum salutem Apostolico zelo promouere conaretur, ita feruide Dei causam in se assumere solebat, vt intima cordium auditorum mirabili ipsorum fructu penetrare consueuerit scripsit quoque iste Sacrosancti Euangelij præco.

Eruditissimos Sermones de Tempore per totum annum.
Item Sermones de Sanctis, nec non
Sermones Quadragesimales.
Et alia plura, quæ in Conuentu Bononiensi seruantur.

Qui Scriptor claruit sub Pontificatu Sixti Papæ IV. ex Leandro Alberti, *de Viris Illustribus Italiæ*: Antonio Senensi Lusitano, *in Bibliotheca Ordinis*, Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p.* 2. *lib.* 3., ex *Relationibus Lombardiæ* apud Vincentium Riualium *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ, manuscripto, pag. mihi* 34. *ad annum* 1479. *lit.* I. *num.* 153.

ANNO 1480.

FR. Desiderius Anichinus Veronensis Lombardiæ Prouinciæ alumnus. 1480. *Fr. Desiderius Anichinus.*
Vir in Theologia morali, nec non in Iure Pontificio æquè doctus Angelicæque doctrinæ acerrmus propugnator, qui solido calamo posteritati scribendo reliquit post se infrascriptos Tractatus pro Confessariorum, Sacerdotum, atque Pænitentium instructione, scripsit.

Summam Casuum Conscientiæ.
Summam de Censuris, nec non &
Tractatum de Confessione Sacramentali.
Et plura alia.

De quo Ambrosius Gozzius, *in Catalogo Scriptorum Ordinis*. Ioannes Michael Plodius *de Viris Illustr. Ordinis Prædica-*

torum p. 2. lib. 3. Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, & Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 19. ad annum 1480. lit. B. num. 81. & alij.*

ANNO 1481.

1481. *Fr. Blasius de Ragusio.* FR. Blasius Ragusinus Pisaurensis Conuentus alumnus Theologus celebris, inconcionando facundus, in speculando acutus, proque Angelicæ doctrinæ defensione propugnator acerrimus, cuius fama Sixtus Papa IV. permotus ad Ecclesiam Motonensem ipsum promouit, in quo munere ingenij sui, Partus Prouinciæ Lombardiæ cuius erat filius ad perennem eius memoriam reliquit. Scripsit itaque eruditissimo calamo.

Sermones de Tempore per totum Annum.
Sermones Quadragesimales.
Sermones de Sanctis; Nec non
Sermones de Laudibus Virginis Deiparæ.

Cuius meminit Hyppolitus Maraccius *in Bibliotheca Mariana*; & cum eo Ambrosius Gozzius, *in Catalogo Scriptorum Ordinis*; Seraphinus Razzius, *in Historia Illustr. Virorum Ordinis*. Ioannes Michael Plodius *de Viris Illust. Ordinis Prædicatorum, p. 2. lib. 3.* Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, Vincentius Maria Fontana *in Theatro Sacro Dominicano p. p. de Pastoribus Eccles. cap. 5. de Episcopis, tit. 404. pag. mihi 241. col. 2. num. 4* & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 3. ad Annum 1481. col. 1. pag. mihi 204.*

ANNO 1482.

1482. *Fr. Thomas de Vtino.* FR. Thomas de Vtino Furlanus Prouinciæ Lombardiæ filius. Vir acri ingenio dotatus, qui Logica, Physica, Theologia, nec non cæteris facultatibus satis delibatis, expletisque in Conuentu Bononiensi Lecturis, totum se dedit moralium doctrinæ, in qua facultate adeo profecit, vt breuissimo temporis interuallo egregiè scripserit.

Summam Copiosissimam Casuum Conscientiæ satis eruditam, nec non
Volumen satis grande de Dubijs super Euangelia omnia totius Quadragesimæ.
Et alios Tractatus varios, qui in conuentu Sanctæ Mariæ Angelorum Ferrariæ asseruantur.

Quem celebrant Ambrosius Gozzius, *in Catalogo Script. Ord.* Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum. p. 2. lib. 3.* & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 3. ad annum 1483. pag. mihi 208. col. p. circa medium. §. Thomas de Vtino.*

Eodem quoque anno à reparatione Orbis Millesimo quadrigentesimo octuagesimo secundo in Conuentu Sanctæ Mariæ Gratiarum de Mediolano Prouinciæ Lombardiæ florebat egregius Vir Fr. Thomas de Vigleuano Lombardus Philosophus profundus, atque Theologus magni nominis, ac securus, qui terminatis Lecturis in Conuentu Papiensi SS. Apolinaris, & Thomæ, Studio Sacrorum Canonum se dedit, vnde & scripsit; 1482. *Fr. Thomas de Vigleuano.*

Eruditissimum Compendium Iuris Canonici, &
Summam de Contractibus valde fructuosam, pro Confessariorum Instructione, nec non
Grande Volumen Sermonum tam de tempore, quam de Sanctis.

Cuius meminit Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 3. ad annum 1498. pag. mihi 216. col. p. §. Sub hos floruerunt Dominicus Cremensis, Thomas Vigleuanensis &c.* Sed clarius de tam egregio Viro, loquuntur Leander Alberti, *de Viris Illustr. Italiæ*. Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustribus Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 3* Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, apud Vincentium Riualium, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi 65. ad annum 1510. lit. T. num. 225.*

ANNO 1483.

FR. Paulus de Monelia Lygur omnium sui æui Doctissimus, Conuentus Sanctæ Mariæ Angelorum de Castello Genuæ alumnus. Vir in omni facultate præstantissimus, signanter verò in Diuina Scriptura versatissimus, 1483. *F. Paulus de Monelia.*

qui

qui ex Priore Prouinciali Prouinciæ Lombardiæ à Sixto Papa IV. ad Magisterium Sacri Palatij Apostolici promotus fuit, in quo munere, solidissimo calamo scripsit.

Eruditissima Comentaria super Genesim,
In Lib. Exodi,
Super Numeros.
Super Leuiticum.
Super Deuteronomium,
Super lib. Iosue.
Super lib. Iudicum.
Super lib. Ruth,
Super 4. lib. Regum,
Super 2. lib. Paralipomenon,
Super lib. Esdræ, nec non.
Postillas super totam reliquam Bibliam valde eruditas,

Quem Scriptorem eximium commendant. Ambrosius Taegius, *in Monumentis PP. Ordinis*. Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis, pag.* 188 *& in Chronico, fol.* 273. Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 3.* Olmeda, *in vita Ioachini Turiani Mag. Ordinis*. Abbas Michael Iustinus *in Chio Sacra*. Lucharinus, *in Adnotat. ad Indicem lib. prohibit.* Sygismundus Ferrarius, *de rebus Hungaricis p. 3. lib. 4.* Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. p. cap. 5. de Episcopis, tit. 167. & p. 2. cap. 5. de Magistris Sac. Palatij tit. 36. pag. 441. col. 2.*, Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum ad annum* 1499. *pag.* 214. *col.* 2. & Vincentius Maria Riualius, *in Cathalogo Scriptorum Lombardiæ pag. mihi* 53. *ad annum* 1496. *lit. P. num.* 106. *& in Chron. Const. pag. mihi* 76. §. Claruit quoque hoc tempore,

ANNO 1484.

1484. *Fr. Ioachim Turriani.* FR. Ioachimus Turriani Venetus Prouinciæ Lombardiæ Conuentus Sancti Dominici Venetiarum alumnus, qui non minus Græci Sermonis, quam Latini peritissimus, Sanctique Thomæ Aquinatis doctrinæ propugnator acerrimus, quippe qui tam in Conuentu Bononiensi Doctor Philosophus, quam in Vniuersitate Patauina Metaphisicus Sancti Thomæ sententiam extulit, factusque Magister Ordinis Obseruantiam Conuentus Sancti Dominici de Castello Venetiarum adeo promouit vt & illius Bibliothecæ sui scripta dicare voluerit, scripsit itaque

Egregia Commentaria in octo Libros Physicorum ad mentem S. Thomæ.
Nec non
Tractatum de Transcendentibus valde eruditum, quem manuscriptum de anno 1688. vidi in Bibliotheca S. Dominici de Castello Venetiarum, cum alijs manuscriptis antiquissimi Caractheris.

Cuius laudes referunt Sansouinus, *in Catalogo Scriptorum Venetorum*, Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis, nec non in Chronico Ordinis*, Leander Alberti, *de Viris Illustr. Italiæ*, Razzius, *in Historia Illust. Virorum Ordinis*, Ambrosius Taegius, *in Monumentis Ordinis p. p.*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustribus Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 3.* & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, ad annum* 1500. *pag. mihi* 222. *col.* 1.

ANNO 1485.

FR. Bartholomæus Comatius Bononiensis, Vir subtilitate intellectus, in dicendo facundia, nec non decidendo doctrina nemini secundus, qui expleta Studij Bononiensis Regentia Vicarius Generalis Congregationis Lombardiæ, deinde Magister Ordinis Generalis creatus, adhuc Studio Angelicæ Doctrinæ Sancti Thomæ Aquinatis deditus, tantum profecit, vt in ipso sui Generalatus munere complere potuerit insigne sui opus illustrium Commentariorum super quatuor libros sententiarum Petri Lombardi; scripsit ergo. 1485. *Fr. Bartholomæus Comatius.*

Præclarissima Commentaria iuxta genuinam mentem Sancti Thomæ in quatuor Libros Sententiarum, quæ in Archiuio Conuentus Bononiensis seruantur, nec non
Opusculum de Sacramentis in genere pari eruditione ornatum.

Ex Ambrosio Taegio *in Monumentis PP. Ordinis*, Leandro Alberti, *de Viris Illustribus Italiæ*, Hieronymo Burselli, *in Vitis PP. Generalium Ordinis.* Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illust. Ordinis Prædicatorum*, & Vincentio Riualio, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi* 14. *ad Annum* 1485. *lib. B. num.* 50.

Bo-

1485. *Fr. Franciscus Neuitonus.* Eodem pariter currente Anno millesimo Quadringentesimo octuagesimo quinto in Prouincia Lombardiæ signanter in Conuentu Vicentino claruit, & Fr. Franciscus Neuitoni, siuè Neuitonus. Vir perspicaci ingenio dotatus, atque profunda doctrina ornatus qui terminatis lecturis in Vicentino Conuentu, ad illustrandam Patauinam Vniuersitatem eius singulari sapientia à Serenissimo DD. Venetorum Senatu vocatus, cum summa eius, totiusque Ordinis laude publicè iuxtà Angelicam Sancti Thomæ doctrinam per plures annos Metaphysicam publicè in Patauina Vniuersitate docuit qua ocasione scripsit tutissimo calamo.

Questiones super duodecim Libros Metaphisicorum Aristotelis.

Item egregia Commentaria super Textum Aristotelis, iuxtà Sancti Thomæ intelligentiam.

Et multa alia Opuscula.

Claruit iste Doctor circa hæc tempora, vti colligitur *ex Chronico Constitutionum*; Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 3.* Antonio Gozzio, *in Catalogo Scriptorum Ordinis*. Antonio Senense Lusitano, *in Bibliotheca Ordinis*, & Ambrosio de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 3. ad annum 1484. pag. mihi 204. col. 2.*

ANNO 1486.

1486. *Fr. Bernardus Bustus.* FR. Bernardus, siue vt alij volunt Bernardinus Bustus, siue Busca Nobilis Mediolanensis Conuentus Sanctæ Mariæ Gratiarum de Mediolano filius, Vir Doctor, Authorque facundus, qui eruditissimo calamo multa notatu digna scripsit. Et signanter in materia prædicabili scripsit.

Librum Sermonum Prædicabilium, cui titulus Rosarium Sermonum prædicabilium in duas partes distributum. Venetijs Anno 1498. impressum.

Et Codicem de Laudibus Virginis Deiparæ.

Ex Antonio Senense Lusitano, *in Bibliotheca Ordinis, fol. mihi 56.* Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum, p. 2. lib. 3.*, & Ambrosio de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 3. circa annum 1498. pag. mihi 216. col. p.*

Eodem similiter Anno à reparatione Orbis millesimo quadringentesimo octuagesimo sexto in Conuentu Veneto florebat, & Fr. Nicolaus Augusta Lombardus Venetus Vir doctrina, virtutum copia, nec non morum integritate clarus, qui ob insignia illius merita ab Eugenio Papa IV. ad Triuricensem Episcopatum promotus fuit. Hæc inter cætera sui perspicacissimi ingenij monumenta scripsit. 1486. *Fr. Nicolaus Augusta.*

Eruditissimas Postillas fere super omnem Sacram Bibliam.

Item in Sacra Theologia Scholastica.

Item Commentaria in octo Libros Physicorum, nec non.

Et Commentaria in Vniuersam Aristotelis Logicam.

Atque Concordantias locorum Aristotelis sibi inuicem diffidentium.

Quæ omnia in Bibliotheca SS. Ioannis, & Pauli Venetiarum seruantur.

Cuius meminerunt Ioannes Michael Plodius *de Viris Illustr. Ordinis p. 2. lib. 3.* Ferdinandus Vghellus, *Tom. 7. Italiæ Sacræ*. Vincentius Maria Fontana *in Theatro Sacro p. p. cap. 5. tit. 599. pag. mihi 313. col. p.* & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Centuria 3. ad annum 1485. pag. mihi 209. col. 2.*

ANNO 1487.

FR. Ioannes Baptista de Iudicibus Finariensis, Ligur Vir morum integritate, doctrina, atque prudentia clarus, qui ex Archiepiscopatu Arnulphitano, ad quem per antea propter singularia eius merita à Sixto Papa IV. promotus fuerat, Posteritati eloquentissimo calamo scripsit. 1487. *Fr. Ioannes Baptista de Iudicibus.*

Eruditissima Commentaria super quatuor libros Sententiarum.

Item super Euangelium D. Matthæi.

Super Euangelium Diui Lucæ.

Super Euangelium Diui Marci.

Super Euangelium Diui Ioannis,

Item compilauit eruditissimum Dialogum super Euangelium de duobus Discipulis euntibus in Emaus,

Et Dialogum alterum de Religione.

Ita ex Ausberto Mirço, *de Scriptoribus sæculi 16. cap. 105.* Antonio Senense Lusitano, *in Bibliotheca, atq; in Chron. Ord. pag. 254.* Io: Michaele Plodio, *de Viris Illustr.* Or-

Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 3. Ambrosio Taegio, *in Monumentis PP. Ordinis.* Alphonso Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum.* Ambrosio de Altamura *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 3. ad annum* 1484. *pag. mihi* 208. *col.* 2. Item ex Theodoro Valli, *in Historia Prouinciæ Regni.* Ferdinando Vghello, *in Italia Sacra Tom. 4. & Tom. 7.* & Vincentio Maria Fontana, *in Theatro Dominicano p.p. de Pastor. Eccles. cap. 18. de Archiepiscopis Tit. 1. pag. mihi* 51. *col.* 2. *num.* 2. Nec non Vincentio Riualio, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi* 11. *ad annum* 1469. *lit. B. num.* 41.

ANNO 1488.

1488. *Fr. Ioannes Baptista de Fabriano.* FR. Ioannes Baptista de Fabriano Picenus Prouinciæ Lombardiæ alumnus, Vir doctissimus sui temporis, siquidem æque in Phylosophia, atque Theologia Sancti Thomæ Aquinatis, omnibus numeris instructus, atque speculator profundus, quippèqui primus omnium in Lombardiæ Prouintiæ facilitauerit distinctionem illam de sensu composito, ac diuiso. Scripsit itaq; profundus hic speculator.

Librum omni eruditione refertum de sensu composito, ac diuiso.

Item scripsit alia plura Metaphisicalia, quæ in Bibliotheca Fabriauensi seruantur.

Item in Materia Logicali alia perutilia.

De quo abundè loquuntur, Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, Leander Alberti, *de Viris Illustr. Italiæ*; Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 3.* Relationes Lombardiæ, *Ordinis Prædicatorum.* Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, ad annum* 1488. *pag. mihi* 211. *col.* 2. & Vincentius Riualius *in Catalogo Illustr. Scriptorum manuscripto, pag. mihi* 11. *ad ad annum* 1472. *lit. B. num.* 42.

1488. *Fr. Thomas de Venetijs.* Eodem quoque Anno à Dominica Incarnatione millesimo quadringentesimo octuagesimo octauo. In Prouincia Lombarbiæ florebat in Conuentu signanter Sancti Dominici Venetiarum Fr. Thomas Malumbra Venetus dicti Conuentus alumnus, Sacræ Theologiæ Magister, Vir pius atque vndequaque doctus, tum in Philosophicis, tum in Theologicis disciplinis, qui & plura scripsit, tam in Philosophia, quam in Theologia. Quamuis ob susceptum Præsulatum Carzulensis Ecclesię factum fuerit, quod illius scripta inuenire non potuerint.

Mentionem tamen tam eximij Viri fecere Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum ad annum* 1498. *pag. mihi* 216. *col.* 1. §. *sub hos etiam florent, nec silentio prætereundos circa medium Thomam Malumbra Episcopum Curzulensem*; & Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro p.p. de Pastoribus Ecclesiarum cap. V. de Episcopis tit.* 218. *pag. mihi* 184. *col. p. num. p.* Verum quænam sint ea, quæ scripsit, tam celebris Vir Doctores non referunt.

ANNO 1489.

FR. Ioannes à Turre Venetus Prouinciæ Lombardiæ alumnus, mo- 1489. *Fr. Ioannes de Venetijs.*
rum vrbanitate, litterarum copia, nec non vitæ rectitudine celebris, qui inter cætera suæ sapientiæ euidentissima indicia summa eruditione scripsit.

Egregia Commentaria in octo Libros Physicorum Aristotelis.

Et alia Opuscula varia.

Cuius meminit Franciscus Sansouinus *lib. 3. Scriptorum Venetorum circa annum* 1486. & cum ipsò Hyacinthus Parra, *in Catalogo de Scriptoribus Ordinis*; & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 3. ad annum* 1487. *pag. mihi* 524. *in Appendice col. p.*

ANNO 1490.

FR. Ludouicus Longhi Venetus Sacræ Theologiæ Magister, atque 1490. *Fr. Ludouicus de Venetijs.*
author maximi nominis, qui quemadmodum tum in Philosophia, tum in Theologia erat in speculationibus valde profundus, ita pariter posteritati scripsit diuersa Opera tanto Magistro digna; inter cætera enim scripsit.

Sapientissima Commentaria in octo Libros de auditu Aristotelis, iuxta S. Thomæ intelligentiam.

Item Commentaria super primam partem Summæ Sancti Thomæ, nec non

Et

Et Summam de Septem Ecclesiæ Sacramentis.

Cuius Scriptoris meminere Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. p. de Pastoribus Ecclesiasticis cap. 5. de Episcopis tit. 404. pag. mihi 241. tit. de Episcopo Motonensi col. 2. num. 3.* & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Chronologica, Centuria 3. ad annum 1498. pag. mihi 216. col. 1. §. Sub hos etiam floruerunt, circa medium.*

1490. *Fr. Ioannes Picus Mirandulanus.* Eodem similiter Anno millesimo quadringentesimo nonagesimo summa cum totius Lombardiæ Prouinciæ gloria Fr. Ioannes Picus Mirandulanus ingeniorum sui Seculi Phænix, qui suscepto Sacro Fratrum Prædicatorum habitu, quemadmodum eius Bibliothecam Conuentui Sanctæ Mariæ Angelorum Ferrariæ, ità & omnia sui scripta, siuè dignissima Commentaria Bibliothecæ Conuentus Bononiensis reliquit. Libri autem eius Calamo sapientissimo compilati, fuerunt infrascripti, videlicet.

De operibus sex dierum Libri septem.

Conclusiones nonaginta Romæ publicæ disputatæ.

Apologiæ variæ aduersus eos, qui aliquas propositiones Theologicas carpebant.

De Ente, & Vno, Opus insigne.

De Hominis dignitate.

Regulæ XII. pro spirituali pugna contra mundum.

Commentaria in Psalmum Conserua me Domine.

De Christi Domini Regno.

De Vanitate huius Mundi.

Commentaria, siue Expositio in Orationem Dominicam.

Epistolarum aurearum, atque familiarium, Liber vnus.

Libri XII. in Apologiam disputationum.

Item Libri Tres in Platonis conuiuium.

Elogia ad Florentiam, in laudem Hieronymi Beninuenij, siuè Beniuenij.

Tanti Viri laudes referunt Ioannes Franciscus Picus ex Galeotto Fratre Nepos, *in Vita Ioannis Pici Mirandulæ, atque Concordiæ Domini.* Hyacinthus de Parra, *in Catalogo de Scriptoribus Ordinis; manuscripto,* & Ambrosio de Altamura, *in Bibliotheca Ord. Prædicatorum, Centuria 3. circa annum 1494. signanter in Appendice pag. mihi 528. col. 2. §. Ioannes Picus.*

ANNO 1491.

1491. *Fr. Thomas de Brixia.* FR. Thomas de Brixia Conuentus Sancti Dominici Brixiæ alumnus, Vir eximiæ integritatis, ac doctus, qui sub præclarissimi Magistri Petri Bergomensis in Studio Bononiensi disciplina, breuissimo tempore doctissimus euasit Theologus, cuius eruditissima scripta super Angelici Doctoris summam talem demonstraut, quæ in Archiuio Librorum Conuentus Bononiensis seruantur, scripsit itaque.

Commentaria egregia valde, in Summam Sancti Thomæ Aquinatis.

Item Sermones de Tempore per totum Annum.

Sermones de Sanctis, nec non

Sermones Quadragesimales.

Tam eximij Viri laudes celebrant compendiosissimo calamo Iacobus de Susato, *in antiquissimo Chronico Ordinis fol. mihi 179. ad annum 1474.* Sequentibus verbis; *Et Magistrum Thomam Brixiensem virum Sanctum, & integerimum, & doctissimum.* Item & *Chron. Constit. fol. mihi 80.* nec non Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis ad annum 1477. pag. mihi 202. col. p. §. Petrus Maldura Bergomensis,*

ANNO 1492.

1492. *Fr. Vincentius Bandellus.* FR. Vincentius Bandellus è Castro nouo Lombardus, Vir inter insignes sui temporis Doctores præclarissimus, probataque vita clarus, qui sub celeberimi Magistri Petri de Bergomo Studij Bononiensis Regentis disciplina tantum in præfato Bononiensi Studio profecit, vt in Prouinciæ Lombardiæ decus tractu temporis in lucem dederit eiusdem perpicacissimi ingenij diuersa opera luce meridiana clariora, videlicet.

Volumina tria de Beatissima Virginis Mariæ Immaculata Conceptione.

Aliud Volumen de Auctoritate Papæ, &

Multa alia nondum vulgata, in materia speculatiua.

Item Librum Quæstionum Theologalium.

Item Compendium Constitutionum, atque Capitulorum Generalium, quæ habentur in Conuentu Sanctæ Mariæ Gratiarum Mediolani.

Item expositionem Constitutionum Monialium Ordinis Prædicatorum.

Item Regulam, & Priuilegia moderauit FF. & Sororum de Pœnitentia S. Dominici.

Item adiecit Instructionem Officialium Ordinis Prædicatorum.

Item statuit formularium Electionum, & Confirmationum Priorum.

Et alia plura, in beneficium, atque comodum Ordinis.

De quo abundè tamquam de eximio Magistro Generali totius Ordinis Prædicatorum semper memorabili loquuntur Ausbertus Miræus, *de Scriptoribus seculi 16. cap. 13.* Molanus, *in Bibliotheca manuscripta Sacra*, Antonius Posseuinus è Societate Iesu, *Tom. 3. Apparatus Sacri. fol. 394.* Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis pag. 263. & pag. 264.* apud Ambrosium de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 4. ad annum 1506. pag. mihi 226. col p. & in Appendice ad annum 1506. pag. mihi 529. col. p.* & Seraphinus Razzius, *in Historia Illustrium Virorum Ordinis pag. mihi 165. & in Chronico antiquissimo Ordinis. fol. 180.* refert Iacobus de Susato. *& in Chron. Constit. circa Annum 1501. pag. mihi 78. §. Anno Domini.*

1492. *Fr. Antonius Gislandus.* Floruit quoque eodem Anno millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo in Prouincia Lombardiæ Fr. Antonius Gislandus Pedemontanus Prouinciæ Lombardiæ alumnus, Vir per omnia scriptis, atque doctrina eminens, qui Taurini aduersus hæreticam prauitatem Apostolicus Inquisitor denuntiatus, aduersus hæreses calamo, & verbo strenue dimicauit, atque perduelauit, ac tandem postquam de hæresi triumphauit, tunc mirabili doctrina, atque eruditione iuxta quadruplicem Sacræ Scripturæ sensum, Sacrosancta totius anni Euangelia felicissimo calamo illustrauit: Compilauitque opus verè aureum, hoc est,

Tractatum octo mille dubiorum, radicitus solutorum, quæ circa Sacrosancta Euangelia totius anni ocurrere possunt. Quod volumen impressum fuit Venetijs 1524. & 1598.

Claruit iste Scriptor circa hæc tempora, cuius meminere Antonius Senensis Lusitanus *in Bibliotheca Ordinis.* Sixtus Senensis *in Bibliotheca Sancta*, Ioannes Michael Plodius, *De Viris Illust. Ordinis p. 2. lib. 3.* Ausbertus Miræus, *de Scriptoribus Seculi 16.* Hyppolitus Maraccius, *in Bibliotheca Mariana.* Ambrosius de Altamura *in Bibliotheca Ordinis Centuria 3. ad annum 1489. pag. mihi 212. col. p. & Relationes Lombardiæ*, apud Vincentium Riualium, *in Catalogo Scriptorum Prouinciæ Lomb. manuscripto, ad annum 1492. lit. A. pag. 5. & Alij.*

ANNO 1493.

FR. Franciscus Venetus ex Columna familia natus Prouinciæ Lombardiæ alumnus, litterarum humanarum omnium peritissimus, quemadmodum & in lingua Græca signanter instructus, suique Instituti in Conuentu Sancti Dominici Venetiarum obseruantissimus, qui inter cætera elegantissimo calamo scripsit. 1493. *Fr. Franciscus de Venetijs.*

Librum variarum Epistolarum omnibus numeris eruditum.

Ex Antonio Posseuino, *tom. p. Apparatus Sacri fol. 494.* Ambrosio Gozzio, *in Catalogo Scriptorum Ordinis*, Antonio Senensi Lusitano, *in Bibliotheca Ordinis*, Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illust. Ordinis Prædicatorum, p. 2. lib. 3.*, & Ambrosio de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, ad annum 1489. Centuria 3. pag. mihi 212. col. 1.*

ANNO 1494.

FR. Hieronymus Bursellus Bononiensis. Vir sui seculi Bononiensis Conuentus verè splendidissimum Iubar, Prouinciæque Lombardiæ gloria, qui eiusdem Conuentus Bononiensis extitit iure merito Studij Generalis Regens, Prior, eiusdemque Vrbis Apostolicus aduersus hæreticam prauitatem Inquisitor, Fideique Censor; qui eruditissimus, Theologusque profundissimus cum esset, in Sacraque Scriptura versatissimus, perspicacissimi ingenij indubitata dedit indicia. Compilauit enim sequentia opera, quæ illius manifestant singularem sapientiam, videlicet. 1494. *Fr. Hieronymus Bursellus.*

De Conceptione Immaculatæ Virginis Deiparæ Librum vnum.

Ve-

Volumen aliud Sermonum de Tempore per totum annum.

Aliud volumen de Viris Illustribus Ordinis Prædicatorum ab anno 1215. vsque ad annum 1484. cui titulus Chronicon Ordinis.

Item Librum Sermonum de Sanctis.

Item Librum Sermonum pro Quadragesimali Tempore.

Item Chronicon à creatione Orbis vsque ad annum 1491.

Item Annales Conuentus Bononiensis à principio obseruantiæ, vsque ad sua tempora.

Item Annales Vrbis Bononiensis.

Item Chronicon de Generalibus Ordinis Prædicatorum.

Quæ omnia in Archiuio Bibliothecæ Bononiensis seruantur.

Claruit excellens iste Doctor, atque Historiographus circa hæc tempora millesimi quadringentesimi nonagesimi quarti anni à reparatione Orbis in Prouincia Lombardiæ; prout referunt Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 3., & in Appendice*; Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis*, Leander Alberti, *de Viris Illustr. Italiæ*, Prælormitanus, *in Catalogo Scriptorum Ordinis*, Ambrosius de Altamura *in Bibliotheca Ordinis Centuria 3. ad annum 1489. faciens ipsum Albertucium pag. mihi 212. col. 1.* & Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto ad annum 1500. pag. mihi 29. lit. H. num. 120.*

1494. *Fr. Iacobus de Soncino.* Eodem pariter Anno à Reparatione humanę salutis millesimo quadringentesimo nonagesimo quarto in Conuentu Cremonensi floruit Fr. Paulus de Barbolis Soncinatensis Lombardus, Vir magni acuminis, qui sub acuratissima disciplina Petri Bergomensis fidelissimi Interpretis Sancti Thomæ in Studio Bononiensi adeo profecit, vt breuissimo tempore tam præclara scripta compilauerit, vt suæ doctrinæ euidentissima ederet testimonia. Scripsit itaque egregiè.

Acutissimas Quæstiones in 12. Libros Metaphysicorum.

Item Epitomes Quæstionum Ioannis Capreoli in quatuor Libros Sententiarum.

Item Quæstiones in octo Libros Physicorum.

Item Commentaria in decem Aristotelis Prædicamenta.

Item egregia Commentaria in quinque Porphirij prædicabilia.

Item alia Commentaria in artem veterem eiusdem Aristotelis.

Et alia plura eleganter dictauit.

Ita ex Chronico, *Constitutionum fol.* 80. Leandro Alberti, *de Viris Illustr. Italiæ*, Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustribus Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 3.*, Antonio Senensi Lusitano, *in Bibliotheca Ordinis*, Alphonso Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, Ambrosio de Altamura, *Centuria 3. ad annum 1494. pag. mihi 215. col. 1.*, & Vincentio Riualio, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi 53. ad annum 1494. lit. P. num. 182.*

ANNO 1495.

1495. *Fr. Gregorius de Brixia.* FR. Gregorius Britanicus Brixiensis Lombardiæ Prouinciæ ornamentum; Vir omnium Oratorum, Concionatorumque sui seculi facundissimus, atque in dicendo gratiosissimus, qui postquam suis prædicationibus insigniores Ecclesias Prouinciæ Lombardiæ illustrasset, tandem senex factus in lucem edidit infrascripta Opera videlicet.

Codicem Sermonum de Tempore per totum annum.

Item Librum Sermonum de Sanctis, alijsque Solemnitatibus.

Item Librum Sermonum Funebrium, nec non

Librum Sermonum pro Nuptijs, ad Parochorum requisitionem, qui

Et plures Orationes proprio Marte concinnauit.

Qui quidem insignis Scriptor hac claruit tempestate prout referunt Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis, pag. 93.*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 3.* Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ord. Prædicatorum Centuria 3. ad annum 1495. pag. mihi 215. col. 2.*, Vincentius Riualius, *in Catalogo Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 27. ad annum 1516. lit. G. num. 111.*, & Relationes Lombardiæ, apud Leonardum Cassandum, *in Bibliotheca Brixiensi lit. G. pag. 214.*

ANNO 1496.

1496. Fr. Vincentius Venetus. FR. Vincentius Merlini Venetus, ſcientia, atque doctrina in Prouincia Lombardiæ Vir celeberrimus, qui in Vniuerſitate Patauina Metaphyſicalem Cathedram profundiſſimò calamo illuſtrando.

Super duodecim Metaphyſicæ Libros, ſcripſit.

Elegantiſſima, atque profundiſſima Commentaria in duodecim Metaphyſicæ Libros.

Item eruditiſſimum Tractatum de Tranſcendentibus.

Item Opuſculum de Cauſis.

Item nobiliſſimum de Primo Motore Tractatum.

Item de nominum Analogia Tractatum alterum.

Et plura alia in lucem edidit.

Floruit iſte Author hac tempeſtate, hoc eſt circa hæc tempora, ſic referente Ambroſio de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 3. ad annum 1491. pag. mihi 212. col. 2.* & alijs cum ipſo, & ſignanter Relationibus *Lombardiæ Ordinis Prædicatorum, & in Chron. Conſtit. pag. mihi 76. circa annum 1490. §. Hic Pater dulciſſimus.*

1496. Fr. Hieronymus de Genua. Eodem Anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſexto ab Orbe reparato, in Conuentu Sancti Dominici Genuæ florebat Fr. Hieronymus Ianuenſis Prouinciæ Lombardiæ alumnus, Vir religione facundia, atque doctrina clarus, qui poſt diuturnas Lecturas ſecundum Angelici Doctoris doctrinam in principalioribus Prouinciæ Conuentibus habitas, digna ſui ingenij poſteritati dedit inditia, ſiue teſtimonia. Scripſit enim.

Egregia Commentaria ſuper tres libros de Anima.

Item Commentaria ſuper libros de Cælo, & Mundo.

Item ſuper duodecim Ariſtotelis libros Metaphyſicales, nec non

Poſtillas ſuper ſingulos ſeptem Dauidis Pſalmos Pænitentiales valde eruditas.

Tam egregij Viri condignam mentionem fecere, Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Dominicano, p. p. de Paſtor. Eccleſ. p. 5. de Epiſcopis tit. 134. num. p. pag. mihi 154. col. 2*, & Ambroſius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 3. ad annum 1496. pag. mihi 216. col. 1. §. Sub hos etiam floruerunt.*

1496. Fr. Ludouicus Valentia. Item eodem anno milleſimo quadringenteſimo nonageſimo ſexto floruit in Conuentu Bononienſi Fr. Ludouicus Valentia Ferrarienſis, filius Conuentus Bononienſis, Vir adeo eruditus vt (Hieronymo Burſello teſte) ſua ætas parē in Prouincia Lombardiæ conferre non potuerit, qui ſiquidem propter egregia ſui merita ad Procuratoris Generalis Ordinis munus exercendum ad Vrbem vocatus, ibi inter cætera eius opera ſubtiliſſimo calamo ſcripſit.

Doctiſſima Commentaria in libros Ethicorum Ariſtotelis.

Super libros Phyſicorum de Auditu.

Tractatum de Cauſis valde elaboratum.

Tractatum de Dominica Incarnatione.

Tractatum de Gratia, nec non

Tractatum de Sacramentis.

Egregia facinora tanti Viri celebrant Hieronymus Burſellus, *in Vitis Generalium Ordinis*, Ambroſius Taegius, *in Monumentis PP. Ordinis*, Prælormitanus, *in Catalogo Illuſtr. Filiorum Conuentus Bononienſis*, Antonius Senenſis Luſitanus, *in Bibliotheca Ordinis*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illuſtr. Ord. Prædicatorum p. 2. lib. 3.* Alphonſus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, & Vincentius Riualius, *in Catalogo Illuſtr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuſcripto, pag. mihi 47. ad annum 1496. lit. L. num. 160.*

ANNO 1498.

1498. Fr. Antonius de Brixia. FR. Antonius de Brixia Prouinciæ Lombardiæ, Sanctiſſimæque Inquiſitionis in Diæceſi Brixienſi decus, qui hæreſibus inuolutos, cum eſſet Cenſor Fidei in iudicio pertinaces hæreticos cognitos ſeruato Ordinis Iure coram circumſedente populo in Platea publica grandi parato ad hoc igne iuſtiſſimo iudicio damnauit ad flammas; ſcripſitque.

Summam Caſuum Conſcientiæ valde elaboratam.

Librum aduerſus hæreſes ſui temporis, nec non

Sermones Quadrageſimales, atque

Sermones de Tempore eruditione Sacra multum redolentes.

Ex Leandro Alberti, *de Viris Illuſtr.*

Ita-

Italiæ, Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p.2 lib.3*. Alphonso Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*; Relationibus antiquissimis Lõbardiæ, apud Vincentium Riualium, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi 7. ad annum* 1498. *lit. A. num.* 27. Marauio, *in Bibliotheca Mariana*, & Antonio Lusitano, *in Bibliotheca Ordinis pag. mihi* 23., *&* 25., Ambrosio de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis ad annum* 1492. *pag. mihi* 213. *col.* 2. *& in Chron. Constit. pag. mihi* 76. §. *claruit quoque*.

Eodem Anno ab Incarnatione Dominica millesimo quadringentesimo nonagesimo octauo, in Conuentu Sanctæ Mariæ della Rosa Caluisani nuncupato Brixiensis Diœcesis claruit Fr. Ioannes de Caluisano, Vir sui temporis, tam pietate, eruditione, quàm doctrina profunda celebris, qui terminatis in diuersis Prouinciæ Lombardiæ Conuentibus eius Lecturis, senexque factus à speculationumque facultate abdicatus, totus se cælestium meditationibus, atque contemplationibus occupauit, vnde ex locis Sacræ Scripturæ reconditioribus, atque Sanctorum PP. aliorumque grauiorum Patrum auctoritatibus eruditissimo calamo scripsit.

1498. *Fr. Ioannes de Caluisano.*

Librum piarum, atque sanctarum præcum christiana pietate multum redolentem.
Item Libellum, cui titulus nobilitatis animæ Christianæ scrutinium.

Quæ opera, & signanter Liber Piarum præcum in Bibliotheca Conuentus Sanctæ Catherinæ super Formelum Neapolis reperiuntur idque in antiquissimo caracthere. Ita Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis pag.* 144., Ioannes Michael Plodius, *in Appendice ad lib.* 3. *p.* 2. *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum*, Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum ad annum* 1491. *pag. mihi* 213. *col.* 1., & Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi* 34. *ad annum* 1573. *lit. I. num.* 151. atq; Alphonsus Fernandez; *in Concertatione Prædicatorum*.

1498. *Fr. Hieronymus Sauonarola.* Currente adhuc Anno à reparatione Orbis millesimo quadringentesimo nonagesimo octauo in Sacro FF. Prædicatorum Ordine florebat, & Fr. Hieronymus Sauonarola Ferrariensis Prouinciæ Lombardiæ alumnus. Vir in omni scientiarum genere, & signanter in sacris paginibus tam noui, quàm veteris Testamenti æque versatus, in Sacrosancti Euangelij prædicatione per totam Italiam verè vox tubæ, qui & eruditissimo calamo posteritati multa scripsit, & signanter

De Philosophia Naturali.
De Philosophia Rationali.
De Philosophia Morali.
Item Volumen, siue opus de Triumphò Crucis,
Siuè opus de Fidei Christianæ veritate, in quatuor libros diuisum.
Regulas breuissimas ad Religiosos.
Confessionale, seu Manuale Confessariorum, ac Pænitentium.
Tractatum de Cambijs.
Tractatum de Vsuris.
Tractatum de Simonia.
Tractatum de Defensione proximi.
Tractatum de Furto notabili.
Apologiam aduersus Astrologiam diuinatricem in tres Libros partitam.
Item librum de Simplicitate Vitæ Christianæ verè aureum.
Quadruplicem Expositionem in orationem Dominicam.
Item de Arca Noè, nec non in 6. priora Capitula Genesis Sermones 10.
Item in sex priora Capitula Exodi Sermones 14.
In Historiam Ruth, Sermones quinque.
In duo priora Iob Capitula Sermones quadraginta.
In Ezechielem Prophetam Sermones quadraginta sex.
In Amos Prophetam Sermones quadraginta.
In Zachariam Prophetam Sermones viginti.
In Micheam Prophetam Sermones triginta.
In Aggæum Prophetam Sermones quinque.
In Psalmum septuagesimum secundum Sermones viginti quinque.
In varios Psalmorum versiculos, Sermones viginti.
In Epistolam Canonicam primam Ioannis Sermones decem, & nouem.
Item Commentaria in septem Psalmos Pænitentiales.
Item Commentarium, siue Expositionem in Psalmum sepuagesimum nonum.
Item Commentarium, siue Expositionem,

siue Meditationem in Psalmum In te Domine speraui.

Et alia plura, de quibus Doctores.

Ita colligitur ex Iacobo de Susato, *in eius Chronico antiquissimo, ex Chron. Constit. fol. mihi* 81. *à tergo*, ex Sixto Senensi, *in Bibliotheca Sancta lib.* 4. Antonio Posseuino, *Tom.* 3. *Apparatus Sacri*, Ioanne Francisco Pico Mirandulano, *in vita Hieronymi Sauonarolæ*, Antonio Senensi Lusitano, *in Bibliotheca Ordinis*, Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p.* 2. *lib.* 3. Alphonso Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, Ambrosio de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria* 3. *ad annum* 1498. *pag. mihi* 216. *col.* 2., *& pag.* 217. *col.* 1. nec non ex Vincentio Riualio, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi* 28. *ad annum* 1498. *lit. H. num.* 119 Qui ibi plures alios Tractatus tanti Scriptoris recenset vti de vita Viduali, de Oratione, de Humilitate, de Regula bene viuendi, Sermones de Aduentu, Sermones Quadragesimales, & similes Tractatus. *Ex Supplemento Chronicorum Ordinis.*

ANNO 1499.

1499. *Fr. Albertus de Belluno.*

FR. Albertus Belunensis Furlanus Prouinciæ Lombardiæ alumnus, signanter Conuentus Vicentini filius, Vir qui ab ipso Religionis ingressu ad obitum vsque otio bellum indixit semper, ex quo euenit, quod studijs in specialitate Sacrarum paginarum, hoc est Sacræ Scripturæ continuo occupatus egregius Diuini Verbi concionator euaserit; vnde singulari facundia in dicendo, & elegantissimo calamo in scribendo, verbo principaliores Prouinciæ Lombardiæ Vrbes illustrauerit; & eius calamo plures doctrinæ suæ Codices perennitati Prouinciæ Lombardiæ condiderit; Scripsit itaque.

Volumen vnum Sermonum Quadragesimalium valde eruditum.

Item Volumen aliud Sermonum de Tempore per totum annum.

Item Librum Sermonum de Sanctis, auctoritatibus Sacræ Scripturæ, nec non SS. PP. refertum.

Et insuper nonnullas Postillas in varios Sacræ Scripturæ Libros; quæ in Archiuio Bibliothecæ Sanctæ Coronæ de Vincentia seruantur in pergameno exaratæ.

De quo Antonius Senensis Lusitanus, *in Chronico Ordinis ad annum* 1500. *fol. mihi* 279. apud Ambrosium de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria* 3. *ad annum* 1499. *pag. mihi* 219. *col.* 2. Quamuis quænam sint in specialitate tanti Viri scripta non exprimant.

Eodem similiter anno millesimo quadringentesimo nonagesimo nono à reparatione Orbis, in Conuentu eodem Vicentino Prouinciæ Lombardiæ florebat, & Fr. Daniel de Vincentia Lombardus in Apostolico munere Euangelizandi Vir potens in opere, atque sermone, qui & in suæ sufficientiæ testimonium, eruditissimis Scriptis Lombardiæ Prouinciam ditauit; scripsit enim plures codices omni eruditione refertos, & specie in lucem edidit. 1499. *Fr. Daniel de Vincētia.*

Librum Sermonum Quadragesimalium.

Librum item Sermonum de Tempore.

Et Librum Sermonum de Sanctis.

Claruit iste Diuini Verbi præco egregius circa hæc tempora sub Pontificatu Alexandri Papæ VI. ex Ioanne Michaele Plodio, *de Viris illustr. Ordinis Prædicatorum lib.* 3. *p.* 2., Alphonso Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, exq; Relationibus, *Prouinciæ Lombardiæ* apud Vincentium Riualium *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi* 19. *ad annum* 1499. *lit. D. num. mihi* 80.


Finis Centuriæ Tertiæ.

BIBLIOTHECÆ PROVINCIÆ LOMBARDIÆ Sacri Ordinis Prædicatorum.

CENTVRIA IV.

ANNO 1500.

1500. *Fr. Albertus Castellanus.*



R. Albertus Castellanus Venetus Prouinciæ Lomb. alumnus Vir in Theologia, nec non in Ecclesiasticis Historijs plurimum eruditus, qui posteritati consulens, eruditissimo calamo plura in lucem edidit. Videlicet,

Tractatum de Virtutibus moralibus, valde elaboratum.

Librum de Rosario Virginis Deiparæ, vna cum Bullis Pontificijs, impressum Venetijs 1516.

Item Catalogum Illust. Virorum Ordinis Prædicatorum.

Item Chronicon Ordinis FF. Prædicatorum.

Item Sacerdotale Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, nec non

Catalogum a Petro de Natalibus Sanctorum editum, correxit ad meliorem que formam reduxit.

Et pluraalia Opuscula digna.

Tanti Viri meminere Franciscus Sansouinus, *de Scriptoribus Venetis*, Antonius Posseuinus, è Societate Iesu, *tom. 1. Apparatus Sacri fol. 30.* Ludouicus de Paramo, *de Origine Sanctissimæ Inquisitionis lib. 2. cap. 29.* Hyppolitus Maraccius, *in Bibliotheca Mariana.* Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis, fol. 8.* Iacobus de Susato *in Chronico antiquissimo Ordinis*; Martyrologium *Ordinis Prædicatorum.* Albertus Miræus *de Scriptoribus 16. Seculi.* & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 4. ad annum 1500. pag. mihi 221. col. 1. & in Appendice ad Quartam Centuriam circa Annum 1500. pag. mihi 527. col. p. §. Albertus Castellanus.*

Eodem Anno millesimo quingentesimo ab Incarnatione Dominica in Prouincia Lombardiæ floruit Fr. Stephanus de Garexio Pedemontanus Vir sui temporis in Philosophia, nec non Theologia versatissimus, qui inter cætera acutissimi ingenij monumenta in lucem edidit felicissimo Calamo. 1500. *Fr. Stephanus de Garexio.*

Tractatum omnibus numeris eruditum super vniuersam Aristotelis Logicam, cui titulus. Cetera argumenta in Logicam.

Cuius meminit per expressa verba D. Franciscus Augustinus Nobilis Salutiensis ab Ecclesia, signanter, *in Catalogo vniuersali Illustrium Scriptorum Pedemontis, in specialitate pag. mihi 104. §. Stefano da Garessio.*

Fr. Augustinus de Verona, Vir tunc temporis maximo merito, atque doctrina celebris, qui firmissimo calamo compilauit infrascripta opera, videlicet. 1500. *Fr. Augustinus de Verona.*

Librum, cui titulus, Enchiridion doctrinæ Christianæ.

Et Postillam egregiam super Psalmum Miserere.

Huius Doctoris meminit Seraphinus Razzius, *in Historia Illustr. Virorum Ordinis, pag. mihi 281. num. 31. & alij.*

AN-

ANNO 1501.

1501. Fr. Ambrosius de Soncino.

FR. Ambrosius, siuè vt alij volunt Ambrosinus de Soncino Lombardus Sacri Ordinis Prædicatorum Conuersus; qui antiquarum Vitriatarum exquisitissimus Artifex extitit, qui & Italico Sermone scripsit satis eruditè,

Vitam Beatæ Luchinæ de Soncino; & Vitam Beati Iacobi Conuersi, de Vlma Germani.

Ex cuius scripto postea Fr. Siluester Prierius, Isidorus Mediolanensis, & Joannes Antonius Flaminius suas latinas deduxere.

Ita colligitur ex Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 3.* Leandro Alberti, *de Viris Illustribus Italiæ, ad finem lib. 6.* Antonio Senensi Lusitano, *in Bibliotheca Ordinis pag. 12.* & Ambrosio de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 4. ad annum 1500. pag. mihi 222. col. 2.* ex quo hæc descripsimus.

ANNO 1503.

1503. Fr. Ludouicus de Verona.

FR. Ludouicus Campana, siuè Campagna Veronensis Lombardus, Philosophus, Orator, atque Poeta sui Seculi celebris, qui eruditissimo calamo exprofesso scripsit.

Varias orationes omni eruditione refertas, nec non

Librum de Poesi omni elegantia ornatum.

Cuius laudes referunt Leander Alberti, *lib. 8. de Scriptoribus illustr. Italiæ.* Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 3.* Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*; Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 4. ad annum, 1508. pag. mihi 227. col. 2.* & Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ pag. mihi 48. ad annum 1515. num. 161.*



ANNO 1504.

FR. Vincentius Giacconus Clugensis, siuè de Clugia, aut Clodia, Serenissimi Dominij Veneti Status. Vir verè, ac sine adulatione Lombardus, qui cum linguæ Græcæ omnium sui æui peritissimus esset, attentissimo calamo. 1504. Fr. Vincentius Giacconus.

Auctendis Sancti Thomæ Aquinatis Metaphysicam, siuè à Typographo, siue ab aliquo alio pluribus in locis per antea deprauatam, recurrendo ad Græca exemplaria correxit.

Item ostendit expositionem Sancti Thomæ, textui Græco esse conformem.

Addidit tandem Metaphisicæ eiusdem Sancti Doctoris copiosissimum Indicem, non sine magno studio, ac labore ab ipso confectum.

Item Tabulam Petri Bergomensis valde ornauit, atque auxit.

Quem citant, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis, Prædicatorum p. 2. lib. 3.* Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis, fol. 265.* & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 4. ad annum 1504. pag. mihi 225. col. p.* Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum.* Hyacinthus de Parra, *in Catalogo Scriptorum Ordinis manuscripto.* apud Altamura; *in Appendice ad annum 1504. pag. 519. §. Vincentius Giacconus.*

Eodem Anno à Reparatione Orbis millesimo quingentesimo quarto in Prouincia Lombardiæ claruit, & Fr. Dominicus de Mortario, siue de Mortaria Dominij Mediolanensis, Vigleuanensis Diœcesis, tot virtutum copia ornatus, vt Leander Alberti fidelissimus Scriptor referat Reuerendissimum P. Mag. Bandellum Generalem Ordinis, grauem nullam causam vnquam sine præfati Fratris Dominici de Mortario Consilio expediuisse, tantæ auctoritatis erat præfatus Magister, qui in lucem edidit. 1504. Fr. Dominicus de Mortario.

Opuscula varia in materia Theologica

Item aliud Opusculum pro solutionibus dubiorum, quæ in materia Philosophica occurrere possint.

Item omnia Ioannis Capreoli opera copiosissimo Indice locupletauit.

Obijt

Obijt Bononiæ sub Pontificatu Sanctissimi in Christo Patris Iulij Papæ II. anno 1504. ex Leandro Alberti, *de Viris Illustr. Italiæ*, & Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 3.*, apud Vincentium Riualium, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto ad Annum* 1504. *pag. mihi* 20. *lit. P. num.* 86.

ANNO 1505.

1505. *Fr. Ludouicus de Ferraria.* FR. Ludouicus de Ferraria Sacræ Theologiæ Magister, atque Procurator Generalis Ordinis in Romana Curia celebris, Vir cum in Philosophia, tum in Theologia versatissimus, siquidem in sui acuminis attestationem purgatissimo calamo, nec in minimo discedens à Sancto Thoma Aquinatæ, scripsit.

Praclarissima Commentaria super Aristotelis Æthicam luce meridiana clariora.

Et multa alia Opuscula tanto Viro digna.

Floruit in Prouincia Lombardiæ eximius iste Doctor. Ex Leandro Alberti, *de Viris Illustr. Italiæ lib.* 4., Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustribus Ordinis Prædicatorum p.* 2. *lib.* 3., Sebastiano Olmeda, *in Vita Leonardi Mansueti Magistri Generalis Ordinis*, Vincentio Maria Fontana *in Theatro Dominicano p.* 2. *de Procuratoribus Generalibus Ord. tit.* 1. *num.* 22. *pag. mihi* 465. *col.* 1. §. *Destituto Barnaba*, & Ambrosio de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Centuria* 3. *ad annum* 1497. *pag. mihi* 216. *col.* 1.

1505. *Fr. Theophilus de Patauio.* Eodem pariter Anno millesimo quingentesimo quinto in Prouincia Lombardiæ claruit, & Fr. Theophilus Patauinus Conuentus S. Dominici Venetiarum filius, Vir doctus, pietateque clarus, signanter inscriptis Hieronymi Sauonarolæ versatissimus. Quare pari gratitudine, compendioso calamo compilauit, in communne studiorum commodum.

Compendium omnium Operum Hieronymi Sauonarolæ Ordinis Prædicatorum.

Aliaque Opuscula morte præuentus imperfecta reliquit, quæ in Conuentu Veneto seruantur.

Ex Antonio Posseuino, *Tom.* 3. *Apparatus Sacri, in Appendice ad Bibliothecas fol.* 141. apud Ambrosium de Altamura, *in Appendice ad Centuriam* 4. *Bibliotheca Ordinis Prædicatorum ad annum* 1503. *pag. mihi* 528. *col.* 2. §. *Theophilus Patauinus*, & *pag. mihi* 529. *col.* 1. §. *Compendium omnium operum.* Vbi dicitur tale Compendium seruari in Bibliotheca Regiensi Lombardiæ.

ANNO 1506.

FR. Hieronymus Peciana Vercellensis Pedemontanus Prouinciæ tamen Lombardiæ alumnus, humanis, Diuinisque litteris clarissimus, prout sui ingenij testes indubij declararunt. In lucem itaque dedit. 1506. *Fr. Hieronymus de Vercellis.*

Volumen plurimorum Epigrammatum, nec non

Et opusculum, in quo quam plura pulcherrima continebantur Epitaphia.

Ita ex Leandro Alberti, *de Viris Illustr. Italiæ lib.* 4., & Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p.* 2. *lib.* 3. apud Ambrosium de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria* 4. *ad annum* 1508. *pag. mihi* 227. *col.* 2.

ANNO 1507.

FR. Bartholomeus de Mortario Vigleuanensis Diæcesis Lombardus. Vir doctrina, morumque integritate clarus, latina lingua conspicuus, doctus Philosophus, atque Theologus eloquentissimus, qui singulari eruditione scripsit. 1507. *Fr. Bartholomeus de Mortario.*

Quamplures Orationes elegantissimas.

Item nonnulla Opuscula varia.

Item Vitam Beati Iacobi de Meuania.

Item Vitam Beati Iacobi Sextij de Mediolano.

Nec non Vitas aliorum Illustrium Virorum Ordinis.

Qui claruit hac tempestate, vti referunt Leander Alberti, *de Viris Illustr. Italiæ lib.* 4., Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p.* 2. *lib.* 3., Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria* 4. *ad annum* 1507. *pag. mihi* 227. *col.* 2., & Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi* 14. *ad annum* 1507. *lit. B. num.* 51.

Eodem anno millesimo quingentesimo septimo florebat in Conuentu Cremonensi Fr. Bonifacius de Cremona Lombar- 1507. *Fr. Bonifacius de Cremona.*

bardus Sacræ Theologiæ Magister, atq; Diuini Verbi præco disertus, qui è perenni Diuinarum Scripturarum fonte euangelizando salutiferas aquas hauriendo, saluberrimis adhortationibus fideles aspergendo, Domino plurimum populum acquisiuit, qui & scripsit.,

Volumen Sermonum de Tempore valde eruditum, &

Volumen aliud Sermonum de Sanctis.

Ita ex Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 3.*, Antonio Senensi Lusitano, *in Bibliotheca Ordinis*, Petro Martyre Vrceano, *in eius Quadragesimali*, & Vincentio Riualio, *in Catalogo Scriptorum Illustr. Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi 17. ad Annum 1507. lit. B. num. 69.*

1507. Fr. Chrysostomus Iauellus. Eodem pariter anno ab Incarnatione Dominica millesimo quingentesimo septimo in Prouincia Lombardiæ floruit Chrysostomus Iauellus Canapensis Pedemontanus Philosophus, atque Theologus eruditissimus, Vir sui temporis ingenij fœlicitate incomparabili dotatus, qui stylo claro, atque profundo; Bononiæ tempore eius Regentiæ, & alibi, scripto, atque prælo sequentia opera posteritati mandauit; scripsit enim.

Præclarissima Commentaria super vniuersam Aristotelis Logicam.

Super octo libros Physicorum.

In quatuor libros de Cælo.

In duos de Generatione, & Corruptione.

In tres priores Metheororum libros.

In tres libros de Anima.

In Parua Naturalia.

In Duodecim libros Metaphysicæ.

Tractatum de Transcendentibus.

Commentaria in librum de Causis.

Quæstiones in octo libros Physicorum à Commentarijs distinctas.

Quæstiones in tres Libros de Anima.

Quæstiones in duodecim libros Metaphysicæ.

Commentaria in decem libros Ethicorum Aristotelis.

In octo libros Politicorum eiusdem.

In duos libros Oeconomicorum.

In Moralem Platonis Philosophiam.

In Politicam Platonis.

De Ethica, seù de Morali Christiana Philosophia in octo partes distributa.

De Politica Christiana in sex tractatus diuisa.

De Oeconomia Christiana in septem tractatus diuisa.

Item Expositionem in primum Tractatum primæ partis S. Thomæ Aquinatis, hoc est à quæstione prima vsque ad tertiamdecimam inclusiuè.

Item Tractatum de Prædestinatione.

Item Tractatum de Trinitate.

Item Tractatum de Conceptione Beatissimæ Virginis Immaculatæ.

Item Tractatum de primo, & vltimo instanti.

Item Tractatum de Sphæra.

Item Tractatum de Bona fortuna, &

Tandem Opusculum de Sacramento Matrimonij.

Et alia plura, quæ morte præuentus perficere nequiuit.

Tam eximij Viri Chrysostomi Iauelli laudes celebrant Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 3.*. Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, Chronicon, *Ordinis Prædicatorum fol. 85.* Antonius Posseuinus, *in Apparatu Sacro Tom. 1. fol. 300* Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 4 ad annum 1530. pag. mihi 256. col. 1.*, Franciscus Augustinus ab Ecclesia, *in Catalogo Scriptorum Pedemontis pag. mihi 25 §, Grisostomo Giauello*; & Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi 19. ad annum 1526. lit. C. num. 77.*

ANNO 1508.

FR. Andreas Portulacha Brixiensis, Diuini Verbi sui temporis præco celeberrimus, valdè in Diuina Scriptura, Sanctorumque Patrum auctoritatibus versatus, & valde doctus, qui egregiè pariter scripsit. 1508. Fr. Andreas de Brixia.

Volumen Sermonum de Tempore per totum annum.

Item Volumen aliud Sermonum de Sanctis Virgineque Deipara.

Nec non Sermones Quadragesimales valde elaboratos.

Huius Scriptoris mentionem fecere, Leander Alberti, *de Viris Illustr. Italiæ lib. 4.*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum, p. 2. lib. 3.*, Leonardus Cossandi, *in Bibliotheca Brixiensi lit. A. pag. mihi 33.* Alphonsus Fernandez *in Concertatione Prædicatorum*, Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordi-*

Ordinis Prædicatorum Centuria 4. ad annum 1507. *pag. mihi* 227. *col.* 1., & Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, ad Annum* 1508. *pag. mihi* 5. *num.* 15.

ANNO 1509.

1509. *Fr. Bernardus de Como.* FR. Bernardus Rectegni Nouocomensis Lombardus Vir Iuris vtriusque Doctor, Hæreticorum oppugnator acerrimus, qui Patriæ aduersus hæreticam prauitatem Inquisitor Apostolicus creatus, sancto zelo permotus perpetuum bellum Hæreticis eius Diæcesis indixit, quorum aliquibus in Carceribus conclusis, alijs, flammis in eorum pertinacia consumptis, & cæteris fugatis, totam eius iurisdictionem breuissimo tempore ab hæresi expurgauit; qui & eruditissimo calamo, pro Inquisitoribus opus legale compilauit; scripsit enim.

Librum pro Inquisitorum instructione, cui titulus, Lucerna Inquisitorum, nec non,
Et varia alia Opuscula.
Atque Summam Casuum Conscientiæ.
Nec non Sermones de Tempore.
Ac Codicem Sermonum de Sanctis, qui in Bibliotheca Bononiensi seruantur.

Ita ex Antonio Senensi Lusitano, *in Bibliotheca Ordinis*, Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustribus Ordinis Prædicatorum p.* 2. *lib.* 3. Alphonso Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, Ambrosio Gozzio, *in Catalogo Scriptorum Ordinis*, Antonio Posseuino, *in Apparatu Sacro*, Ambrosio de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis pag. mihi* 332. *col.* 1., & Vincentio Riualio, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag mihi* 17. *ad annum* 1566. *lit. B. nu.* 66.

1509. *Fr. Valerianus de Soncino.* Fr. Valerianus de Soncino Vir eruditissimus, & orator egregius; qui expletis lecturis cum se totum Euangelicæ prædicationi, proximorumque saluti procurandæ dedisset; adeo in eam Apostolico munere profecit, vt Apostolus Italiæ à nonnullis fuerit nuncupatus, qui & posteritati reliquit inter cætera scripta.

Volumen satis grande Sermonum de Tempore.
Et alium Librum Sermonum de Sanctis, nec non
Fragmenta, quædam eruditissima, de Laudibus Virginis.

Huius egregij Viri meminit Seraphinus Razzius, *in Historia de Viris Illustribus Ordinis pag. mihi* 282. *num.* 35.

ANNO 1510.

FR. Ludouicus Venetus, ex nobilissima Michaelinorum familia natus, Prouinciæ Lombardiæ decus, Theologus, atque Canonista excellens, qui in testimonium suæ sapientiæ pro Confessarijs compilauit. 1510. *Fr. Ludouicus de Venetijs.*

Summam Casuum Conscientiæ copiosissimam, Michaelinam nuncupatam.
Item, & Tractatum de Decimis; quæ Opera, in Bibliotheca Conuentus Sancti Dominici Venetiarum seruantur.

Floruit iste Doctor circa hæc tempora, vti innuere videntur Leander Alberti, *de Viris Illustr. Italiæ lib.* 4., Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p.* 2. *lib.* 3., Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis*, Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Centuria* 4. *ad annum* 1508. *pag. mihi* 228. *col.* 1., & Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ pag. mihi* 48. *ad annum* 1515. *lit. L. num.* 162.

Eodem anno millesimo quingentesimo decimo in Prouincia pariter Lombardiæ claruit, & Fr. Ioachinus Papiensis Christi Domini seruus fidelis qui in Euangelica prædicatione talentum sibi à Domino concreditum magno animarum fructu multiplicauit; qui & scripsit. 1510. *Fr. Ioachim de Papia.*

Sermones de Tempore.
Sermones de Sanctis, nec non
Sermones Quadragesimales, auctoritatibus Sacræ Scripturæ, atque SS. PP summopere exornatos.

Ex Leandro Alberti, *de Viris Illustr. Italiæ lib.* 4., Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p.* 2. *lib* 3., Relationibus, *Prouinciæ Lombardiæ*, & Vincentio Riualio, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi* 45. *ad annum* 1510. *lit. I. num.* 151.

ANNO 1511.

1511. *Fr.Thomas de Medio. lano.* FR. Thomas Mediolanensis Lombardus Vir sui æui valde eruditus, diuersarum disciplinarum, & signanter Mathematicæ facultatis possessor; qui inter cætera suæ intelligentiæ irrefragabilia indicia posteritati scripsit.

Epithoma de proportionibus motuum, opus omni praxi, atque eruditione refertum.

Item Tractatum de Sphæra.

Et alia Opuscula in materia simili.

Qui viuebat Mediolani in Conuentu Sanctæ Mariæ Gratiarum circa hæc tempora, ex his, quæ refert Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria* 4. *ad annum* 1510. *pag. mihi* 228. *col.* 1., & alij, qui asserunt eius Opera in Bibliotheca Sanctæ Mariæ Gratiarum Mediolani seruari.

1511. *Soror Martha de Bononia.* Neque Prouinciæ Lombardiæ in re literaria defuit fœmineus sexus hoc anno 1511. nam in Monasterio Sanctæ Agnetis de Bononia florebat Soror Martha à Rosa Bononiensis Professa Ordinis Prædicatorum, quæ optimè linguam latinam callens elegantissimo, tutissimoque calamo scripsit perennitati.

Historiam Translationis Corporis Beatæ Sororis Dianæ Monialis Ordinis Prædicatorum.

Cuius phrasim, ac periodum numerosam, quam plurimi admirantur; habeturque apud Ioannem Michaelem Plodium, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum, p. p. lib.* 1. *num.* 65., Relationesque, *Prouinciæ Lombardiæ*, & Ambrosium de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria* 4. *ad annum* 1510. *pag. mihi* 228. *col.* 1.

ANNO 1512.

1512. *Fr. Matthæus de Lulmo.* FR. Matthæus de Lulmo, è Morbinio Comensis Diæcesis Lombardus, egregius Sacræ Theologiæ Magister, atque aduersus hæreticam prauitatem in Mediolanensi Vrbe Inquisitor Generalis Apostolicus, qui ob egregia eius merita à Iulio Papa II. Laodicensis Episcopus creatus fuit, cum esset Prior Prouincialis Lombardiæ Prouinciæ qui, & eruditissimo calamo Mediolani cum esset scripsit.

De auctoritate Papæ; Apologiam contra Conciliabulum Pisaurum.

Codicem eruditissimarum lectionum in Sacram Scripturam, quas in Metropolitana Ecclesia Mediolanensi per antea, cum innumerabili nobilium frequentia, veluti alter Tullius Sacer habuerat ad populum.

Et alia Opuscula varia, quæ Mediolani in Bibliotheca Conuentus S. Mariæ Gratiarum seruantur.

Cuius mentionem faciunt Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Dominicano p. p. de Pastoribus Eccles. cap.* 5. *de Episcopis tit.* 313. *num.* 7. *col.* 1. *pag. mihi* 210., Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illust. Ordinis Prædicatorum, p.* 2. *lib.* 3., & Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi* 49. *ad annum* 1512. *lit. M. num.* 166.

ANNO 1513.

FR. Matthæus Bandellus à Castro Nouo Dertonensis Diæcesis Reuerendissimi P. Vincentij Bandelli dudum Magistri Generalis Ordinis ex Fratre Nepos. In Prouincia Lombardiæ Vir cum integritate morum, tum varietate doctrinæ clarus, qui, & purgatissimo calamo, atque elegantissimo scripto plura Opera tanto Viro digna compilauit; sicque inter cætera opera scripsit. 1513. *Fr. Matthæus Bandellus.*

Vitas Insignium aliquot Virorum Ordinis Prædicatorum, & signanter.

Vitam Patrui sui Reuerendissimi Magistri Vincentij Bandelli Generalis Ordinis, &

Vitam Fratris Ioannis Baptistæ Cattanei Genuensis; atque multorum aliorum.

Item edidit plures elegantes Orationes summa facundia ornatas.

Item transtulit è latino Sermone in Italicam linguam, Vitam Egesippi.

Item quasdam vitas Illustrium Virorum à Plutarco exornatas.

Et alia digna.

Quem Scriptorem celebrant Leander Alberti, *de Viris Illustr. Italiæ lib.* 4. Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustribus Ordinis Prædicatorum p.* 2. *lib.* 3., Martyrologium, *Ordinis Prædicatorum*, Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, Ambrosius de Altamura *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria*

4. ad

4. *ad annum 1513. pag. mihi 234. col. 2.*, & Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ pag. mihi 49. manuscripto, ad annum 1513. lit. M. num. 167.*

1513. *Fr. Alphonsus de Bergomo.* Eodem Anno millesimo quingentesimo tertiodecimo, claruit, & Fr. Alphonsus Riccius Bergomensis Magni Aloysij Riccij Bergomensis, Domini Oratoris Veneti ad Regem Francorum, Secretarij, filius, Philosophus, atque Theologus, nec non ob cognitionem SS. PP. celeberrimus, qui elegantissimo calamo.

Tractatum eruditionum Christianæ Religionis è Sacris Doctoribus compilauit.

Item in eadem materia celeberrimam Quæstionem aduersus hæreticos sui temporis formauit, atque defendit inq;

Num meritum propriè agentis maius sit quàm aduersa patientis?

Parisijs impressum apud Ioannem Paruum.

Cuius meminit Antonius Posseuinus, *in Apparatu Sacro Tomo primo* apud Ambrosium de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 4. ad annum 1513. pag. mihi 235. col. 2.*

ANNO 1514.

1514. *Fr. Thomas de Caluisano.* FR. Thomas de Caluisano Brixiensis Diæcesis. Vir eius tempestate, non tam morum probitate, quàm humanis litteris celebris, qui & sui perspicacissimi ingenij facundia conscripsit posteritati.

Volumen satis grande, Orationes continens pulcherrimas, atque disertas, omni in parte dignas.

Vide Antonium Senensem Lusitanum *in Bibliotheca Ordinis*. Ioannem Michaelem Plodium, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 3.* Leandrum Albertum, *de Viris Illustr. Italiæ lib. 4.* Alphonsum Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, Leonardum Cossandum *in Bibliotheca Brixiensi lit. T. pag. mihi 309.* Ambrosium de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Centuria 4. ad Annum 1512. pag. mibi 233. col. 2.* & Vincentium Riualium, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ, manuscripto pag. mihi 65. ad annum 1512. lit. T. num. 226.* qui ipsum talem celebrant.

Eodem quoque Anno ab Incarnatione Domini millesimo quingentesimo quartodecimo floruit in Prouincia Lombardiæ eximius Vir Fr. Michael Sarauetius à Petra Sancta Lygur, Conuentus Sauonensis filius, Philosophus, atque Theologus æquè profundus, qui cum præcellenti lectura principalium Prouinciæ Lombardiæ Conuentuum Scholas illustrasset, ad instantiam Eminentissimi, ac Reuerendissimi Domini Cardinalis Thomæ de Vio Caetani, cuius extitit Discipulus, ex Conuentu Sanctæ Mariæ Gratiarum Mediolani, vbi erat Lector primus, vocatus fuit ad munus Regentis in Collegio Sancti Thomæ Aquinatis Conuentus Sanctæ Mariæ super Mineruam Romæ. Qua occasione egregiè scripsit. 1514. *Fr. Michael Sarauetius.*

Tractatum de rebus insolubilibus.

Tractatum, siue Quæstionem de causalitate primi Principij.

Tractatum, siue Quæstionem de Principio Indiuiduationis.

Alium Tractatum, siue aliam Quæstionem de Subiecto Philosophiæ.

Tractatum de Analogia entis contra Scotistas.

Tractatum de Vniuersalibus; nec non

Tractatum de Primis, & Secundis Intentionibus.

Tanti Viri laudes celebrant, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 3.* & Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis fol. 176.* apud Ambrosium de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 4. ad annum 1513. pag. mihi 235. col. 1.*

Eodem pariter Anno millesimo quingentesimo quartodecimo in Ciuitate Ferrariensi floruit, & Fr. Ioannes de Ferraria, ibi aduersus hæreticam prauitatem Inquisitor Apostolicus, de cuius zelo, atque doctrina sic legitur. *Fuit Ioannes Ecclesiæ Romanæ gratus, verboque, & scripto famosus, Historias maiorum temporum, etiam Ethnicas in promptu habens.* Hæc Olmeda, in Vita Vincentij Bandelli Magistri Ordinis. 1514. *Fr. Ioannes de Ferraria.*

Et licet non exprimat, quæ scripserit, liquet tamen quod plura laude digna scripserit.

Ita Sebastianus Olmeda, *in Vita Patris Vincentij Bandelli Magistri Generalis Ordinis.* Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustribus Ordinis p. 2. lib. 3.* Regi-

naldus Lucarinus, *in Catalogo Magistrorum Apostolici Palatij*; Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*. Vincentius Fontana, *in Theatro Dominicano p. 2. cap. 5. num. 38.* & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 4. pag. mihi 233. ad annum 1512. col. p.*

ANNO 1515.

1515. *Fr. Thomas Radinus.* FR. Thomas Radini de Placentia Lombardus, Vir à Deo maximo dotatus ingenio, ita vt veluti alter Diuus Antoninus Florentinus nullo Præceptore adhibito omnes, ac singulas artes liberales, vt ex seipso in Dedicatoria fatetur Epistola, acquisiuerit, atque didicerit. Vnde, & gratissimus Prædicator, illustris Poeta, subtilissimus Philosophus, atque profundissimus, & versatissimus Theologus tractu temporis in Prouincia Lombardiæ euaserit, qui & eruditissimo calamo scripsit.

Librum, quem appellauit Calipsychiam, idest pulchram animam, siuè de pulchritudine animæ. Mediolani 1511.

Alium Librum, cui titulus, Sideralis Abyssus. Parisijs 1514.

Item Plures Orationes, & signanter Orationem aduersus Lutherum. Lipsiæ 1520. in 4.

Item Alteram contra Melanchthonem. Romæ 1522. in 4.

Quem celebrant, Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis*. Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 3.* Aubertus Miræus, *de Scriptoribus Sextidecimi Seculi cap. 27.* Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*. Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 4. ad annum 1512. pag. mihi 233. col. p.* & Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 66. ad annum 1527. lit. T. num. 228.*

ANNO 1516.

1516. *Fr. Ambrosius Alemanus.* FR. Ambrosius Alemanus, Mantuani Cœnobij filius, Vir morum integritate, doctrina, atque Catholicæ fidei zelo præclarus, qui & pro munere Censoris fidei, quod gerebat intentata mala à dolosis de hæresi suspectis patienter sustinuit. Interim Studio Sacræ Doctrinæ ipse totus intentus factum est, vt tandem pro coronide tot laborum Tabulam auream omnium Operum Sancti Thomæ Aquinatis, iam à Petro Bergomensi cæptam fæliciter auxerit.

Ita ex Leandro Alberti, *de Viris Illustr. Italiæ lib. 4.* Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illust. Ord. Prædicatorum, p. 2. lib. 3.* Relationibus, *Prouinciæ Lombardiæ*, apud Vincentium Riualium, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 5. ad Annum 1516. lit. A. num. 14.*

Eodem pariter Anno millesimo quingentesimo sextodecimo in Conuentu Parmensi claruit Fr. Antonius de Parma Lombardus, sui temporis præco valdè celebris, qui elegantissimo calamo scripsit. 1516. *Fr. Antonius de Parma.*

Volumen Sermonum de Tempore.

Volumen aliud Sermonum de Sanctis.

Nec non Volumen Sermonum Quadragesimalium. Quæ opera in Conuentu Placentino seruantur.

Cuius meminere Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis*, Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*. Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustribus Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 3.* & Vincentius Maria Riualius, *in Catalogo Scriptorum Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 7. ad annum 1516. lit. A. num. 29.*

Eodem quoque Anno millesimo quingentesimo sextodecimo ab Incarnatione Dominica, florebat in Prouincia Lombardiæ insignis Vir Frater Damianus Crassus Ripulensis Taurinensis ditionis qui fuit Prior Prouincialis Prouinciæ Lombardiæ de anno 1506. quique in Collegio Sancti Thomæ Aquinatis de Neapoli Regens publicè contra Ioannem quemdam de Cassinis Ordinis Minorum disputauit, defendendo Diuum Ioannem Euangelistam fuisse Christi Domini Consanguineum, & multa alia, quorum oppositum præfatus Ioannes de Cassinis tuebatur. Scripsit itaque prædictus Damianus Crassus eruditissimè peregrinitati. 1516. *Fr. Damianus Crassus.*

Volumen insigne super Lib. Iob. Typis impressum 1506.

Item

Item Volumen aliud Quæstionum de Sancto Ioanne Euangelista excussum 1506.

Et plura alia, Tractatusque diuersos.

Cuius Doctoris mentionem faciunt egregiam Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 4.* Aubertus Miræus, *de Scriptoribus seculi 16. cap. 22.* Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis.* Antonius Posseuinus, *in Apparatu Sacro Tom. p. in Appendice ad litteram D.* & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 4. ad annum 1515. pag. mihi 237. col. p. §. Damianus.*

Eodem similiter Anno à Reparatione
1516. Orbis millesimo quingentesimo sextodecimo claruit, & in Conuentu Bononiensi
F. Matthæus Mazotus. Fr. Matthæus Mazotus Nobilis Bononiensis Vir doctrina, & moribus ingenuus, Diuinæque prædicationis verè Vox tubæ, qui & elegantissimè scripsit.

Sermones varios de Tempore, atque Sermones de Sanctis valde eruditos.

Ex Antonio Senensi Lusitano, *in Bibliotheca Ordinis,* ex antiquissimo *Catalogo Illust. Filiorum Conuentus Bononiensis.* apud Vincentium Riualium, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 50. ad annum 1516. lit. M num. 168.*

Floruit circa hæc tempora insignis
1516. Vir Fr. Antonius de Casali Montis Ferrati Prouinciæ Lombardiæ lumen, qui
F. Antonius de Casali. post egregias ipsius Lecturas in principalioribus Prouinciæ Lombardiæ Conuentibus habitas, factus Comi aduersus hæreticam prauitatem Inquisitor Generalis Apostolicus aduersus hæreticos murum æneum impartibilem illis se ostendit, cũ plures eorum in exilium relegauerit, & in hæresi obstinatos alios plures igni damnauerit. Contra quos pariter scripsit.

Egregium Volumen aduersus hæreses sui temporis.

Tam egregij Viri mentionem facit Seraphinus Razzius, *in Historia Illust. Virorum Ordinis, pag. mihi 313. num. 12.* & Relationes Comi.



ANNO 1517.

1517. *Fr. Thomas de Vigleuano.* FR. Thomas de Vigleuano Dominij Mediolanensis Lombardus, Vir morum probitate grauis varietate doctrinæ celebris, gratiaque prædicandi omnibus gratissimus: qui & ipse calamo non minus eleganti, quam profundo, sibi Prouinciæque Lombardiæ scripsit.

Grande Volumen Variorum, doctissimorumque Sermonum, omni eruditione refertum.

Atque plura alia Opuscula.

Qui claruit circa hæc tempora, cuius commemorationem pariter faciunt, Leander Alberti, *de Viris Illustr. Italiæ, lib. 4.* Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum,* Ioannes Michael Plodius *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib 4.* Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 4. ad Annum 1515. pag. mihi 234. col. 2.* Item idem Plodius, *in Appendice,* & Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi 65. ad annum 1510. lit. T. num. 225.*

Fr. Eustachius Platesius Nobilis Bo- 1517.
nonienſis, Vir prudentia, atque do- *Fr. Eustachius Platesius.*
ctrina, omnibus numeris clarus, qui ex Procuratore Generali Ordinis factus fuit Vicarius Generalis eiusdem, in quo munere, currente Anno ab Incarnatione Dominica millesimo quingentesimo decimo septimo, sub Pontificatu Leonis Papæ X. Romæ obijt, relictis post se perspicacissimi ingenij, sequentibus monumentis, videlicet.

Eruditissimis Commentarijs in quatuor Libros Sententiarum.

Opusculo de Sanctissimæ Trinitatis Mysterio.

Tractatu de Diuini Verbi Incarnatione.

Tractatu de Natura, atque Operibus Angelorum.

Tractatu de Sanctissima Virgine Deipara.

Alijsque varijs Orationibus, atque Opusculis.

Quem doctorem Prouinciæ Lombardiæ eximium, celebrant, Leander Alberti, *de Viris Illustribus Italiæ lib. 4.* Hieronymus Prælormitanus, *de Viris Illustribus Conuentus Bononiensis.* Item

Catalogus Filiorum *dicti Conuentus Bononiensis*; & Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi 22. ad annum 1517. lit. E. num. 96.*

1517. Fr. Philippus de Cremona. Eodem similiter Anno millesimo quingentesimo decimo septimo in Conuentu Cremonensi Prouinciæ Lombardiæ florebat, Fr. Philippus Manna de Cremona, Vir non minus eruditus, quam Musis gratus, qui Poeta excellens cum esset sui eximij in Poesia ingenij euidentissima dedit indicia. Scripsit enim.

Codicem valde eruditum diuersorum Carminum.

Item Orationes diuersas elegantissima eruditione refertas.

Aliaque Opera tanto Viro digna adhuc tamen imperfecta, morte enim præuentus illa perficere nequiuit; quæ Opera in Bibliotheca Conuentus Cremonensis seruantur.

Ita ex Relationibus *Lombardiæ*, & signanter Conuentus *Cremonensis*, apud Vincentium Riualium, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi 58. ad annum 1517. lit. P. num. 202.*

ANNO 1518.

1518. Fr. Ambrosius Taegius. FR. Ambrosius Taegius de Mediolano, Vir qui adhuc in iuuentute existens emissa in Sac. Ordine Prædicatorum Solemni Professione cum in Philosophia, tum in Theologia, tum etiam in Iure Pontificio plurimum profecit. Vnde & multa accuratè scripsit, inter cætera autem.

Summam Casuum Conscientiæ Iuri Pontificio consonam.

Item Chronicon Ordinis ab anno 1220. vsque ad annum 1515. in sex Volumina distributum, Quæ scripta in Bibliotheca Conuentus Sanctæ Mariæ Gratiarum Mediolani seruantur.

In qua Historia continentur, & Ordinationes omnes Capitulorum Generalium, nec non Summorum Pontificum Priuilegia, ab Anno 1220. vsque ad annum 1515. emanata.

Item Scripsit Vitam Beatæ Columbæ Virginis Monialis Ordinis nostri, quæ miraculorum gloria Perusij floruit.

Cuius meminit Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis, pag. 12.* Ioannes Michael Plodius, *p. 2. lib. 3.* Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 4. ad annum 1500. pag. mihi 223. col. p.* Leander Alberti, *lib. 4. Italiæ*, Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, & Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi 5. ad annum 1513. lit. A. num. 13.*

Eodem Anno à Dominica Incarnatione millesimo quingentesimo decimo octauo in Prouincia Lombardiæ floruit, Fr. Philippus Musottus Nobilis Bononiensis. Vir in ostentatione Sacrosancti Euangelij cum copioso animarum fructu sui æui singularis; qui postquam insigniores Italiæ Vrbes Sancta sui Prædicatione illustrasset, tandem reuersus ad propria plenus Operibus bonis, sub Pontificatu Leonis Papæ X. currente hoc anno 1518. Bononiæ obijt relictis post se suæ doctrinæ clarissimis indicijs. Scripsit enim. 1518. Fr. Philippus Musottus.

Sermones Quadragesimales omni in parte auctoritatibus Sac. Scripturæ, atque SS. PP. refertos.

Sermones consimiles de Tempore, nec non &

Sermones de Sanctis, Virgineque Deipara valde elaboratos.

Ita Leander Alberti, *de Viris Illustr. Italiæ, lib. 4.* Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis*, Catalogus *Illustrium Filiorum Conuentus Bononiensis*, & Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 58. ad annum 1518. lit. P. §. Philippus Musottus. num. 203.*

ANNO 1519.

FR. Georgius Cacaxosicus de Casali, Sancti Euasij Pedemontanus, Prouinciæ Lombardiæ alumnus, Philosophus, atque Theologus eruditus, in linguaque Latina, Græca, Hebraica, atque Caldæa versatissimus, qui & eruditissimo calamo posteritati scripsit. 1519. Fr. Georgius de Casali.

Plura Volumina in Sacram, siue super Sacram Scripturam. Quænam autem sint ista Volumina, Scriptores sub silentio id relinquunt.

Ex Leandro Alberti, *de Viris Illustr. Ita-*

Italia lib. 4., & Francisco Augustino ab Ecclesia, *in Catalogo Scriptorum Pedemontis pag. mihi 64. §. Giorgio Caeaxofico.*

ANNO 1520.

1520. *F. Georgius de Mediolano.* FR. Georgius de Mediolano Prouinciæ Lombardiæ filius. Vir pius, ac doctus; tam in humanis litteris, quam in Philosophia, atque Theologia, quemadmodum, & satis eruditè scripsit signanter.

Commentaria super totam Aristotelis Logicam.

Item super octo Libros Phisicorum de Auditu, Aristotelis.

Item scripsit Vitas aliquot Illustrium Virorum Ordinis nostri.

Signanter scripsit Vitam Beati Iacobi Sextij Mediolanensis.

Quæ extat apud Leandrum Alberti, *lib. p. de Viris Illust. Ordinis Prædicatorum.*

Tam egregij Viri Prouinciæ Lombardiæ mentionem dignam faciunt, in eorum Scriptis præfatus Leander Alberti, *de Viris illustr. Italiæ. lib. p.* Antonius Posseuinus è Societate Iesu *in Apparatu Sacro*, Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis*, Martyrologium Ordinis Prædicatorum, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 3.*, *Hic apud supradictos Scriptores.*

1520. *Fr. Augustinus Nellius.* Eodem similiter anno millesimo quingentesimo vigesimo in Conuentu Bononiensi florebat Fr. Augustinus Nellius, Origine Ragusinus, Bononiensis tamen Conuentus Filius, Vir tam in Theologia, quam in Iure Pontificio Eruditissimus, adeo Eminentissimo Domino Thomæ de Vio Cardinali Caietano gratus, vt dum ipse Nellius esset Conuentus Bononiensis Regens, & Thomas de Vio Caietanus Magister Generalis Ordinis sub Pontificatû Iulij Papæ II. de anno millesimo quingentesimo vndecimo missus fuerit ab eodem Caietano ad confutandum Conciliabulum Pisanum illegitimè indictum; tanta erat apud Eminentissimum Dominum Card. Caietanum, Nelij estimatio, qui & subtilissimè scripsit.

Super primam partem Summæ S. Thomæ Aquinatis, nec non

Volumen de Auctoritate Summi Pontificis.

Atque Apologiam aduersus Conciliabulum Pisanum.

Et alia plura Opuscula varia.

Cuius meminit Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano, p. 2. de Ministris Apostolicæ Sedis. cap. 3. de Patribus in Concilijs. tit. 13. in Conciliabulo Pisano, pag. mihi 382. col. 1., §. Neque his contentus Thomas.* Nec non Seraphinus Razzius, *in Historia Illust. Virorum Ordinis.* Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr Ordinis p. 2. lib. 4.* atque Ambrosius Gozzius, *in Catalogo Scriptorum Ordinis.*

Quem Iulius Papa II. ob egregia illius merita Episcopum Mirenonésem creauit 1512. cui mandauit Thomas de Vio Caietanus, vt Commentaria, quæ ipse Caietanus scripserat in Summam Sancti Thomæ ipse Nellius emendaret, tantæ auctoritatis erat apud Caietanum.

ANNO 1521.

FR. Antonius Beccari de Ferraria, Vir ingenio præstans, religione, atque doctrina conspicuus, qui Ferrariæ in Conuentu Sanctæ Mariæ Angelorum ad Clericalem Ordinis habitum receptus; adeo Studio in ipso sacro FF. Prædicatorum Ordine profecit, vt breuissimo tempore magnum sibi doctissimi viri nomen meritò comparauerit, qui, & eruditissimè scripsit. 1521. *Fr. Antonius Beccari.*

Volumen Mariale, hoc est de Laudibus Virginis Deiparæ 30. Homilias continens.

Item Homilias 40. super Epistolam Diui Petri Apostoli Canonicam.

Item Duplicem cursum Quodragesimalem, omni eruditione refertum compilauit.

Item 40. Orationes varias latinè conscriptas in vnam congessit.

Item Tractatum de Corpore Christi Domini latinè, & Italicè conscriptum.

Item edidit 40. Homilias super Psalmum Beati Immaculati in via.

Item totidem Homilias in Iob.

Item Glosam edidit super Psalmos, tam Italicè, quam Latinè.

Item Quæstiones quasdam vulgauit super Defecerunt scrutantes scrutinio.

Item Præclarissima Commentaria super Primam Partem Sancti Thomæ Aquinatis.

Item Commentaria in vniuersam Aristotelis Philosophiam.

Item super Porphirij Prædicabilia.

Item super Spheram.

Item Quodlibeta Quæstionum siue Phisicalium, siue Metaphisicalium.

Item Tractatum pulcherrimum. An in Adamo, atque Abele Ecclesia inceperit.

Item Librum pro Idiotis, cui titulus, Scala del Profitto spirituale.

Et multa alia, digna tanto Viro.

Qui Fr. Antonius Beccari floruit circa hæc tempora, vti aduertuit Leander Alberti, *De Viris Illustribus Italiæ. lib. 4.* Hyppolitus Maraccius, *in Bibliotheca Mariana.* Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum.* Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum. p. 2. lib. 3.* Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Dominicano. p. p. cap. 5. de Episcopis tit. 538. num. 21. pag. mihi 292. col. p.* Acta Conciſtorialia, *sub Clemente Papa VII.* Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis.* Ambrosius de Altamura *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 4. ad annum 1516. pag. mihi 258. col. 1.* & Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi 8. ad annum 1542. lit. A. num. 31.*

ANNO 1522.

1522. *Fr. Nicolaus de Brixia.*

FR. Nicolaus de Pugnatoribus de Brixia, Brixiensis Sancti Dominici Conuentus filius, Vir omni doctrina, atque eruditione, etiam in humanis litteris clarus, qui à Leandro Alberti Bononiensi rogatus, elegantissimè scripsit.

Vitam Beati Corradini Brixiensis, quæ legitur apud eundem Leandrum, Lib. 3. Virorum Illustrium Italiæ.

Quod verò præfatus Nicolaus de Pugnatoribus, floreret hac tempestate, inter cæteros affirmant Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis,* Ioannes Michael Plodius, *Lib. de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 4.* Leonardus Cozzandus, *in Bibliotheca Brixiensi lit. N. pag. mihi 266.* Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ord. Prædicatorum Centuria 4. ad annum 1522. pag. mihi 245. col. 1.* Leander Alberti *de Viris Illustribus Italiæ lib. 3.* & Vincentius Riualius, *in Catalogo Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, ad annum 1520. pag. mihi 51. lit. N. num. 175.*

Floruit circa hæc tempora Fr. Philippus de Bozzulo Cremonensis Diœcesis, Vir tam doctrina, quàm facundia singulari in dicendo clarus, qui sibi proposito animarum salutem promouendi debito, cui in specialitate Professi de Sacro FF. Prædicatorum Ordine tenentur tanto ardore spiritus, ad salutem proximorum promouendam se dedit, vt principaliores Italiæ Vrbes eius prædicationibus, cum maximo animarum fructu perlustrauerit, qui & ad eundem finem scripsit. 1522. *Fr. Philippus de Bozzulo.*

Sermones valdè eruditos, atque fructuosos de Tempore.

Item Sermones Quadragesimales, nec non

Et Sermones singulares de Sanctis.

Atque de Laudibus Deiparæ Virginis.

Hunc inter celebres Concionatores enumerat Seraphinus Razzius, *in Historia Illustrium Virorum Ordinis pag. mihi 282. num. 36.*

ANNO 1523.

1523. *Fr. Bartholomæus Manzoli.*

FR. Bartholomeus Manzoli Nobilis Bononiensis, Poeta, Orator, Iurista, Canonista, magni nominis Philosophus, nec non profundissimus Theologus, in lucem edidit.

Librum, cui titulus, Formalitates iuxtà Diui Thomæ Aquinatis doctrinam.

Item Librum de Deffinitionibus.

Item Librum, cui titulus, Virga Regalis in Paulum Venetum.

Et alia multa Poesis, atque humanarum literarum Opuscula.

Ita ex Leandro Alberti, *de Viris Illust. Italiæ, lib. 4.* Antonio Senensi Lusitano, *in Bibliotheca Ordinis,* Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustr. Ordinis p. 2. lib. 3.* & Alphonso Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum.* Ambrosio de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 4. ad annum 1516. pag. mihi 238. col. 2.* & Vincentio Riualio *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 14. ad annum 1516. lit. B. num. 52.*

1523. Fr. Siluester de Prierio. Eodem quoque Anno à reparatione Orbis millesimo quingentesimo vigesimo tertio floruit in Prouincia Lombardiæ Fr. Siluester de Prierio Pedemontanus Conuentus Sanctæ Mariæ de Castello Ianuensis alumnus, acri ingenio dotatus, qui expleto munere Regentiæ in Studio Bononiensi assumptus fuit à Serenissimo Dominio Veneto ad illustrandam Patauinam Vniuersitatem, ac tandem ad exercendũ in Palatio Apostolico munus Magistri Apostolici Palatij vocatus fuit, in quo munere, quemadmodum Patauij, & Bononiæ respectiuè elegantissimo eius calamo, sequentia sui ingenij monumenta scripsit.

Eruditissima Commentaria in Quatuor Libros Sententiarum.
Conflatum ex Sancti Thomæ doctrina diuersarum materiarum, mirabili Ordine, in vnum congesta corpus omnium doctrinarum S. Thomæ Aquinatis.
Item Commentaria in idem conflatum.
Item Definitorium eiusdem Doctrinæ Angelici Doctoris.
Summam Casuum Conscientiæ, cui titulus, Summa Siluestrina.
Item Codicem, cui titulus, Confessionale maius.
Item Codicem alterum, cui titulus. Confessionale minus.
Expositiones, in Euangelia, & Epistolas per totum Annum, cui titulus, aurea Rosa.
Item Sermones Quadragesimales.
Item Sermones de Tempore, &
Sermones de Sanctis.
Item Meditationes de Passione Christi Domini Saluatoris.
Historiam Gloriosissimæ Virginis Deiparæ.
Historiam Sanctæ Mariæ Magdalenæ.
Dialogum de eadem Sancta Maria Magdalena.
Expositionem Mysteriorum Sacrificij Missæ.
Tractatum de Immolatione Agni Paschalis.
Dialogum in Libros Iob.
Opusculum de Regina Cœli.
Trialogum de tribus Quærimonijs.
Tractatum contra Lutherum de Conuenientia Institutorum Ecclesiæ Romanæ.
Item Librum aduersus errata eiusdem Lutheri.
Librum Exorcismorum.
Tractatum de Strigijs.
Obseruationes morientium.
Scalam Sancti Amoris.
Tractatum Nascendi, atque Moriendi.
Commentaria in Librum Spheræ.
Commentaria in Theoricas Planetarum.
Compendium, & Introductionem Logicæ, siue in Logicam.
Appologiam pro secundis Intentionibus.
Malleum Scotistarum.
Et alia multa opuscula, quæ in Bononiensi Conuentu seruantur.

Obijt Romæ in Palatio Apostolico dũ adhuc munere Magistri Sac. Palatij fungeretur. Hoc anno 1523. sub Pontificatu Leonis Papæ; iuxtà ea, quæ tradũt, Abbas Tritemius, *de Scriptoribus Eccles.*, Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis*, Seraphinus Razzius, *in Historia Illustr. Virorum Ordinis*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ord. Prædicatorum p. 2. lib. 3.* Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, Chronicon, *Constitutionum Ordinis fol. 85.*, Vincentius Maria Fontana, *in Sacro Theatro Dominicano p. 2. cap. 5. de Magistris Palatij Apostolici num. 39. pag. mihi 443.*, Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Centuria 4. ad annum 1523. pag. mihi 245. col. 2.*, Franciscus Augustinus ab Ecclesia, *in Catalogo Scriptorum Pedemontis pag. mihi 101. §. Siluestro da Prierio*, Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi 62. ad annum 1523. lit. S. num. 217. & in Chron. Constit. nouissimo pag. mihi 83. §. Floruerunt hoc tempore.*

ANNO 1524.

FR. Georgius Rauenatinus de Mediolano Prouinciæ Lombardiæ alumnus. Vir planè doctus, atque cordatus, sui temporis in Prouincia Lombardiæ Philosophus clarus, atque celeberrimus Theologus, qui posteritati sui nominis eruditissima dedit testimonia per egregia sui scripta luce meridiana clariora. Tanti igitur Viri calamus scripsit. 1524. Fr. Georgius Rauenatinus.

Historiam Quadripartitam Conuentus Sanctæ Mariæ Gratiarum Mediolanensis.
Codicem de Viris Illustribus Prouinciæ Romanæ.
Item Hymnum pulcherrimum de Assumptio-

sumptione Virginis Beatissimæ in Cælum.

Item Vitam Sanctissimi Patris Dominici Fundatoris Sacri Ordinis Prædicatorum.

Item Vitam Sancti Petri Martyris Veronensis.

Item composuit Dialogum inter duos præfatos Sanctos, Dominicum, & Petrum Martyrem.

Item in laudem edidit Tractatum de Vita Cænobitarum.

Item Librum de noua, & inaudita rerum mutatione.

Item Quæstionem An in Sacro FF. Prædicatorum Ordine, liceat alicui emittere Professionem ante quintum decimum annum?

Item edidit Apologiam pro Bartholomeo Quarterio, qui impubes in nostrum ordinem ingressus fuerat.

Item carmen ad eundem Bartholomeum Quarterium, qui ab ordine defecerat, hortans, vt ad eū reuerteretur.

Et plura alia opuscula manuscripta, quæ Mediolani in Bibliotheca S. Mariæ Gratiarum seruantur, signanter in 2. p. Monumentorum Ordinis, inter Opera Ambrosij Taegij.

Floruit iste Georgius Rauenatinus circa hæc tempora alter à Georgio Mediolanensi, quem retulimus supra anno 1520. vti referunt Antonius Posseuinus è Societate Iesu, *in Apparatu Sacro*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum lib. 3. p. 2., & in Appendice*, Ambrosius Taegius, *p. p. Monument. Ordinis*, Hyppolitus Maraccius, *in Bibliotheca Mariana*, Alphonsus Fernandez; *in Concertatione Prædicatorum*, Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 4. ad annum*, 1520. *pag. mihi 243. col. 1.*, & Vincentius Riualius *in Catalogo Illustr. Scriptorum manuscripto, pag. mihi 26. ad annum 1472. lit. G. num.* 107.

1524. *F. Thomas de Albicijs.* Eodem anno floruit Fr. Thomas de Albicijs origine Florentinus Conuentus Cæsenatensis filius. Vir morum grauitate, & scientiæ claritate insignis; qui vix expletis in principalioribus Prouinciæ Lombardiæ Cænobijs lecturis, à Leone Papa X. Calliensis Episcopus denunciatus fuit, & Concilio Lateranensi sub eodem Leone congregato cum alijs PP. Ordinis interfuit; qui & inter cætera opera scripsit.

Tractatum de Ecclesiastica libertate, qui in Conuentu Cæsenatensi seruatur.

Ex Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 4.* Ferdinando Vghello, *Tom. 2. Italiæ Sacræ*, & Vincentio Maria Fontana, *in Theatro p. p. cap. 5. de Episcopis tit. 121. pag. mihi 151. col. p. & p. 2. cap. 3. de PP. in Concilijs, Tit. 14. de Concilio Lateranensi pag. mihi 383. col. 2.*

ANNO 1525.

FR. Ludouicus de Viualdis à Monte Regali Pedemontanus. Vir eruditissimus, in litterisque tam humanis, quàm Diuinis versatissimus, qui dum esset actu Arbensis, siue Arborensis Episcopus purgatissimo sui calamo egregiè scripsit. 1525. *Fr. Ludouicus de Viualdis.*

Librum, cui titulus, Opus Regale, in quo officia pietatis erga defunctos, continentur.

Prælium Sensus in intellectum, hoc est, aduersus intellectum.

Item Librum de Laudibus, atque triumphis trium liliorum.

Item Librum de modo cognoscendi electos, ac reprobos.

Item Librum de Magnificentia Regis Salomonis.

Item Tractatum de Causa Contritionis.

Item Librum alterum de vera Contritione.

Item Librum de duodecim Ecclesijs Persecutionibus.

Et alios Tractatus varios.

Claruit hac tempestate præfatus Ludouicus Viualdus, sub Pontificatu videlicet, Clementis Papæ VII. prout innuere videntur Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis, Prædicatorum p. 2. lib. 4.*, Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis*, Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Dominicano Ord. Prædicatorum p. p. de Pastoribus Eccles. cap. 7. de Epis. Tit. 47. pag. mihi 129. col. p.*, Antonius Posseuinus à Societate Iesu, *in Apparatu Sacro, Tom. 2. fol. 213 circa medium*, Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Centuria 4. ad annum 1519. pag. mihi 242. col. 2.*, & Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi 37. ad annum 1525. lit. L. num.* 164.

AN-

ANNO 1526.

1526. *Fr. Bartholomeus Rondaninus.* FR. Bartholomeus Rondaninus Fauentinus, Conuentus S. Andreæ Fauentiæ alumnus. Vir natalibus, doctrina, religione, fideique zelo insignis, Prouinciæque Lombardiæ quemadmodum omnium eloquentissimus, ita, & eiusdem Prouinciæ nostræ decus eximium, qui ab Eminentissimo Domino Cardinali Thoma de Vio Caetano ad oppugnandum viriliter aduersus Conciliabulum Pisanum missus, ita egregiè Apostolicæ Sedis partes in se sumpsit, vt eius doctrina, atque incomparabili eloquentia in subsistentiam præfati prætexti consilij scripto, ac verbo ostenderit, vt summa cum gloria Romani Pontificis, tamquam Acephalum, illegitimumq; ac proinde penitus abolendum ab ipsis promotoribus præfati Concionabuli tandem iudicatum fuerit; qui & scripsit.

Apologiam aduersus Pisanum Conciliabulum.

Item Volumen de Auctoritate Papæ.

Item Sermones de Tempore.

Item Sermones de Sanctis.

Atque Sermones Quadragesimales.

Cuius meminit, Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. 2. de Ministris Apostolicæ Sedis cap. 3. de PP. in Concilijs tit. 13. pag. mihi 382. col. p. §. Neque his Contentus Thomas, & in Chron. Constit. pag. mihi 82. §. Incolebant eo tempore.*

ANNO 1527.

1527. *Fr. Antonius de Claris.* FR. Antonius à Claro, siue de Claris nobilis Brixiensis. Vir perspicacissimo ingenio, atque facundia in dicendo dotatus, qui Sancta prædicatione principalioribus Lombardiæ Vrbibus ab ipso perlustratis, tandem eruditissimo suo calamo in lucem edidit.

Sermones de Tempore.

Sermones de Sanctis.

Sermones de Laudibus Virginis Deiparæ, nec non

Sermones Quadragesimales.

Obijtque sub Pontificatu Clementis Papæ VII. currente anno millesimo quingentesimo vigesimo septimo; vti referunt, Leander Alberti, *de Viris Illustribus Italiæ lib. 4.*, Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis p. 2. lib. 3.*, Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, & Relationes, *Prouinciæ Lombardiæ*, apud Vincentium Riualium, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi 8. ad annum 1527. lit. A. num. 30.*

ANNO 1528.

FR. Franciscus de Siluestris Ferrariensis. Vir in Prouincia Lombardiæ sui temporis maximi nominis, qui cum egregia esset forma quemadmodum, eius singularibus virtutibus Principibus gratus, ita pariter, & vniuersaliter toti Ordini Fratrum Prædicatorum extitit charus; nam de anno millesimo quingentesimo vigesimo quinto in Magistrum Generalem Ordinis electus fuit, in quo munere Prouinciam Lombardiæ scriptis eruditissimis suæ Sapientiæ illustrare voluit; scripsit enim egregiè. 1528. *Fr. Franciscus de Siluestris.*

Commentaria in quatuor Libros contra Gentiles Sancti Thomæ Aquinatis.

Commentaria super duos Libros Posteriorum Aristotelis.

Item Quæstiones super dictos Libros Posteriorum Aristotelis.

Item Quæstiones in Libros de Anima Aristotelis.

Item Commentaria super octo Libros Physicorum Aristotelis.

Item Quæstiones super eosdem Libros Physicorum Aristotelis.

Item Tractatum de Libertate Euangelica contra Lutherum.

Itam Vitam Beatæ Osannæ de Mantua, in sex Libros distributam.

Vltra plura alia opuscula manuscripta, quæ partim in Archiuio Sanctæ Mariæ super Mineruam, & partim in Bibliotheca Sancti Dominici Venetiarum seruantur.

Tanti Viri laudes celebrant Leander Alberti, *de Viris illustr. Italiæ lib. 4.*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum, p. 2. lib. 3.*, Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis*, Alphonsus Fernandez *in Concertatione Prædicatorum*, Chronicon, *Constitutionum Ordinis fol. 87. à tergo*, Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 4. ad annum 1528.*

1528. *pag. mihi* 253. *col.* 1., & Vincentius Riualius, *in Catalogo Scriptorum Illustr. Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi* 24. *ad Annum* 1528. *lit. F. num.* 102.

Eodem anno ab Incarnatione Dominica millesimo quingentesimo vigesimo octauo, in Prouincia Lombardiæ floruit Fr. Bartholomeus de Senica Brixiensis Diœcesis, Vir non solum versatus in Philosophia, sed & in Theologia, atque in materia Sacrorum Canonum, atq; Conciliorum memoria profunda pollens, qui pariter inter Patres vltimi Concilij Lateranensis interfuit, fuitque aduersus hæreticam prauitatem in Ciuitate Brixiensi Generalis Apostolicus Inquisitor; qui & plura scitu dignissima conscripsit, signanter.

1528. *Fr. Bartholomeus de Senica.*

Tractatum aduersus hæreses perutilem.

Item grande Volumen de Proprietate rerum.

Et multa alia, quæ ex vetustate temporum difficiliter reperiuntur.

Cuius meminere Bernardus Lucemburgensis, *in Catalogo Scriptorum Ordinis*, quamuis cognomine, atque patria ignoti; Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p.* 2. *lib.* 3. Ambrosius Gozzius, *in Bibliotheca, siue Chronico Scriptorum Ordinis*, apud Ambrosium de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria* 3. *ad annum* 1486. *pag. mihi* 211. *col.* 2., etsi nobiscum non conueniat circa tempus in quo floruit.

ANNO 1529.

FR. Bernardus Ghetaldus Ragusinus, nobili genere ortus, morumque probitate clarus, qui secuta translatione affiliationis ipsius à Conuentu suo originali ad Anconitanum Conuentum, ita Studio Historiarum Ecclesiasticarum se dedit, vt & gratitudinis gratia tutissimo sui calamo Anconæ in lucem ediderit.

1529. *Fr. Bernardus Ghetaldus.*

Historiam Virorum Illustrium Congregationis Ragusinæ, à quâ decesserat.

Inceperat quoque Historiam Illustrium Virorum Prouinciæ Lombardiæ, sed morte præuentus illam non terminauit.

Ex Ambrosio Gozzio, *in Catalogo Scriptorum Ordinis*, Ioanne Michaele Plodio, *in Appendice Illustr. Virorum Ordinis*, & Ambrosio de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis, Centuria* 4. *ad annum* 1513. *pag. mihi* 234. *col.* 2.

Eodem Anno ab Incarnatione Dominica millesimo quingentesimo vigesimo nono, floruit Venetijs, in Conuentu Sancti Dominici de Castello alumnus præfati Conuentus Fr. Hieronymus Querini Nobilis Venetus, Patriarcha Venetiarum. Vir summæ exemplaritatis, ac doctus, qui sui acuminis posteritati euidentissima dedit testimonia. Scripsit namque valde eruditè.

1529. *Fr. Hieronymus Querini.*

Super Psalmos.

Super Diuum Matthæum.

Super Lucam.

Super Epistolas Diui Pauli, signanter.

Super Epistolas ad Corinthios, &

Super Epistolas ad Romanos.

Et alia Opuscula, quæ in Conuentus Dominici Venetiarum author huius Operis vidit.

De quo egregiè loquuntur Ioannes Michael Plodius, *in Historia de Viris Illustribus Ordinis Prædicatorum p.* 2. *lib.* 4. Ferdinandus Vghellus Abbas, *Tom.* 5. *Italiæ Sacræ.* Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Dominicano p. p. de Pastoribus Eccles. cap.* 3. *de Patriarchis tit.* 7. *num.* 3. *pag. mihi* 49. *col.* 2. & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria* 4. *ad Annum* 1529. *pag. mihi* 226. *col. p.*

ANNO 1530.

FR. Paulus Buttigella Papiensis, Vir doctrina, morumque probitate celebris, qui ex Regente Bononiensi factus Procurator Generalis Ordinis, deinde Vicarius Generalis, ac postea Mag. Generalis Ordinis, in actuali officio, Magistri Generalis summopere studium litterarum iuxta doctrinam S. Thomæ in ordine promouit, qui & posteritati scripsit.

1530. *Fr. Paulus Buttigella.*

Super Secundam Secundæ S. Thomæ, &

Super Tertiam Partem Sancti Thomæ Aquinatis.

De quo scripsere Hieronymus Burselius *de Generalibus Ordinis in Vita Pauli Buttigellæ*, Chronicon antiquissimũ Ordinis, *ad annum* 1530. Chronicon Constit. Ordinis 529 *ad annum* 1530. & Seraphinus Razius *in Historia Illustr. Virorum Ordinis pag. mihi* 171. *num.* 41.

Fr. Isidorus de Insulanis Mediolanensis

1530. *Fr. Isidorus de Insulanis.* sis Prouinciæ Lombardiæ decus, qui expletis in principalioribus Prouinciæ Lombardiæ Studijs, signanter in Conuentu Sancti Apollinaris, & Thomæ Ticinensis Ciuitatis, tandem in Vniuersitate Bononiensi, summa cum sui, tum Sacri Ordinis Prædicatorum gloria Cathedram Magistralem ascendit explicando ad formam Magisterij quatuor Libros Sententiarum ad mentem Sancti Thomæ; qui sui ingenij eminentiam per eruditissima scripta, quæ postea in lucem edidit abundè demonstrauit: scripsit ergo eximius iste Doctor.

De Mundi æternitate Libros quatuor.
Tractatum de Motuum velocitate, cui titulus Epitome Alberti, siue Libri Alberti de Saxonia.
Item Codicem quinque Catholicarum disputationum videlicet.
De igne Purgatorij.
De igne Inferni.
De merito Animarum Purgatorij, atque propriæ beatitudinis futuræ cognitione.
De dispositione dantis, nec non recipientis Indulgentias.
De modo remissionis factæ per viam Indulgentiarum. Lugduni impressum 1580.
Item Tractatum de Institutis Regum, & Principum.
Item Summam Quadripartitam de Donis Sancti Iosephi Patriarchæ Sponsi Virginis Deiparæ.
Item Tractatum de Imperio Ecclesiæ militantis. Impressum Mediolani 1516.
Item Vitam Sororis Veronicæ Virginis in octo Libros distributam.
Tandem Ioanni Capreolo à Paolo Soncinate in Epitome redacto, quæddam addidit, quæ ipse Paulus Soncinas morte preuentus perficere non potuit.

Floruit circa hæc tempora, prout tradunt Antonius Senensis Lusitanus *in Bibliotheca Ordinis.* Ioannes Michael Plodius, *De Viris illust. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 3.* Ausbertus Miræus, *de Scriptoribus Seculi 16. cap. 23.* Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum.* & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 4. ad annum 1521 pag. mihi 244. col. p.* & Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi 45. ad annum 1530. num. 152.*

Eodem Anno ab Orbe reparato millesimo quingentesimo trigesimo in Conuentu Ariminensi Prouinciæ Lombardiæ claruit in litteris Humanis Fr. Angelus Martini Ragusinus præfati Conuentus Ariminensis alumnus, Grammaticus, atque Poeta celeberrimus, qui inter cætera, quæ complere potuit, posteritati scripsit. 1530. *Fr. Angelus Martini.*

Nobilissimam Methodum, siue Regulam Grammaticalem, nec non
Librum continentem eruditissima Carmina in varijs materijs.
Et alia Opuscula varia dispersa, siue disparata, tamen dignissima.

Cuius meminit Ambrosius Gozzius, *in Catalogo Scriptorum Ordinis.* & cum ipso Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 4.* & Ambrosius de Altamura *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 4. ad annum 1530. pag. mihi 257. §. Angelus Martini. col. 2.*

ANNO 1532.

FR. Hieronymus Fantonus de Ferrarijs Vigleuanensis Lombardus, in Philosophia, atque Theologia nec non in Iure Canonico Vir versatissimus. Constitutionum sui Ordinis Obseruantia commendandus, in continua Librorum lectura semper indefessus; in officio Apostolici Inquisitoris in Ciuitate Ferrariensi zelantissimus, Doctrinæque Sancti Thomæ Aquinatis propugnator accerrimus, quippequi vt Discipuli Sancti Thomæ ad perduellandum cum Antagonistis Ioannis Duns Discipulis in campum descendere possent, eorumque obiecta facilius retundere valerent, eruditissimo sui calamo omnes ac singulas opiniones, atque propositiones Scoti in vnum collegit opusculum. Scripsit itaque. 1532. *Fr. Hieronymus Fātonus.*

Locupletissimum Repertorium tam librorum Sententiarum, quàm Quodlibetorum Ioannis Duns Scoti.
Item Compendium vniuersæ Lecturæ Abbatis Panormitani. Venetijs impressum 1564.
Item Operibus Ioannis Capreoli, nouum Indicem addidit valde dignum.
Et plura alia Opuscula, quæ in Ferra-

 rien-

riensi Bibliotheca Conuentus Sancti Dominici seruantur.

Tam egregij Scriptoris meminere Leandr Alberti, *de Viris Illustr. Ordinis lib.* 4. *Italiæ*. Hieronymus Prælormitanus *de Viris Illustr. Conuentus Bononiensis*. Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p.* 2. *lib.* 4. Antonius Possevinus *in Apparatu Sacro, Tom.* 2. *fol.* 30. Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria* 4. *ad annum* 1588. *pag. mihi* 391. *col. p.* & Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi* 29. *ad annum* 1532. *lit. H. num.* 122.

1532. *Fr. Ioannes de Tabia.* Eodem Anno ab Incarnatione Dominica millesimo quingentesimo trigesimo secundo in Prouincia Lombardiæ inter præcipuos Theologos Sanctæ Romanæ Ecclesiæ floruit, Fr. Ioannes de Tabia, siue vt alij dicunt Ioannes Tabiensis Ligur. Theologus, atque Canonista celeberimus sui seculi, qui in Conuentu Bononiensi bis Theologalem Cathedram primariam gloriosè rexit Sanctissimique Doctoris Angelici Doctrinam docuit: quique & ab Alexandro Papa VI. Bononiensis Generalis inquisitor aduersus hæreticam prauitatem denunciatus, statim Hæreticis, atque hæresibus ipsis perpetuum bellum indixit. Suique calamo posteritati plures Codices egregiè scripsit, & signanter,

Summam Casuum Conscientiæ, quæ Summa Tabiena nuncupatur.

Item Summam aduersus Hæreses sui temporis.

Et alia plura, quæ in Archiuio Conuentus Bononiensis seruantur.

Cuius meminere Obertus Folietta, *in Elogijs clarorum Ligurum*, Abbas Hieronymus Ghellinus, *in Theatro Literatorum p. p.* Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis pag.* 155. *&* *pag.* 156. Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*. Robertus Bellarminus, *pag. mihi* 417. Philippus Labbè, *de Scriptoribus Ecclesi.* Ambrosius Gozzius, *in Catalogo Scriptorum Ordinis*. Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p.* 2. *lib.* 4. Abbas Michael Iustinianus, *de Scriptoribus Ligusticis*. Ausbertus Miræus, *de Scriptoribus seculi* 16. *cap.* 28. Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Centuria* 4. *ad annum* 1523. *pag.* 247. *col.* 1. Antonius Possevinus, *Tom.* 2. *Apparatus Sacri fol.* 251. & Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi* 35. *ad annum* 1525. *lit. I. num.* 154.

ANNO 1533.

FR. Petrus Bobiensis Lombardus Ditionis Mediolanensis. Hoc est de Bobij Ciuitate inter Dertonam, atque Placentiam, ad Appennini Iuga posita ad Trebium flumen viginti, & quinque millia distante à Placentia. Qui Virginis Deiparæ cultor cum esset feruidus scripsit. 1533. *Fr. Petrus de Bobio.*

Libellum, siue Librum de Rosario Beatissimæ Virginis Mariæ satis eruditum.

Cuius meminit Antonius Possevinus, è Societate Iesu, *in Tom.* 3. *Apparatus Sacri*, & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria* 4. *ad annum* 1525. *pag. mihi* 299. *col.* 1. Quamuis fateatur se re vera ignorare tempus, in quo iste Scriptor claruerit.

ANNO 1534.

FR. Hieronymus Armenini, vel vt vult Possevinus, Armellinus, Fauentinus. Vir omni eruditione clarus; qui cum in pluribus Lombardiæ Vrbibus Fidei Censor extitisset, tandem Fauentiæ in publico certamine aduersus quemdam Tiberium Calabrum, qui per Italiam discurrendo hæreticales propositiones, seù Conclusiones defendebat. Fauentiæ inquam noster Armeninus publicè disputauit, & vti fortis antagonista ipsum Tiberium Calabrum conuicit, confudit, atque superauit. Quare in testimonium præfati Triumphi profundissimo sui calamo insignis Fidei Atleta noster scripsit in lucemque edidit, 1534. *Fr. Hieronymus Armenini.*

Librum contra errorem præfati Tiberij Calabri, qui in Disputationibus proposuerat Diluuium Noè, siue Noeticum ex Astrorum obseruatione prænosci potuisse.

Item eruditissima Commentaria super omnia Aristotelis Opera.

Compilauitque alia plura Opuscula digna.

Claruit iste Doctor hac tempestate hoc est Anno ab Orbis reparatione 1534. ex Sixto Senensi, *in Bibliotheca*

Sancta lib. 5. *Annot.* 15. & 82. Item *in libro* 6. *Annot.* 10. Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustribus Ordinis Prædicatorum p.* 2. *lib.* 4. Relationes *Lombardiæ antiquissima*. Antonius Posseuinus, *in Apparatu Sacro*, *Tom.* 2. *fol.* 29. Leander Alberti, *de Viris Illustr. Italiæ lib.* 4. & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum*, *Centuria* 4. *ad annum* 1535. *pag. mihi* 269. *col.* 1. Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto*, *pag. mihi* 29. *ad annum* 1511. *lit. H. num.* 121.

1534. *Fr. Nicolaus de Finali.* Eodem Anno millesimo quingentesimo trigesimo quarto claruit similiter in Prouincia Lombardiæ, Fr. Nicolaus de Finali Mutinensis diœcesis. Vir non solum in arte Poetica, verum, & in Philosophia, atque Theologia valde versatus, qui de impeccabilitate Christi Domini Volumen grande compilauit. Scripsit itaque.

Librum, cui titulus, Monile Christi, & Matris eius, quinquaginta meritorum varietate distinctum.

Cuius mentionem faciunt, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis p.* 2. *lib.* 5. Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis*, Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria* 4. *ad annum* 1525. *pag. mihi* 249. *col.* 2.

ANNO 1535.

1535. *Fr. Thomas de Vio Caietanus.* FR. Thomas de Vio Caietanus S. R. Ecclesiæ Cardinalis, Monile Prouinciæ Lombardiæ, atque gloria singularis eiusdem, siquidem obtenta affiliatione per translationem à suo Conuentu Originali ad Conuentum Sanctæ Mariæ Angelorum Ferrariæ ad præceptum, aut requisitionem Marchionis Estensis Ferrariæ Ducis, illustratisque suis Lecturis, Conuentibus Veronensi, Bergomensi, Brixiensi, Mantuano, Veneto, Papiensi, atque Sanctæ Mariæ Gratiarum Mediolanensi Prouinciæ Lombardiæ, nec non coram eodem Domino Marchione Estensi omnium adstantium admiratione à Pico Mirandulano centum ex difficilioribus argumentis sibi propositis ordine inuerso repetitis, atque solutis, talem, ac tantam gloriam sibi aquisiuit, vt ad supremum regimen Ordinis, nec non ad Cardinalitiam Purpuram, atque dignitatem peruenerit, in quo munere profundissimo Calamo in Ecclesiæ vtilitatem, atque Ordinis, Prouinciæque Lombardiæ infrascriptos Codices, siuè tractatus in lucem dedit, & scripsit.

Eruditissima Commentaria super Prædicabilia Porphirij.
Super Prædicamenta Aristotelis.
Super Libros Posteriorum.
Super Libros de Anima.
Super quinque Libros Moysi.
Super Libros Aristotelis.
Super Psalmos.
Super Matthæum.
Super Lucam.
Super Marcum.
Super Ioannem.
Super tria priora capita Isaiæ.
Super Libros Sapientiales.
Super omnes Diui Pauli Epistolas.
Super totam Summam Sancti Thomæ Aquinatis.
Super Libros de Ente, & Essentia.
Item Ientacula nonnulla.
Item scripsit contra Lutherum.
De Fide, & Operibus.
De Comunione.
De Confessione.
De Satisfactione, nec non
De Inuocatione Sanctorum.
Item Apologiam pro Opusculo de Potestate Papæ.
Item de Maleficijs.
De Cambijs.
De Monte Pietatis.
De Votis.
De Vsura.
De Eleemosina.
De Conceptu Entis.
De Infinitate Dei.
De Bonis per Vsuram Acquisitis.
De Nouitijs.
De Castitate.
De Pontificatu.
De Simonia.
De Sigillo Confessionis.
De Spasimo Beatissimæ Virginis.
De Conceptione eiusdem Virginis Deiparæ.
De Nominum Analogia.
De subiecto Habitus Philosophiæ.
De Matrimonio.
De circumstantijs diei festi.
De Potentia neutra.
De Vsu Spiritualium rerum in peccato mortali.

De Pollutione Confessoris, in audiendo Confessiones, siue Confessionem.

Responsum ad Quæstiones de Voto, & vnit. pent.

An possint sumi Reliquiæ Calicis post ablutionem.

An Sacerdos pro multis celebrans, singulis satisfaciat.

Pluresque Orationes in Pontificia Capella dictas.

Summam Casuum Conscientiæ, &

Opuscula varia,

Item scripsit in Esdram.

In Nehemiam.

In Iob.

Et in Acta Apostolorum.

De tanto Viro scripserunt, Alphonsus Ciacconus, *in Vitis Rom. Pontificum, & Cardinalium*. Ioannes Baptista Flauianus Aquilanus, *in Vita eiusdem*. Antonius Posseuinus, *in Apparatu Sacro*. Robertus Bellarminus, *de Scriptoribus Ecclesiasticis*. Philippus Labbè, *in Elogijs, & de Scriptoribus Ecclesiasticis*. Sixtus Senensis, *in Bibliotheca Sancta lib. 4.* Bartholomæus Spina, *in Præfatione ad Secundam Secundæ S. Thomæ*, Alphonsus Fernandez *in Chronologia inter Cardinales*. Abraham Bzouius *in Annal. Eccl. tom. 19. Anno 1534.* & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis ad annum 1534.* & Chronicon. *Constitutionum. fol. 83.*

1535. *Fr. Hieronymus Volta.* Eodem anno à salutifera Christi Domini Incarnatione millesimo quingentesimo trigesimo quinto floruit in Prouincia Lombardiæ Fr. Hieronymus Volta Mantuanus Lombardus, Vir in Sacra Scriptura eruditissimus, qui cum esset in Regiensi Ciuitate Lombardiæ Apostolicus Inquisitor, eo tempore, quo Lutherana hæresis grassabatur, quemdam Basilium Regiensem Doctorem Physicum comprehendit, qui faciebat semetipsum Filium Dei, hortabaturque Religiosos vtriusque sexus, vt tam priuatim, quam in Choro in fine Collectarum, loco dicendi, *Per Dominum nostrum Iesum Christum filium tuum*, verterent, ac dicerent. *Per Dominum nostrum Basilium filium tuum &c.* Qui Pater Inquisitor egregiè scripsit.

Librum aduersus hæreses sui temporis, nec non

Super Libros Esdræ. Quæ Commentaria postea, morte præuentus, terminare nequiuit.

Quæ scripta in Archiuio Bibliothecæ Bononiensis seruantur; vna cum scriptis Illustrium aliorum Virorum Prouinciæ Lombardiæ, ad perpetuam rei memoriam.

Cuius meminere, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 4.* Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, Relationes Conuentus Regiensis, *Prouinciæ Lombardiæ*, Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 4. ad annum 1535. pag. mihi 269. col. 1.*, & Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi 30. ad annum 1535. lit. H. num. 125.*

1535. *Fr. Hieronymus de Fornarijs.* Eodem quoque Anno ab Incarnatione Dominica millesimo quingentesimo trigesimo quinto claruit in Prouincia Lombardiæ Frater Hieronymus de Fornarijs Papiensis Vir in quacumque facultate doctissimus, qui in studio Bononiensi Bacalaureatus, atque Regentatus munia gloriosè exercuit, inde, Vicarij Generalis Congregationis Lombardiæ munus sustinuit, propter quæ merita, attentaque singulari ipsius doctrina, atque prudentia, non minus, atque dexteritate in difficillimis rebus peragendis à Clemente Papa VII. Bellocastrensis Episcopus denunciatus fuit. In quo munere, sui acuminis indicia posteritati plusquam euidentia reliquit scripsit namque plures tractatus valde eruditos, inter quos.

Tractatum, siue Volumen satis grande, de Immortalitate Animæ, nec non

Tractatum de Suppositionibus aduersus Paulum Venetum, valde eruditum.

Et alia plura; quæ in Papiensi Conuentu seruantur.

Ita ex Ludouico Prælormitano, *in Chronico manuscripto*, Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum, p. 2. lib. 4.* Ferdinando Vghello, *Tom. 9. Italiæ Sacræ*, Antonio Maria Spelta, *in Historia*, Vincentio Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. p. de Pastoribus Eccles. cap. 5. de Episcopis tit. 79. pag. mihi 178. col. 1.* Ambrosio de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 4. ad annum 1542. pag. mihi 278. col. 2.* & Vincentio Riualio, *in Catalogo Illustr. Scripto-*

ptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mibi 30. ad Annum 1534. lit. H. num. 124.

ANNO 1536.

1536. *Fr. Augustinus Iustinianus.* FR. Augustinus Iustinianus nobilis Ianuensis Conuentus Sanctæ Mariæ de Castello Filius, Vir pietate, atque doctrina in toto orbe clarus, qui expleto Bacalaureatus cursu in Studio Bononiensi, Parisios se contulit, vbi in Vniuersitate Lecturam linguæ Græcæ cuius erat peritissimus per plures annos ita gloriosè exercuit, vt Francisco Primo Galliorum Regi gratissimus fuerit, atque à Secretioribus Consilijs nominatus fuerit. In qua Ciuitate fælicissimi eius ingenij, quamplures partus in lucem edidit, & primò.

Ex Hebræo in linguam latinam Librum Rabbi Moysis Ægyptij traduxit, cui titulus, Director dubitantium. Impress. Parisijs 1520.

Item suo calamo recognouit Librum Victoriæ Porchati aduersus impios Hebræos. Impress. 1520.

Item eius calamo recognouit Libros tres Rabbi Moysis Ægyptij. Impress. Parisijs 1520.

Item edidit Parisijs duodecim Opuscula pro Studiosorum vtilitate.

Item plura alia in Vernaculam linguam pro vtilitate Clericorum eius Diæcesis traduxit.

Item pro instructione eius consanguineorum Librum Oeconomicum Zenofontis in maternam linguam traduxit.

Item Sacra Hebræorum Volumina, eruditissimis notis illustrauit.

Item Vniuersum Psalterium, cum editionibus linguarum Latinæ, Hebraicæ, Græcæ, atque Caldaicæ in vnum corpus reduxit.

Item eisdem notis, atque linguis Latina, Hebraica, Græca, Arabica, & Caldaica, Vniuersam Bibliam reduxit, siue disposuit, Leoni Papæ X. dicatam.

Item Composuit Orationem, seu Precationem pietatis plenam, ad Deum Omnipotentem, coalescentem ex duobus, & septuaginta nominibus diuinis, Hebraicis, & Latinis, cum Interprete Commentariolo. Venetijs impressum 1513.

Item composuit Æneæ Platonici Græci Christianissimi, de Immortalitate Animarum, deque Corporum resurrectione aureum Libellum, cui titulus Theophrastes.

Item scripsit Annales Ciuitatis Ianuensis, nec non

Descripsit, & Corsicæ Insulam, quæ Descriptio in Bibliotheca Vaticana reperitur.

Tam eximij Viri Laudes celebrarunt, Ferdinandus Vghellus, *Tom. 4. Italiæ Sacræ*, Sixtus Senensis, *in Bibliotheca Sancta lib. 4.*, Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis, fol. 36.* Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 4.*, Antonius Posseuinus, *in Apparatu Sacro*, Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. 1. de Pastoribus Eccles. cap. 5. de Episcopis tit. 416. num. 3. pag. mibi 242. col. 1.*, Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 4. ad annum 1536. pag. mibi 269. col. p.*, & Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mibi 10. ad annum 1539. lit. A. num. 37.*

Eodem pariter anno à Dominica Incarnatione millesimo quingentesimo trigesimo sexto in Conuentu Mantuano Prouinciæ Lombardiæ florebat, Fr. Ioannes Tricasius de Mantua perspicacissimo ingenio dotatus, qui per antea cum in Conuentu Sanctæ Catharinæ super Formelum Neapolis Sacram Angelici Doctoris Theologiam doceret, ab vniuersitate Neapolitana in Lectorem publicum eiusdem electus fuit; tanta erat profunditas in decidendo, atque facundia in dicendo præfati Doctoris, ibique eruditissimo calamo scripsit. 1536. *Fr. Ioannes Tricasius.*

Commentaria super Prædicabilia Porphirij.

Item super Vniuersam Aristotelis Logicam.

Item super octo libros Physicorum.

Item super duodecim libros Metaphysicorum, nec non

Quam plura Theologicalia, quæ Neapoli seruantur.

Cuius meminit Theodorus Valle *in Compendio Illust. Virorum Prouinciæ Regni p. 4.* & Ambrosius de Altamura, *in Biblio-*

bliotheca Ordinis Centuria 4. ad annum 1426. pag. mihi 249. col. 2. Qui faciunt ipsum filium Conuentus Sancti Petri Martyris Prouinciæ Regni; quod videtur incertum nisi in casu, quod eius affiliatio translata fuerit inscijs PP. Mantuanis à Conuentu originali eiusdem ad Conuentum Neapolitanum Sancti Petri Martyris pro maiori commodo Lecturæ, de qua re adhuc dubitatur. Quoniam in Ciuitate Neapolitana extat pro Prouincia Lombardiæ, Conuentus Sanctæ Catharinæ super Formellum ad quem facilius forsan eius affiliationem transferre potuisset.

ANNO 1537.

1537. *Fr. Arnandus de Bellouisu.*

FR. Arnandus de Bellouisu, origine Hispanus Aragonensis, Conuentus tamen Bononiensis alumnus, qui dum supremam Regentis in præfato Studio moderaretur Cathedram inter cæteros Tractatus, quos summo studio, ingentique labore compilauit; scripsit.

Tractatum de Conceptione Beatissimæ Virginis Mariæ; omni eruditione refertum.

Claruit circa hæc tempora, iste Doctor, vti innuere voluerunt Franciscus Riagus, *in Historia Prouinciæ Aragonensis lib. 2. cap. 3.*, Alphonsus Fernandez, *de Concertatione Prædicatorum*, Hyppolitus Maraccius, *in Bibliotheca Mariana*, & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 4. ad Annum 1530. pag. mihi 226. col. 1.*

Et nota, quod Arnaudus iste de Bellouisu, alter est ab illo Arnando, seù Arnaldo, aut Armando de Bellouisu, quem retulimus supra de anno 1305. Quoniam iste de quo loquimur in præsentiarum est origine Aragonensis, ac perinde Hispanus, ille autem, quem de anno 1305. retulimus erat natione Bononiensis, ac perinde Lombardus. Insuper Bononiensis florebat de anno 1308. iste verò Aragonensis de anno 1537., Lombardus præterea scripsit in materia Philosophica tantum, iste verò Hispanus in materia Theologica tantum, vti est Tractatus de Conceptione Virginis Deiparæ; quare iste alter à primo est, vti Patria materia de qua tractant, & temporis differentia hoc satis demonstrant.

Claruit etiã F. Antonius Armeninus de Fauentia Vir eruditissimus Hæreticorũq; Censor, atq; oppugnator acerrimus, qui Nebulonem quemdam Calabrum nomine Tiberium, qui impijssimis erroribus Italica Gymnasia, & signanter Lombardiæ inficere moliebatur, doctissimis scriptis, acrique vltione exturbauit, deuicit, atque in aliorum exemplum damnauit, & iustissimo calamo scripsit. 1537. *Fr. Antonius Armeninus.*

Volumen vnum aduersus præfati Tiberij Calabri errores.

Item doctissima Commentaria in libros de Anima Aristotelis.

Item Commemtaria in libros Metaphysicæ Aristotelis.

Item Commentaria similia in octo libros Physicorum eiusdem.

Ex Ioannes Michaele Plodio, *in Historia Illustr. Vir. Ord. Prædicatorum, p. 2. lib. 4.*, atque Relationibus Prouinciæ Lombardiæ, *Ordinis Prædicatorum*, apud Vincentium Riualium, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi 7. ad annum 1537. lit. B. num. 28.*

ANNO 1538.

FR. Antonius de Brixia Lombardus, alter ab eo, quem retulimus supra de Anno 1498. Vir doctus, obseruantiæque Regularis tenacissimus obseruator, nec non sui æui Diuini Verbi, Euangelizator, siue præco celebris, qui & in eius litteraturæ testimonium eruditissimo stylo scripsit. 1538. *Fr. Antonius de Brixia.*

Volumen Variorum Sermonũ de Tempore, valde ex auctoritatibus Sacræ Scripturæ, atque SS. PP. eruditum.

Cuius meminere Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Præd. p. 2. lib. 4* & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria quarta ad annum 1530. pag. mihi 256. col. 2. §. Antonius Brixiensis secundus*, & Leonardus Cozzandi, *in Bibliotheca Brixiensi lit. A. pag. mihi 45.*

ANNO 1539.

1539. *Fr. Gregorius Natali.*

FR. Gregorius Natalius origine Ragusinus, Conuentus Sancti Dominici Anconitani alumnus, in quo cum degeret circa studium Sacræ Scripturæ die, ac nocte occupatus, vti Vir in Philosophia, atque Theologia, nec non in Iure Pontificio valde versatus, posteritati scripsit sequentia Opera videlicet.

Eruditissimas Expositiones super Exodum.
Super Parabolas Salomonis.
Super Isaiam.
Super Hieremiam.
Super D. Matthæum.
Super Diuum Marcum.
Super Diuum Ioannem.
Super Apocalypsim, atque.
Super omnes D. Pauli Epistolas.
Item scripsit super Decretum, &
Super Decretales.
Item Librum aduersus hæreses, siue Hæreticos.
Item scripsit. Quæstiones
De Deo.
De Angelis.
De Anima.
De Homine.
De Creaturis.
De Pœnitentia.
De Astrologia.
Item Scripsit
Sermones de Tempore.
Sermones de Sanctis, atque
Sermones Quadragesimales.
Item librum de Stigmatibus Sanctæ Catherinæ Senensis.
Item librum de Imagine pueruli Iesu.
Item Adnotationes in Medicinam.
Item Commentaria super Prædicabilia Porphiryj.
Varia Opuscula.
Et plura alia.

Claruit iste Vir in Anconitano Cœnobio hac tēpestate gloria Prouinciæ Lombardiæ, vti nobis insinuare voluere, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustribus Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 4.*, Ambrosius Gozzius, *in Chronico, siue in Catalogo Scriptorum Ordinis*, Hyppolitus Maraccius, *in Bibliotheca Mariana*, Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 4. ad annum 1540, pag. mihi 273. col. 2.*

Floruit etiā F. Augustinus Recuperatus Fauētinus phœnix ingeniorū sui tēporis, qui ex Procuratore Ordinis primò, deinde ex Vicario Generali eiusdem Ordinis in Magistrum Generalem totius Sacri Ordinis Prædicatorum vnanimiter electus fuit in Capitulo Generali in festo Sancto Pentecostes Romæ celebrato, in quo officio multa in successorum commodum scripta eruditissimo calamo reliquit, & signanter. 1539. *Fr. Augustinus Recuperatus.*

Postillam super Dauidicum Psalterium.
Tractatum de Quarta funerum, nec non
Alia Opuscula varia.

Tanti Viri mentionem fecere Chronicon Constitutionum, *ad annum 1539. pag. mihi 332.*, Hieronymus Bursellus, *de Magistris Generalibus Ordinis in Vita Augustini Recuperati*, & Seraphinus Razzius, *in Historia Illustrium Virorum Ordinis pag. mihi 173. num. 43.*

Floruit etiam Fr. Ioannes de Fabriano Lombardiæ Prouinciæ alumnus Vir satis doctus, concionatorq; facundissimus, qui Euangelica prędicatione Apostolico zelo, oratoriaque arte insigni, quibus ornatus erat Insignioribus Prouinciæ Lombardiæ Vrbibus illustratis; scripsit. 1539. *Fr. Ioannes de Fabriano.*

Librum Sermonum de Sanctis.
Et aliud Volumen Sermonum de Tempore. Quæ scripta in Fabrianensi Bibliotheca seruantur.

Cuius meminit Serafinus Razzius, *in Bibliotheca, siue Historia Illustr. Virorum Ordinis pag. mihi 282. num. 34.* & alij.

ANNO 1540.

FR. Angelus Ziampus Cremonensis Vir in Theologiæ, Sacrarum Scripturarum, nec non Sanctorum Patrum Studio valde versatus, qui cum esset in Ducatu Mediolanensi aduersus hæreticam prauitatem Censor acerrimus fidei, aduersus impijssimam Caluinisticam hæresim calamum suum acuit eruditissimèque scripsit in ea parte, qua Purgatorij existentiam Caluinistæ negant 1540. *Fr. Angelus Ziampus.*

Opusculum aduersus Hæreses de Veritate Purgatorij, valde elaboratum.

Cuius meminit Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis, Prædicatorum p. 2. lib. 4.*, & cum eo Petrus Martyr Felta Vrceanus, *in Chronica Conuentus*

Cremonensis, apud Vincentium Riualium, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 6. ad annum* 1540. *lit. A. num.* 19.

1540. Fr. Dominicus de Mortario. Eodem anno reparatæ salutis millesimo, quingentesimo quadragesimo in Prouincia Lombardiæ florebat, Fr. Dominicus de Mortario Lombardus Mediolanensis Districtus, Vir doctrina, atque eruditione clarus; qui dum in studio Bononiensi Sacram Theologiam ad formam Magisterij exponeret, tunc sui acuminis in testem posteritati reliquit locupletissimorum Operum Ioannis Capreoli Summarium; scripsit itaque.

Indicem copiosissimum in omnia Capreoli Opera.

Aliaque plura Opuscula.

Ita ex Antonio Senensi Lusitano, *in Bibliotheca Ordinis*, Antonio Posseuino, *in Apparatu Sacro Tom.* 1. *in Appendice*, Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p.* 2. *lib.* 4., Ambrosio de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria* 4. *ad annum* 1530. *pag. mihi* 257. *num.* 2. & Vincentio Riualio, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi* 20. *ad annum* 1504. *lit. D. num.* 86.

1540. Fr. Augustinus Porta. Eodem quoque anno à Dominica Incarnatione millesimo quingentesimo quadragesimo claruit in Prouincia Lombardiæ Fr. Augustinus Porta de Vigleuano Mediolanensis Districtus, Philosophus, atque Theologus famosissimus, Humanarumque litterarum floribus ornatus qui mira eruditione, atque facundia compilauit.

Egregium Volumen Hæroicorum Carminum, valde exornatum, Poesis Professoribus pergratum.

Cuius meminit Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p.* 2. *lib.* 4. cum Relationibus, *Conuentus Vigleuanensis*, apud Vincentium Riualium, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi* 11. *ad annum* 1540. *lit. N. num.* 38.

ANNO 1541.

Fr. R. Hieronymus Balbus Venetus, Vir omni eruditione facundus, in Philosophiæ, Theologiæ Conciliorum, Annaliumque Ecclesiasticorum lectura versatissimus, qui immenso studio, atque labore, duo grandia Volumina proprij acuminis irrefragabilia testimonia edidit, quibus summam sibi, atque Prouinciæ Lombardiæ laudem comparauit; scripsit itaque. 1541. Fr. Hieronymus Balbi.

Librum de Coronatione Cæsareæ Maiestatis ad Carolum V. Imperatorem, &

Librum alterum de Potestate Summi Pontificis. Vnde & à Martino Bauaro summopere commendatur.

Claruit iste Vir, hac tempestate, ipsumque celebrant, Martinus Bauarus, *in cap. nouiter de Iudicijs*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p.* 2. *lib.* 4., Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis pag.* 116. Ambrosius Gozzius, *in Catalogo Script. Ord.* Antonius Posseuinus à Societate Iesu, *in Apparatu Sacro*, Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Centuria* 4. *ad Annum* 1532. *pag. mihi* 258. *col.* 1., & Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ, manuscripto pag. mihi* 30. *ad annum* 1533. *lit. H. num.* 123. Quamuis faciat ipsum Ianuensem, etiamsi Venetus reuera fuerit.

Eadem tempestate, hoc est eodem anno millesimo quingentesimo quadragesimo primo in Conuentu Regiensi Prouinciæ Lombardiæ floruit, Fr. Thomas Cospi nobilis Bononiensis. Vir morum candore, modestia, prudentia, litterarumque sufficientia clarus, qui multa singulari eruditione referta scripsit; inter cætera autem compilauit. 1541. Fr. Thomas Cospi.

Grande Volumen Sermonum, tam de Tempore, quam de Sanctis.

Item Librum alterum Moralitatum, nec non.

Librum exemplorum mira Methodo distributum.

Cuius Opera Manuscripta extant in Bibliotheca Regiensi.

Huius meminit Antonius Posseuinus è Societate Iesu. *Tom.* 3. *Apparatus Sacri*

Sacri in Appendice ad Bibliothecas. fol. 141. Ex Eucherio Bonerto; apud Ambrosium de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 4. ad annum* 1541. *pag. mihi* 274. *col. p. in calce.*

1541. *Fr. Leonardus de Ragusio.* Eodem pariter Anno nostræ Reparatæ salutis Millesimo quingentesimo quadragesimo primo claruit in Conuentu Sancti Dominici Venetiarum Prouinciæ Lombardiæ; Fr. Leonardus de Ragusio præfati Conuentus alumnus; qui ex Baccalaureo Studij Bononiensis ad primariam Cathedram Theologalem moderandam in Vniuersitate Patauina in via Sancti Thomæ Aquinatis electus fuit, in quo munere elegantissimè iuxta partitionem Theologicæ Summæ S. Thomæ quatuor Libros sententiarum Petri Lombardi explicuit, qua occasione, & scripsit.

Eruditissima Commentaria in vniuersam Summam Sancti Thomæ.

Et varia Opuscula, quæ in præfato Conuentu Sancti Dominici Venetiarum seruantur.

Quem celebrant, Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis.* Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 4.* Ambrosius Gozzius, *in Catalogo Scriptorum Ordinis.* Antonius Posseuinus, *in Apparatu Sacro. Tom. 2. fol.* 341. Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 4. ad annum* 1541, *pag. mihi* 277. *col.* 2.

ANNO 1542.

1542. *Fr. Bartholomeus Spina.* FR. Bartholomeus Spina de Pisis Prouinciæ Lombardiæ alumnus. Vir facundia, atque doctrina eximius, qui ex Magistro Studentium, Baccalaureo, nec non Regente Studij Bononiensis à Paulo Papa III. Romam vocatus Sacri Palatij Apostolici Magister denunciatus fuit, in quo munere eruditissimè scripsit sequentes Tractatus. Videlicet

Commentaria super Perihermenias.

Super Libros Posteriorum.

Super Physicam.

Super libros de Anima, nec non.

Deffensiones in Metaphysicam contra Scotistas.

Item Propugnaculum Aristotelis de Immortalitate Animæ.

Item Tutelam veritatis de Immortalitate. Animæ contra Petrum Pomponatium Mantuanum.

Item flagellum in tres Libros Apologiæ, eiusdem Petri Pomponatij de Immortalitate animæ.

Quæstiones Theologicas de Deo.

Quæstiones Theologicas de Personalitate.

Quæstiones de primis Operibus Angelorum.

Quæstiones de Informatione animæ intellectiuæ.

Tractatus de Vniuersali corruptione generis humani.

Tractatus de Conceptione Virginis Deiparæ Immaculatæ.

De forma Sacramenti Baptismi.

De necessitate eiusdem.

De neutra intentione Baptizati.

De forma Consecrationis Sanguinis Christi Domini.

De necessitate Confessionis ante sumptionem Ecclesiæ.

De Ordine Sacro.

De præsumptuoso appetitu ad Episcopatum.

De Matrimonio Casus diuersos.

De Coniugio in gradibus à Iure Diuino prohibitis.

De Dispensatione concessa Fratribus.

De Potestate Ecclesiæ circa dispensationem in gradu prohibito.

Dubia de Simonia.

De Simoniaca redemptione vexationis Ecclesiæ.

De Vsura Casus per multos.

De Strigibus, & alia.

De Strigibus, atque Lamijs.

De Præstantia Alexandri supra Salomonem.

Item Epistolam eruditissimam in Commendationem Doctrinæ S. Thomæ, & Caietani ad Secundam Secundæ Sancti Thomæ.

Et alia quamplura Opera.

Laudes verò tanti Viri celebrant Leander Alberti, *de Viris Illustr. Italiæ lib.* 4. Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis.* Hyppolitus Maracius, *in Bibliotheca Mariana.* Antonius Posseuinus, *in Bibliotheca, siue Apparatu Sacro, & in Appendice.* Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illust. Ord. Prædicatorum, p. 2. lib. 3.* Reginaldus Lucarinus, *inter Monumenta Conuentus Pisani.*

ni. Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro p. 2. cap. 5. de Magistris Apostolici Palatij. num. 41. & de Romana Prouincia cap. 6.* atque Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 4. ad annum 1546. pag. mihi 291.* qui facit ipsum de Prouincia Romana. Verum Vincentius Riualius, *in Catalogo Illust. Scriptorum Prouinciæ Lomb. manuscripto, ad annum 1542. pag. mihi 14. num. 53.* vult ipsum fuisse Prouinciæ Lombardiæ alumnum, quod & per antea asseruit Ludouicus Prælormitanus, *in Chronico manuscripto filiorum Conuentus Bononiensis.*

ANNO 1543.

1543. *Fr. Antonius Beccari.* FR. Antonius è Beccarijs Ferrariensis Conuentus Sanctæ Mariæ Angelorum filius. Vir felicissimo ingenio dotatus, ac perinde singulari doctrina, atque prudentia clarus, qui ex Apostolico Inquisitore Ferrariensi aduersus hæreticam prauitatem à Leone Papa X. Romam Vocatus, Vicarius Generalis primò, deinde Procurator Generalis Ordinis factus, tandem ob egregias ipsius animi dotes ab eodem Romano Pontifice Scutarensis Ecclesiæ in Sclauonia Episcopus denunciatus fuit. In quo munere singularis suæ Sapientiæ indicia dedit. Scripsit namque infrascripta Volumina. Videlicet,

Eruditissima Commentaria in p. p. Summæ Sancti Thomæ.
Commentaria in Metaphisicam Aristotelis.
Commentaria in Octo Libros Physicorum.
Commentaria in tres Libros de Anima.
Commentaria in Libros de Cælo, & Mundo.
Item in Libros Posteriorum.
Item in Perhiermenias.
Item in Prædicabilia Porphirij.
Item in Librum de Sphera Ioannis à Sacro Busto.
Item Quæstiones Quodlibetales de Entis Analogia.
Item de Maximo, & Minimo.
Item Tractatum de primis, & secundis intentionibus.
Commentaria in omnes Dauidicos Psalmos, iuxtà sensum literalem, allegoricum, moralem, & anagogicum.
Commentaria in Librum Iob. Item.
In Psalmum 118. Hom. 40.
In Epistolam Canonicam Diui Petri. Hom. 50.
De Laudibus Virginis Deiparæ. Hom. 30. Item
Sermones Quadragesimales, de Legibus.
Sermones de Tempore. Item
Sermones de Sanctis.
Tractatum de Corpore Domini nostri Iesu Christi.
De Exordio Ecclesiæ, an scilicet in Adam, vel Abel inceperit.
Item Scalam Spiritualem pro simplicibus.
Commentaria in Confessionale Sancti Antonini.
Declarationes, siue Decisiones Casuum Conscientiæ.
Consilia diuersa in varijs Casibus.
Item orationes per multas. Item
Praxim Interrogandi Hæreticos, eorumque errores detegendi.
Et alia plura.

Ita ex Leandro Alberti, *de Viris Illustribus Italiæ lib. 4.* Antonio Senensi Lusitano, *in Bibliotheca Ordinis;* Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illust. Ord. Prædicatorum p. 2. lib. 4.* exque Relationibus *Conuentus Ferrariensis.* Apud Vincentium Riualium, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 8. ad Annum 1543. lit. A. num. 31.*

Eodem similiter Anno à Dominica Incarnatione millesimo quingentesimo quadragesimo tertio Vincentiæ in Conuentu Sanctæ Coronæ Prouinciæ Lombardiæ floruit Fr. Hieronymus Pigafesta de Vincentia, Vir vndequaque celebris; signanter vero in humanis litteris versatissimus, qui iuxta proprij ingenij excellentiam plura opera in lucem edidit, quæ sublimitatem illius Sapientiæ demonstrant. Scripsit itaque. 1543. *Fr. Hieronymus Pigafesta.*

Volumen diuersarum Orationum, nec non
Aliud Volumen hæroicorum Carminum.

Ex Leandro Alberti, *de Viris Illustr. Italiæ lib. 4.* Relationibus Lombardiæ, *Conuentus Vicentini.* Apud Vincentium Riualium, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi 30. ad annum 1543. num. 126.*

AN-

ANNO 1544.

1544. *Fr. Vincentius de Vincentia.* FR. Vincentius de Vincentia. Vir doctrina, atque prudentia in Prouincia Lombardiæ non solum, sed in toto Ordine clarus, qui postquam cum summa sui laude in Bononiensi Studio, docendo, atque acerrimè Sancti Thomæ Aquinatis doctrinam defendendo, vti eiusdem Studij moderator, tandem in testimonium Sui acuminis plura Opuscula in comprobationem Doctrinæ eiusdem Angelici Doctoris in lucem edidit. Inter quæ.

Tractatum de Iustitia, & Iure.

Tractatum de Vitijs, atque Virtutibus.

Tractatum de Sacramentis, nec non

Fasciculum diuersarum precum; impressum Venetijs 1542.

Cuius meminit *Chronicon Constitutionum Ordinis prioris impress. fol. mihi* 91. & in recentiori impressione *fol. mihi* 334. §. *nec desit Italia dare nobis*. Ita in impressione Romana anni 1650.

1544. *Fr. Petrus Bertanus.* Eodem Anno millesimo quingentesimo quadragesimo quarto floruit in Prouincia Lombardiæ, & Fr. Petrus Bertanus Nonantulanus Mutinensis Diœcesis, Eminentissimi Cardinalis Thomæ Badiæ Discipulus. Vir omni ex parte meritorum copia inclytus; qui à Iulio Papa III. de anno millesimo quingentesimo quinquagesimo primo, 12. Kalendas Ianuarij, creatus fuit Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Præsbiter Cardinalis, in qua dignitate constitutus, suæ litteraturæ insignis quam plura testimonia dedit, inter quæ egregiè scripsit, vti Angelicæ doctrinæ propugnator acerrimus.

Commentaria eruditissima super primam Partem Summæ Sancti Thomæ.

Commentaria super primam secundæ Sancti Thomæ.

Commentaria super Secundam Secundæ Sancti Thomæ, &

Commentaria super tertiam partem eiusdem Sancti Thomæ, atque

Volumen aliud de Auctoritate Papæ aduersus Lutherum.

Laudes tam eximij Viri celebrant. Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustribus Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 4.* Ferdinandus Vghellus, *Tom. 1. Italiæ Sacræ.* Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum.* Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. 1. cap. 2. num. 35.* & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Centuria 4. ad annum 1544. pag. mihi 288. col. p.*

ANNO 1545.

FR. Marcus Cataneus ex nobilissima Cataneorum Genuensium familia ortus, Conuentus Sanctæ Mariæ de Castello Genuæ alumnus; Vir non tam natalium splendore, quam scientia clarus, quippe qui ob scientiarum copiam à Clemente Papa VII. Bononiæ 1530. die 24. Ianuarij in Concistorio ex suffraganeo Ianuensis Archiepiscopi, in Rhodiensem Archiepiscopum creatus fuit, in quo munere postea scripsit Italicæ. 1545. *Fr Marcus Cataneus.*

Librum, cui titulus. Instrutione della Vita Christiana, valde doctum, atque eruditum.

Item grande Volumen, cui titulus, Il Cinque foglio del Diuino Amore, in quinque libros distributum.

Ita ex Actibus *Concistorialibus* Clementis Papæ VII. Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustribus Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 4.* Ex Registro *Cancellariæ Apostolicæ.* Vincentio Maria Fontana, *in Theatro Sacro p. p. cap. 4. de Archiepiscopis t. t. 52. num. 4. & tit. 81. num. 2.* Vberto Folietta, *in Elogijs de Viris Illust. Lyguris.* Abbate Michaele Iustiniano, *in Catalogo Scriptorum Lygurum.* Alphonso Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum.* Ambrosio de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 4. ad annum 1545. pag. mihi 289. col. 2.* & Vincentio Riualio, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 49. ad annum 1564. lit. M. num. 165.*

Eodem pariter Anno floruit Fr. Augustinus Saluagus de Genua Prouinciæ Lombardiæ alumnus. Vir tam in Theologia Scholastica, quàm in Historia peritissimus, qui Oecumenico Tridentino Concilio, cum amplissimis Ordinis PP. interfuit, quem postea ob egregias ipsius animi dotes Paulus IV. Pontifex Maximus Archiepiscopum Ianuensem creauit annò millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo; qui & scripsit. 1545. *Fr. Augustinus Saluagus.*

Opusculum de Clericorum necessaria instructione.

Atque Librum Sermonum ad Clerum Ianuensem, qui in Bibliotheca Ianuensi S. Dominici inter manuscripta seruatur.

Huius meminit Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis p. 2. lib. 4. Tom 4. Italiæ Sacræ.* apud Vincentium Mariam Fontanam, *in Theatro p. 2. cap. 4. de Archiepiscopis Tit. 52. pag. mihi 89. col. p. & p. 2. cap. 3. de PP. in Concilijs. tit. 15. de Concilio Tridentino pag. 391. col. 2.*

ANNO 1546.

1546. *Fr. Paulus Manna.* FR. Paulus Manna Cremonensis Lombardus. Perinsignis Lombardiæ Prouinciæ sui æui Philosophus, atque Theologus, qui eruditissimo calamo egregie scripsit.

Commentaria eruditissima super totam Summam Theologicam S. Thomæ Aquinatis. Quatuor ingentibus Voluminibus contenta.

Item Commentaria profundissima ad mentem Sancti Thomæ super vniuersam Aristotelis Philosophiam, alijs Tribus Voluminibus comprehensa.

Et alia quamplura Opuscula varia.

Quæ Opera Typis excusa non fuerunt, ob magnitudinem Voluminum, quæ maximas expensas consumarent, tum etiam ob difficillimum Characterem quo conscripta fuere, quæ tamen Scripta in Conuentu Sancti Dominici Cremonæ cuius erat filius, tam insignis auctor, asseruantur.

Laudes tam egregij Viri celebrant, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustribus Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 4.* Petrus Martyr Felta Vrceanus, *in Chronico Conuentus Cremonensis manuscripto.* Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 4. ad annum 1545. pag. mihi 280. col. p.* & Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi 53. ad annum 1546. lit. P. num. 183.*

1546. *Fr. Ioannes de Placentia.* Fr. Ioannes de Placentia eodem Anno millesimo quingentesimo quadragesimo sexto floruit in Prouincia Lombardiæ, omnium Poetarum, Historiarumque sui æui professorum nemini secundus, qui inter cætera eius opera, elegantissimo calamo scripsit.

Eruditissimam Historiam Episcoporum totius Germaniæ inferioris, nec non

Carmine, Codicem Sermonum animalium singulari artificio compilauit.

Cuius meminere Ioannes Michael Plodius, *in Historia de Viris Illustr. Ord. Prædicatorum, p. 2. lib. 4.* Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis, fol. 156. & fol. 157.* apud Ambrosium de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 4. pag. mihi 295. ad annum 1547. col. 2. §. Ioannes Placentinus.* Et Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi 35. ad annum 1546. lit. I. num. 155.*

Eodem pariter Anno floruit Fr. Hieronymus Michael Nichelosa Veronensis Nobili genere natus, sed virtutibus, atque doctrina clarior, qui Concilio Generali Tridentino vnus ex PP. ibidem consedentibus præfuit; & postmodum ob egregias ipsius animi dotes à Paulo Papa IV. anno millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo ad Ecclesiam Theanensem promotus fuit, vbi elegantissimo calamo scripsit. 1546. *Fr. Hieronymus Nichelosa.*

Opusculum de Laudibus Virginis valde elaboratum.

Nec non Directorium pro eius Synodo in proximo ad Clerum habendo.

Quem celebrant Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illust. Ordinis p. 2. lib. 4.*, Ferdinandus Vghellus *Tom 6. Italiæ Sacræ.* Et Vincentius Maria Fontana, *in Theatro p. p. cap. 5. de Episcopis tit. 583. pag. mihi 306. col. 2. num. 3. & p. 2. cap. 3. de PP. in Concilijs, de Concilio Tridentino pag. mihi 392. col. p.*

ANNO 1547.

FR. Petrus Martyr à Sancto Geruasio Nobilis Brixiensis Conuentus Sancti Dominici Brixiæ alumnus. Vir tum in Theologia, tum in Iure Pontificio eruditissimus, qui proprijs Lecturis in principalioribus Prouinciæ Lombardiæ Conuentibus gloriosè expletis, dum actu Cathedram Theologalem in Conuentu Bononiensi regeret à Sanctissimo Domino Nostro Paulo Papa III. ad relationem Eminentissimi Domini Cardinalis Thomæ Badiæ cuius noster Petrus Martyr de Sancto Ger- 1547. *Fr. Petrus Martyr de Sācto Geruasio.*

Geruasio erat amicissimus Romam vocatus in locum Reuerendissimi Bartholomæi Spinæ; Sacri Palatij Apostolici Magister creatus fuit, in quo munere in lucem edidit infrascripta Opera.

Volumen vnum de Diuini Verbi Incarnatione.

Aliud Volumen de Auctoritate, siue Potestate Papæ, nec non

Opusculum valde eruditum de Conceptione Immaculatæ Virginis Deiparæ.

Quem inter Magistros Apostolici Palatij recensent, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 4.* Reginaldus Lucarinus, *in Additionibus ad Indicem lib. prohibit.* & Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. 2. de Ministris Apostolicæ Sedis fol. 42. pag. mihi 245. col. 2.*

1547. *Fr. Vincentius de Placentia.* Eodem Anno millesimo quingentesimo quadragesimo septimo floruit in Conuentu Placentino Prouinciæ Lombardiæ, Fr. Vincentius de Placentia, Vir probitate vitæ, atque doctrina clarus, qui egregiè scripsit.

Tractatum de peccato Originali, valde elaboratum; atque

Tractatu de Natura, atque efficacia gratiæ.

Et alia plura Opuscula.

Cuius meminit Chronicon. Constitutionum. *fol* 91. & Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi* 68. *ad annum* 1547. *lit. V. num.* 245. *& in Chron. nouiss. Constit. cap.* 16. *in fine §. Protulit, & Hispania.*

1547. *Fr. Clemens Araneus.* Eodem quoque anno nostræ Reparatæ Salutis millesimo quingentesimo quadragesimo septimo claruit in Prouincia Lombardiæ Fr. Clemens Araneus. Vir tam in Theologia speculatiua, atque morali, quam in dogmatica excellens, qui ex Ragusina Congregatione ad Pisaurensem Conuentum eius translata affiliatione, Prouinciam Lombardiæ elaboratissimis scriptis illustrare voluit: quare profundissimo calamo scripsit.

Super quatuor Libros Sententiarum Petri Lombardi, ad mentem Sancti Thomæ Aquinatis.

Super Epistolam Apostoli Pauli ad Romanos aduersus errores Lutheranorum.

Item Eruditissimum Quodlibetum Declamatorium.

Item Summam Casuum Conscientiæ copiosissimam.

Item Volumen Sermonum de Laudibus Virginis Deiparæ.

Et alia Opuscula diuersa.

De quo abundè Sixtus Senensis, *in Bibliotheca Sancta lib.* 4. Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 4.* Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis*, Hyppolitus Maraccius, *in Bibliotheca Mariana*. Antonius Possevinus, è Societate Iesu, *in Apparatu Sacro*. Ambrosius Gozzius, *in Catalogo Scriptorum Ordinis*. Aubertus Miræus, *de Scriptoribus seculi* 16. *cap.* 58. & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 4. ad annum* 1546. *pag. mihi* 295. *col.* 2.

Eodem pariter anno floruit Fr. Michael de Asti Iannuensis, Conuentus Sancti Laurentij de Tridento, Domus FF. Ordinis Prædicatorum, Prouinciæ Lombardiæ Prior. Vir non minus in Iure Pontificio, inque Sacrorum Conciliorum decretis, quàm in Philosophicis, atque Theologicis disciplinis diligentissimè versatus; ac tanti nominis fama celebris, vt à PP. Sacræ Synodi Tridentini, inter cæteros amplissimos PP. ad perorandum, atque decidendum in præfato Oecumenico Concilio Tridentino, sine vllo obice fuerit communitèr admissus, qui & scripsit varia Opuscula inter cætera autem. 1547. *Fr. Michael de Asti.*

Super Aristotelem in Libros de Causis.

Et super Libros de Cælo, & Mundo.

Cuius meminit Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Dominicano p. 2. cap. 3. de PP. in Concilijs, Tit.* 18. *de Concilio Tridentino, pag. mihi* 393. *col. p.* Ex actis Concilij Tridentini.

ANNO 1548.

Fr. Hieronymus Papinus de Lauda Mediolanensis Dominij, eruditione, extensione, atque profunditate, tàm in Philosophia, quàm Theologia Doctor eximius, qui in suo Regentatu Studij Bononiensis, intèr cætera scripsit. 1548. *Fr. Hieronymus Papinus.*

Doctissima Commentaria in Summam Sacræ Theologiæ Sancti Thomæ. Nec non

Per multa Opuscula in materia Philosophica, etiam ad mentem Sancti Thomæ.

Ex Ioanne Michaele Plodio, *in Historia de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum. p. 2. lib. 4.* Ex Relationibus *Prouinciæ Lombardiæ*, atque Vincentio Riualio, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 30. ad annum 1548. lit. A. num. 127.*

1548. *Fr. Albertus de Venetijs.* Similiter eodem anno millesimo quingentesimo quadragesimo octauo, Claruit in Conuentu Sancti Dominici Venetiarum Prouinciæ Lombardiæ Fr. Albertus de Venetijs, dicti Conuentus alumnus; qui cum esset ea tempestate excellentissimus Musicus; peritissimo Calamo scripsit.

Eruditissimum Compendium de Arte Musices.

Cuius laudes celebrant Petrus Zeron, *in Libro Musicæ*, Andreas Lorente, *in Libro de Causa Musicæ lib. 4. cap. 24. fol. 475.* Hyacinthus de Parra, *in Catalogo manuscripto de Script. Ord. Præd.* & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ord. Prædicatorum Centuria 4 ad annum 1546. pag. mihi 294. §. Albertus de Venetys, col. 1.* à quo hæc desumpsimus, quasi ad litteram.

ANNO 1549.

1549. *Fr. Ioannes de Derthona.* Fr. Ioannes Derthonensis Lombardus Mediolanensis Dominij. Vir Poeta, atque Historicus versatissimus, nec non Hæreticorum malleus, qui dum Louanij ocasione studiorum detineretur, eruditissimo calamo infrascripta perspicacissimi ingenij opera compilauit, videlicet.

Catalogum Episcoporum inferioris Germaniæ, Erardo Marcano Cardinali, Leadiensi Episcopo dicatum.

Item Librum, siue Libellum aduersus Hæreticos, inscriptum Prælium Porcorum, Pio III. Pontifici dicatum.

Item duplicem Dialogum, quorum primus inscribitur, Clericus Æques. Alter vero dicitur. Luciani Aulicus.

Item, & Libellum tercentum Carminum, siue Centonum, in laudem Caluorum, Carolo Caluo pariter dicatum.

De quo Ioannes Michael Plodius *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib.* 4. Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum fol. 156. & fol. 157.* & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 4. ad annum 1547. pag. mihi 295. col. p. & 2. respectiuè.*

Floruit eodem pariter Anno Fr. Constantinus Coiianus de Iforella Brixiensis Diæcesis Lombardus, profundissimus peripateticus, & magni nominis Theologus, qui ob singularis doctrinæ præstantiam, qua fulgebat inter amplissimos Oecumenici Concilij Tridentini PP. tanquam Theologus cum Reuerendissimo Episcopo Montis Politiani interfuit. Qui & scripsit. 1549. *Fr. Constantinus de Isorella.*

Super Logicam Aristotelis.

Super Libros de Anima.

Atque Postillam super Psalmum Miserere. Quæ manuscripta in Conuentu Sancti Dominici Ferrariæ seruantur.

Ex Relationibus antiquis Ferrariæ exque Vincentio Maria Fontana *in Theatro p. 2. cap. 3. de PP. in Concilijs Tit. 15. de Concilio Tridentino. pag. mihi 393. col. p.* ex actis Concilij Tridentini.

ANNO 1550.

Fr. Leander cognomento Alberti Bononiensis. Vir in Politioribus litteris, Philosophicis, atque Theologicis disciplinis, nec non mathematicis valde clarus; quemadmodum & in materia Ecclesiasticarum Historiarum, siue Annalium Ecclesiasticorum, ātiquorumque monumentorum, omnium eius Seculi versatissimus, qui dum esset Inquisitor Generalis Bononiensis præclarissimi ingenij sequentia opera scripsit, atque compilauit, videlicet. 1550. *Fr. Leander Alberti.*

Descriptionem satis acuratam totius Italiæ. Bononiæ impressam 1566. quam postea ex Italico, Latino idiomati redditam publicarunt Colonienses, anno 1566.

Item Volumina num. 6. de Viris Illustribus Ordinis Prædicatorum.

Item Librum de Mulieribus illustribus eiusdem Ordinis Prædicatorum.

Item Librum; siuè Historiam de Translatione Corporis Sancti Patris Dominici.

Item Copiosissimum Chronicon Ciuitatis Bononiensis in lib. 62. distributum.

Item

Item Librum de Obitu Diui Dominici Calaregitani.

Item Vitam Ioannis Bentiuoli Secundi.

Item Historias Italica Lingua conscriptas, quæ in Conuentu SS. Ioannis, & Pauli seruantur, &

Ephemerides ab aduentu Ludouici Galliæ Regis in Italiam, vsque ad annum 1550.

Nec non, & Vitam B. Corradini Bornati Brixiensis, quæ seruantur Bononiæ.

Cuius laudes referunt Antonius Posseuinus, *in Apparatu Sacro*. Aubertus Miræus, *de Scriptor. Ecclesiasticis pag. 496.* Ludouicus Prælormitanus, *in Chron. Conuentus Bononiensis*. Seraphinus Razzius, *in Historia de Viris Illustribus Ordinis*. Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis p. 2. lib. 4.* Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*. Ambrosius de Altamura *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 4. ad annum 1550. pag. mihi 299. col. 2.* & Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 46. ad annum 1550. lit. L. num. 157*

1550. *Fr. Dominicus de Castenedulo.* Eodem Anno millesimo quingentesimo quinquagesimo in Conuentu Brixiensi claruit Fr. Dominicus de Castenedulo Brixiensis Diœcesis, Philosophus, atque Theologus obseruantiæ Regularis Promotor oculatissimus, vnde & celeberrimæ Congregationis Lombardiæ Vicarius Generalis creatus fuit. Qui & cum esset non minus Orator facundus, quàm profundus Theologus eruditissimo calamo scripsit.

Grande Volumen Sermonum de Sanctis valde elaboratum.

Aliud Volumen Sermonum de Tempore per totum Annum, & tandem

Tertium Volumen Sermonum Quadragesimalium.

Quem celebrant Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis fol. 73.* Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib 4.* Ambrosius Gozzius, *in Catalogo Scriptorum Ordinis*, Antonius Posseuinus, *in Appendice ad Tom 1. Apparatus Sacri*, Ludouicus Prælormitanus, *in Chronico Conuentus Bononiensis*, Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 4. ad annum 1550. pag. mihi 299. col. 2.*, Vincentius Riualius *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 21. ad annum 1540. lit. D. num. 87.*, atque Leonardus Cossaudi, *in Bibliotheca Brixiensi lit. D. pag. 100.*

Eodem pariter Anno ab Incarnatione Dominica millesimo quingentesimo quinquagesimo floruit in Prouincia Lombardiæ Fr. Laurentius Ghirardi Bergomensis. Vir doctrina, facundia, atque singulari in concionando gratia dotatus, qui & à Paulo Papa III. Sacra Thiara decoratus Bononiensem Ecclesiam tamquàm Suffraganeus per multum temporis sanctissimè rexit, in quo munere in lucem edidit. 1550. *Fr. Laurentius de Ghirardis.*

Librum Sermonum de Sanctis, nec non de Laudibus Virginis Deiparæ.

Librum Sermonum de Tempore per totum annum, atque

Librum Sermonum Quadragesimalium, valde eruditum.

Ex Antonio Senensi Lusitano *in Bibliotheca Ordinis*, Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustribus Ordinis Prædicatorum p. 2. lib 4.* Relationibus, *Lombardiæ Prouinciæ*; nec non ex Vincentio Riualio, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi 46. ad annum 1550. lit. L. num. 155.*

Eodem similiter Anno millesimo quingentesimo quinquagesimo in Prouincia Lombardiæ claruit Fr. Barnabas de Bernardis Salutiensis Pedemontanus, Vir tam in Theologia, quàm in Humanis litteris, siue parte Oratoria, vndequaque clarus, qui inter alia, quæ latino, eleganti ssimoque idiomate scripsit; in sublime acuminis sui testimonium, in lucem edidit. 1550. *Fr. Barnabas de Bernardis.*

Elegantissimam Orationem de Exultatione pacis, inter Europæos Principes firmatæ, Parisijs impressam.

Cuius meminit Franciscus Augustinus ab Ecclesia nobilis Salutiensis, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Pedemontis pag. mihi 17. §. Barnaba Bernardi.*

ANNO 1551.

Fr. Ioannes Iocundus, siue Fr. Iocundus de Verona Philosophus, ac Theologus magni nominis, linguæque Græcæ, atque Latinæ peritissimus, ac perinde Poeta, Orator, Pictor, Architectus, & Mathematicus excellentissimus; vnde & quia Aldi Manutij 1551. *Fr. Ioannes Iocundus.*

coetaneus, ita & eius amicus extitit; tantaque gratia dotatus vt esset familiaris Maximiliano Imperatori, pergratusque Ludouico Galliarum Regi, ac demum tantæ excellentiæ vt Parisijs, Romæ, Venetijs, atque Veronæ præfatæ scientiæ, atque sui perspicacissimi ingenij euidentissima testimonia dederit, quæ omnia, & purgatissimo calamo confirmauit. Scripsit enim

Plura Opuscula, tam in Philosophia, quàm in Theologia; dignissima.

Item Volumen satis grande Memorabilium antiquitatum. D. Laurentio de Medicis dicatum.

Item Annotationes, siue Obseruationes in Cæsaris Commentaria valde dignas.

Item in lucem edidit Vitruuij Commentaria à mendis expurgata.

Item quamplures Plinij Epistolas in lucem edidit.

Item Scripta Antiquorum in materia humanarum litterarum Parisijs in vnicam catenam miro ordine ad omnium commodum reduxit, ac tandem

Alia scripta dignissima posteritati reliquit.

Cuius laudes celebrare voluit doctissimus Sannazarius Parisijs sequenti Disticon.

Iocundus geminum imposuit sibi Sequana pontem:
Hunc tu iustè potes dicere Pontificem.

Tam eximij Viri meminere Politianus, *in suis Miscellaneis*, Bodeus, *in eius Architecturæ præfatione*, Sannazarius, *in Iocundi Laudibus*, Vasarius, *in Vita Pictorum*, atq; Seraphinus Razzius, *in Historia Illustr. Virorum Ordinis Prædicatorum, signanter in linea Picturæ, atque Architecturæ pag. mihi 347. num. 5.*

1551. *Fr. Hieronymus Muzzarellus.* Eodem pariter anno floruit Fr. Hieronymus Muzzarellus, Bononiensis Conuentus alumnus origineque Bononiensis. Vir à Philosophiæ, à Sacrarum litterarum peritia, ab Historiarum memoria, morumque probitate, atque Sacrarum Constitutionum obseruantia, maximè commendabilis, qui ex Inquisitore Generali Apostolico Bononiensi ad Magisterium sacri Palatij Apostolici in Ambrosij Catharini locum promotus est, in Tridentinaque Synodo inter PP. conscriptus libenter est, vtpote qui Linguarum Hebraicæ, atque Græcæ peritissimus, & Legatus Apostolicus ad Carolum V. Imperatorem missus, Apostolicè Sedis dignissimè partes sustinuit, scripsitque firmissimo calamo.

Tractatum aduersus errores Lutheri.

Simulque opusculum de Auctoritate Papæ.

Quem Doctorem celebrant Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustribus p. 2. lib. 4.*, Fernandus Vghellus, *Tom. 6. Italiæ Sacræ*, & Vincentius Maria Fontana, *in Theatro p. 2. cap. 5. tit. 44. pag. mihi 426. col. 2., & in Chron. Const. cap. 17. §. Tempore huius May in medio.*

ANNO 1552.

Fr. Iulius Pauesius de Quintiano Brixiensis Diœcesis Prouinciæ Lombardiæ alumnus. Vir insignis profundissimæ intelligentiæ, ad dignitates, animarumque regimen natus, qui ob eximiam eruditionem, ex Commissario Generali Sancti Officij de Vrbe, creatus fuit Episcopus Vestanus in Regno. Sacrosanctoque Generali Concilio Tridentino interfuit, ac tandem à Paulo Papa IV. Archiepiscopus Surrentinus de anno millesimo quingentesimo quinquagesimo octauo creatus fuit, quem postmodum Pius Papa IV. Nuncium Apostolicum ad Proregem Neapolitanum, atq; in Belgium misit; qui & eruditè scripsit Tractatum, siue 1552. *Fr. Iulius Pauesius.*

Librum aduersus hæreses sui Temporis.

De quo Vincentius Maria Fontana, *in Theatro p. p. cap. 4. de Archiepiscopis tit. 95. num. 2. pag. mihi 101. col. 2., & p. 2. cap. 3. tit. 15. de Concilio Tridentino, pag. mihi 392. col. 1. inter Archiepiscopos.*

ANNO 1553.

Fr. Ambrosius Politi Senensis, ex singulari deuotione, quam habebat erga Diuam Catharinam Virginem, ac Martyrem factus fuit Conuentus Sanctæ Catharinæ super Formellum Neapolis alumnus, atque Catharinus dictus, siue nuncupatus, Vir doctrina, cæterisque virtutibus spectabilis, apud Romanos Pontifices, sapientissimosque Oecumenici Concilij Tridentini Pa- 1553. *F. Ambrosius Catharinus.*

Patres in maxima æſtimatione ſemper habitus, vnde & Minorenſis Epiſcopus in Regno Neapolitano primò, deindè Archiepiſcopus Compſanus creatus fuit, in quo munere ſublimia ſui ingenij indicia ſequentibus ſcriptis dedit. Scripſit ergo.

Super quinque priora capita Geneſis.
Super omnes Diui Pauli Apoſtoli Epiſtolas.
Super Epiſtolas Canonicas Diui Petri Apoſtoli.
Super Epiſtolas Diui Iacobi, Thadæi, & Ioannis.
Item Speculum Hæreticorum.
Item de Conceptione Virginis Deiparæ Libros tres.
Item Librum de Conceptione Virginis Mariæ Beatiſſimæ à dictis tribus Libris diuerſum.
Item Libros quinque contra Lutherum.
Tractatum de Reſidentia Epiſcoporum.
Tractatum de Anni Correctione.
Item de Cultu, & Adoratione Sacrarum Imaginum.
Item de veritate Incruenti Sacrificij Miſſæ.
Item de ſtatu Puerorum abſq; Sacramento Baptiſmatis decedentium.
Item de Angelorum bonorum gloria.
Item de Conſumata gloria ſolius Christi Domini, & Beatiſſimæ Virginis.
Item de conſideratione ſtatus præſentis, ex zizanijs Hæreticorum.
Item de Auctoribus, & Auctoritate librorum Sacræ Scripturæ.
Librum, cui titulus Ad aperiendas, & Intelligendas Scripturas, claues duæ.
Tractatum de Veneratione Sanctorum.
Tractatum de Præſcientia, & Prouidentia Dei.
Tractatum de Interpretatione quarti Capituli Concilij Tridentini.
Tractatum de Cælibatu aduerſus Eraſmum.
Tractatum de Lapſu hominis.
Tractatum de Peccato Originali.
Item de Morte, & Reſurrectione.
Item de Veritate Purgatorij.
Item de Præmio bonorum.
Item de Supplicio æterno malorum.
Item de Perfecta iuſtificatione.
Item de Fide, & Operibus.
Item contra Baldum.
Item contra Scotum.
Item Contra Caietanum Libros ſex.
Libros tres de Prædeſtinatione Dei.
Libros duos de Eximia Christi Prædeſtinatione.
Item de Angelorum malorum lapſu.
Item quo Iure, & qua pœna plectendi ſint Hæretici.
Item de Recipiendis Iudæorum pueris venientibus ad Baptiſmum.
Item Aſſertiones 14. pro aſſertione Gratiæ, ad Concilium Tridentinum.
Et alia Opuſcula varia.

De prerogatiuis tam eximij Viri tractant Robertus Bellarminus, *de Scriptoribus Eccleſiaſticis*, Antonius Poſſeuinus, *in Apparatu Sacro*, Hyppolitus Maraccius, *in Bibliotheca Mariana*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illuſtr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 4.*, Antonius Senenſis Luſitanus, *in Bibliotheca Ordinis*, Alphonſus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. 1. cap. 4. de Archiepiſcopis tit. 3. num. 3., & cap. de Epiſcopis tit. 300. num. 4.*, & Ambroſius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 4. ad Annum 1553. pag. mihi 302. col. 2. §. Ambroſius de Politis Senenſis.*

ANNO 1554.

FR. Thomas Donati Venetus Conuentus Sancti Dominici Venetiarum Prouinciæ Lombardiæ alumnus, ab Alexandro Papa VI. poſtea Patriarcha Venetiarum creatus, Vir Philoſophus, atque Theologus celebris, qui quemadmodum Eccleſiaſtes eruditiſſimus, atque profundiſſimus, & Diuini Verbi perſpicaciſſimus Orator extitit; ità & egregiè ſcripſit. 1554. *Fr. Thomas Donatus.*

Præclariſſima Commentaria ſuper Dauidicum Pſalterium.
Super Epiſtolas omnes Diui Apoſtoli Pauli.
Super Euangelium Diui Matthæi, &
Super Summam Theologalem Sancti Thomæ. Quinimò, & ſcripſit.
Sermones de Tempore.
Sermones de Sanctis, nec non
Volumen aliud à prædictis diſtinctum, Sermonum Quadrageſimalium.
Quæ ſcripta ſeruantur in Conuentu Sancti Dominici Venetiarum, cuius erat filius.

Quanti autem noſtri Thomæ Donati,

aliàs æstimata fuerit sententia, & opinio; de facili ex sequenti Epitaphio colligi potest. In Ecclesia namque Sancti Dominici de Castello Venetiarum propè illius sepulchrum sic legitur posteritati registratum.

Hieronymus Quirinus.
Ne serui cadauer inferretur,
Vbi Corpus conficitur Domini
Hic voluit humari.
Qui adolescens in Thomæ Donati verba
Primum iurauit,
Quem in Monastica dignitate subsecutus,
Ex Patriarcha Patriarcha
Iusti tenax imitatus.
Obijt Anno salutis M.D.LIX.
Id. Decembris.

Celebrem tanti Viri memoriam fecere Antonius Posseuinus è Societate Iesu, *in Apparatu Sacro de Scriptoribus Ecclesiasticis*, Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum*, Ferdinandus Abbas Vghellus, *Tom. 5. Italiæ Sacræ*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustribus Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 4.*, Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. p. cap. 3. de Patriarchis Tit. 7. num. 2.* Seraphinus Razzius, *in Historia Illustr. Virorum Ord.* Alphonsus Fernandez; *in Concertatione Prædicatorum*, Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 4. ad annum*, 1505. *pag. mihi* 225. *col.* 2., & Vincentius Riualdius, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 65. lit. T. num. 224.*

ANNO 1555.

1555. *Fr. Hyppolitus Cieta.*

FR. Hyppolitus Çieta Venetus, Conuentus Sancti Dominici Venetiarum Prouinciæ Lombardiæ alumnus. Vir in Musicæ arte peritissimus, qui & sui calamo pleno de numero sonoro absolutissimè scripsit; adeòque excellens extitit, vt omnes fere Musici posteriores, eorum compositiones ab illius compositionibus mutuauerint; Scripsit itaque.

Libros plurimos, iuxta Musicæ principia eruditissimos.

Ita ex Scipione Cereto, *de numero sonoro, atque Arte Musicæ*, Francisco Sansouino, *de Scriptoribus Venetis*, Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 4.* & Ambrosio de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 4. ad annum 1555. pag. mihi 308. col. p. § Hyppolitus Cieta Venetus.*

ANNO 1556.

FR. Thomas Scotus de Rochegiano, Vigleuanensis Diæcesis, Vir acuto ingenio, & omni litteratura ornatus, atque Theologus profundissimus, qui ex Bacalaureo Studij Bononiensis ad Commissariatum Generalem Sanctissimæ Inquisitionis de Vrbe administrandum à Sanctissimo Pio Papa V. assumptus, suæ sapientiæ euidentissima etiam posteris reliquit indicia. Scripsit enim 1556. *Fr. Thomas Scotus.*

Nonnullas notulas pro recta Methodo seruanda in Causis Sancti Officij.
Nec non Volumen aduersus errores Lutheri.

Quem Doctorem celebrant Ludouicus de Paramo *de Mag. Sanctissimæ Inquisitionis lib. 2. tit 2. cap. 1.* Ioannes Michael Plodius, *p. 2. lib. 4. Illustr. Virorum Ordinis*, & Ferdinandus Vghellus, *Tom. 4. Italiæ Sacræ*, apud Fontanam, *in Theat p. 3. cap. 2. de Inquisit. in Vrbe, tit. 3. pag. 541. col. 2. §. 3. Ghislerius Iustinianus Generalis Commissarius.*

ANNO 1557.

1557. *Fr. Timotheus Iustinianus.*

FR. Timotheus Iustinianus de Chio, Patritius Ianuensis Lombardiæ Prouinciæ alumnus, Doctor Theologus Scholasticus maximus, qui doctè, atq; subtiliter in Oecumenica Synodo Tridentina ad Patres pluries in materia de Iustificatione, & Gratia perorauit; qui & à Iulio Papa III. ob egregia eius merita anno millesimo quingentesimo quinquagesimo Calamonensis Episcopus in Insula Cretensi creatus fuit, qui & peritissimo calamo scripsit.

In materia Gratiæ.
Atque in materia de Iustificatione.

Cuius meminit Ferdinandus Vghellus, *Tom. 1. Italiæ Sacræ inter Strongulenses Episc.* apud Vincentium Mariam Fontanà, *in Theat. p. p. cap. 5. de Episc. tit. 119. pag. mihi 150. col. 1. num. 2. & p. 2. cap. 3. de P. P. in Concilijs, tit. 15. de Concilio Tridentino pag. mihi 392. col. 1.*

Eodem pariter anno floruit Fr. Anto-
1557. nius ex Comitibus Lucani Ianuensis
Fr. Antonius Lucani. Conuentus Sanctæ Mariæ de Castello Genuæ alumnus, Vir ad explicandos suos conceptus, & abditissima quæque penetranda perspicaci ingenio præditus, qui à Paulo III. Pontifice Maximo Brugnatensis Episcopus denunciatus, Concilio Tridentino interfuit, qui in officio pastoralis solicitudinis compilauit sequentia opera videlicet.

Tractatum de Fide.
Tractatum de Spe, &
Tractatum de Charitate.

De quo Doctore mentionem faciunt, Plodius, *de Viris illustr. Ord. p. 2. lib. 4.*, Vghellus, *Tom. 4. Italiæ Sacræ*, & Vincentius Maria Fontana, *in Theatro p. p. cap. 5. de Episcopis tit. 107. pag. mihi 147. col. 1. num. 3., & p. 2. cap. 3. de PP. in Concilijs, tit. 15. de Concilio Tridentino pag. mihi 392. col. 2.*

ANNO 1558.

1558. FR. Placidus de Parma Lombardus,
Fr. Placidus de Parma. Philosophus, atque Theologus celeberrimus, aduersus hæreticam prauitatem Inquisitor Apostolicus, atque Diuini Verbi præco sui seculi maximi nominis qui, & firmissimo calamo, Commentaria egregia scripsit super Sacram Scripturam, & signanter.

Super Dauidicum Psalterium explanationem omni eruditione refertam.
Item eruditissima Commentaria in Epistolam Diui Pauli Apostoli ad Romanos;
Et plura alia Opera dignissima.

Quem celebrant Sixtus Senensis, *In Bibliotheca Sancta lib. 4.*, Antonius Posseuinus, *in Apparatu Sacro*, Aubertus Miræus, *de Scriptoribus seculi 16. cap. 73.* Ioannes Michaele Plodius, *de Vir. Illustr. Ord. Prædicatorum, p. 2. lib. 4.*, Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis*, Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 4. ad annum 1558. pag. mihi 315. col. p*, & Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi 59. ad annum 1557. lit. P. num. 206.*

1558. Eodem quoque Anno nostræ salutis,
Fr. Vincentius Larcherius. millesimo quingentesimo quinquagesimo octauo, in Prouincia Lombardiæ floruit Fr. Vincentius Larcherius de Lugo Romandiolæ, Prouinciæ Lombardiæ alumnus, Vir eloquentissimus, & tpote linguis Hæbraica, Græca, atque Latina insigniter dotatus; qui pariter, & ipse elegantissimè scripsit,

Super Psalmos Dauidicos.
Super Diuum Matthæum.
Librum rectè componendi iuxta Rethoricæ principia, in duas partes distributum.
Et alia plura.

Cuius mentionem per antea fecere Leander Alberti, *de Viris illustr. Italiæ lib. 4.* Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis, Prædicatorum p. 2 lib. 4.*, & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Chronologica Ordinis Prædicatorum, Centuria quarta ad annum 1558. pag. mihi 315. col. 2. §. Vincentius Larcherius à Lugo.*

ANNO 1559.

FR. Cyprianus de Vbertis Pedemontanus Prouinciæ Lombardiæ 1559.
alumnus. Vir tam in Philosophia, *Fr. Cyprianus de Vbertis.*
quam in Theologia, Iureque Pontificio celebris, qui & Vercellensis Inquisitor Apostolicus creatus, quemadmodum aduersus hæreticos strenuè pugnauerat verbo, atque scripto, ita pariter de protestatiuo irrefragabili Catholicæ Fidei Sanctissimæ nempè Crucis signo egregiè scribere voluit. Scripsit itaque.

Codicem de Sanctissima Cruce, eiusdemque efficacia contra hostes fidei, valde eruditum.

Ita ex Francisco Augustino ab Ecclesia, *in Catalogo Scriptorum Pedemontis, pag. mihi 27. §. Cipriano Vberti.*

ANNO 1560.

FR. Hieronymus à Panormo Siculus, 1560.
Conuentus Sanctæ Catharinæ super *Fr. Hieronymus à Panormo.*
Formellum Neapolis filius, ac perinde Prouinciæ Lombardiæ alumnus, Sacræ Theologiæ, Sacrorumque Canonum Doctor eximius qui expletis summa cum sui gloria Lecturis in Conuentu Neapolitano eius originali, nec non Bononiensi tali, ac tantæ humilitati se dedit, vt etiam oblatis sibi à Paulo IV. dignitates Ecclesiasticas constantissimè recusauerit,

Scri-

Scripsit tamen præfatus in vtilitatem fidelium.

Eruditissimum opus, hoc est.

Summam pro Instructione Confessariorum, atque Pænitentium in tres partes distributam.

Cuius meminit Antonius Posseuinus, *in Apparatu Sacro de Scriptoribus Eccles.* Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustribus Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 4.,* & cum ipso Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum,* Relationes, *Prouinciæ Lombardiæ*, Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 30. ad annum 1560. lit. H. num. 128.*

1560. Fr. Hieronymus Acceti. Eodem pariter Anno ab Incarnatione Dominica millesimo quingentesimo sexagesimo claruit in Prouincia Lombardiæ, Fr. Hieronymus Acceti Vrceanus Brixiensis Diœcesis Vir ingenij perspicacissimi, doctrina, ac moribus abundè clarus, qui post diuersas Cathedras summa cum laude moderatas, Fundensis Episcopus præconizatus morte præuentus plenus meritis, vltimum diem clausit anno millesimo quingentesimo sexagesimo, qui & eruditissimo calamo scripsit Opera sequentia videlicet.

Tractatum de Sacra Theologia Symbolica.

Tractatum de Sacra Theologia Scholastica.

Tractatum de Sacra Theologia Mystica.

Et alia plura in materia Dogmatica.

Vide in hac parte Leonardum Cozzandum Scriptorem Brixiensem valde cordatum, qui inter cæteros Scriptores, quos refert, celebrat, & nostrum Hieronymum Accetum Vrceanum. Ita, *in Bibliotheca Brixiensi lit. G. pag. mihi 194. à quo ista dessumpsimus.*

ANNO 1561.

1561. Fr. Halisæus de Caijs. FR. Hælisæus de Caijs Venetus Conuentus Sancti Dominici Venetiarum alumnus. Vir profundæ scientiæ, acris ingenij, claræque doctrinæ, ac fidelissimus Angelici Præceptoris assecla, illiusque eximiæ doctrinæ propugnator acerrimus, vti talem se ostendit, in Sessionibus Sacri Concilij Tridentini inter perorandum pluries, cum inter PP. cum Reuerendissimo Archiepiscopo Pragensi, in præfata Oecumenica Synodo interfuerit, qui & doctissimo calamo compilauit.

Tractatum de Peccato Originali, atque

Opusculum de Gratia. Quæ scripta in Conuentu S. Dominici Venetiarum seruantur.

Hunc citant Vincentius Maria Fontana, *in Theatro p. 2. cap. 3. de PP. in Concilijs tit. 15. de Concilio Tridentino pag. mihi 392. col. 2.,* & Relationes Venetæ, & Acta Concilij Tridentini.

Eodem pariter anno floruit Fr. Sixtus Medices Venetus, Conuentus Sancti Dominici Venetiarum alumnus, Philosophus, atque Theologus eximius, qui dum in Patauina Vniuersitate, Philosophiam ad mentem Sancti Thomæ Aquinatis legeret, sequentia sui ingenij monumenta scripsit, videlicet. 1561. Fr. Sixtus Medices.

Volumen de sex Transcendentibus.

Aliud Volumen de Lumine Sanctæ Fidei.

Item Tractatum de præstantia industriæ humanæ.

Item Codicem variarum Orationum omni eruditione refertum.

Item Commentaria, siue expositiones in Libros de Generatione, & Corruptione.

Item Libros tres de Vsuris aduersus Hæbreos.

Quem omni gloria dignum celebrant Franciscus Sansouinus, *de Script. Venetis,* Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum in Appendice,* Ambrosius Gozzius, *in Catalogo Scriptorum Ordinis,* Ausbertus Miræus, *de Scriptoribus seculi 16. cap. 68.,* Antonius Posseuinus, *in Apparatu Sacro Tom. 3. in Appendice fol. 225.,* & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 4. pag. mihi 323. ad annum 1561. col. 2.*

Eodem similiter nostræ salutis anno millesimo quingentesimo sexagesimo primo in Sacro FF. Prædicatorum Ordine, nomine Prouinciæ Lombardiæ floruit, Fr. Stephanus Vsusmaris Ianuensis, Conuentus Sancti Dominici Genuæ filius Vir doctrina, ac moribus clarus, qui cum esset totius Ordinis Prædicatorum Magister Generalis non nisi singulari studio, magnoq; labore compilauit opera infrascripta videlicet. 1561. Fr. Stephanus Vsusmaris.

Magnum Religionis Bullarium cum marginibus notis, atque Indicibus.

Item

Item Chronicon Breue omnium Generalium Ordinis.

Item Chronicon Illustrium Virorum eiusdem Ordinis.

Cuius mentionem fecere Hyacinthus Parra, *in Catalogo manuscripto, de Scriptoribus Ordinis*, Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. 2. cap. 5. de Proc. Ord. num. 36. pag. mihi* 467. *col.* 1. & Ambrosius de Altamura, *in Appendice ad Bibliothecam Ordinis pro Centuria 4. ad annum* 1557. *pag. mihi* 540. *col.* 2. §. *Stephanus Vsusmaris Genuensis*.

ANNO 1562.

1562. *Fr. Hieronymus Treuisanus.*

FR. Hieronymus Treuisanus nobilis Venetus Conuentus S. Dominici Venetiarum filius, Vir eruditissimus, & præcipuè facundia mirabili dotatus, atque è suggestu quemadmodum præco Diuini Verbi celeberrimus, ita & fructuosus, qui ob egregias animi dotes à Paulo Papa IV. Veronensis Episcopus creatus fuit, in quo munere Pastorali, scripsit.

Super Epistolam D. Pauli ad Hæbreos profundissima Commentaria.

Tractatum de Immunitate.

Tractatum de Auctoritate Summi Pontificis, & Tractatum de Vnitate Ecclesiæ aduersus Hæreticos.

Quem magnificant, Sixtus Senensis, *in Bibliotheca Sancta*, Franciscus Sansouinus, *de Scriptoribus Venetis*, Antonius Posseuinus, *in Apparatus Sacro, Tom.* 2. *fol.* 47. Ioannes Michael Plodius, *de Viris illustribus Ordinis Prædicatorum p.* 2. *lib.* 4. Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 4. ad annum* 1562. *pag. mihi* 325. *col.* 2. & Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi* 31. *ad annum* 1552. *lit. H. num.* 129.

1562. *Fr. Ardergus Ticinensis.*

Eodem anno millesimo quingentesimo sexagesimo secundo, in Conuentu Sancti Appolinaris Papiæ floruit Fr. Ardergus Ticinensis Lombardus, Vir non solum in Philosophia, atque Theologia clarus, verum etiam in Obseruantia Regulari, atque arte Concionatoria famosissimus, qui & sua prædicatione principaliores Lombardiæ Ecclesias illustrauit. Scripsitque satis erudite.

Tractatum de Immunitate Ecclesiastica perutilem.

Item Tractatum de Sacramento Extremæ Vnctionis.

Item Sermones de Tempore per totum annum, nec non.

Librum Sermonum de Sanctis, deque Laudibus Virginis Beatissimæ.

Ita ex Antonio Senensi Lusitano, *in Bibliotheca Ordinis fol.* 36. Ioanne Michaele Plodio, *de Viris illustr. Ordinis Prædicatorum p.* 2. *lib.* 4. Hyppolito Maraccio, *in Bibliotheca Mariana*. Alphonso Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*. Relationibus *Prouinciæ Lombardiæ*. Ambrosio de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 4. ad annum* 1562. *pag. mihi* 32. *col.* 1. & Vincentio Riualio, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi* 9. *ad annum* 1562. *lit. A. num.* 35.

1562. *Fr. Iacobus Naclantus.*

Eodem quoque Anno ab Incarnatione Dominica millesimo quingentesimo sexagesimo secundo in Prouincia Lombardiæ floruit Fr. Iacobus Naclantus Florentinus, Clugensis Ecclesiæ Antistes, qui Prouinciæ Lombardiæ aggregatus, Clodiensique Conuentui vnitus, in Ecclesiæ vtilitatem purgatissimo calamo infrascripta opera in lucem edidit, & primò.

Ennarationes pias, doctas, atque Catholicas, in Epistolam Apostoli Pauli ad Ephesios.

Item Medullam Sacræ Scripturæ; Hoc est de Sex Mundi Ætatibus.

Item Commentaria super Psalmum XC.

Item de existentia, modoque existendi Corporis Christi Domini.

Item de Summo Christi Domini Sacerdotio.

Item de Communione nobis præcepta.

Item de Regno Christi Domini.

Item de Hierarchia Ecclesiastica.

Item de Episcoporum Sacra Institutione.

Item de Primatu Diui Petri.

Item de Auctoritate Papæ, & Concilij.

Item de Actis Concilij à Papa approbatis.

Item de Sacrosanctis Indulgentijs, aduersus sui temporis Hæreticos.

Item de Episcoporum Residentia.

Item de Sacramento Matrimonij.

Item

Item de Præstantissimo Missæ Sacrificio.

Item de Irritandis clandestinis Matrimonijs.

Item de Quibusdam Quæstionibus circa Arreptitios.

Item de Quaddam Quæstione circa Montem Pietatis.

Item Enarrationem Angustissimi Sanguinis Christi Domini.

Item Theoremata XIV. Logicalia.

Item Theoremata XVI. Metaphysicalia.

Item Theoremata XIV. super Theologiam.

Item Theoremata XII. super Philosophiam.

Insuper pro coronide noster Iacobus Naclantus eruditissimè scripsit, & sequentes Tractatus vndequaque dignos videlicet.

De Alimento, & de eo, quod alitur.

De Sensu, & Sensibili.

De Regula posita à Philosopho in calce Lib. 7. Physicorum.

De Creatione rerum.

De Infinitate primi Motoris.

De Contingentia rerum; nec non

De Creatione, atque Immortalitate animæ.

Et alia plura Opuscula dignissima.

Tam egregij Viri laudes concinunt, Ioannes Michael Plodius, *de Viris illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib 4.* Ausbertus Miræus, *de Scriptoribus seculi 16. cap. 77.* Ferdinandus Vghellus, *Tom. 5. Italiæ Sacræ,* Seraphinus Razzius, *in Historia Illust. Virorum Ordinis.* Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis.* Sixtus Senensis, *in Biblia Sancta.* Antonius Posseuinus, è Societate Iesu, *Tom. 2. Apparatus Sacri fol. 81.* Vincentius Marla Fontana, *in Theatro Sacro p. p. cap. 5. tit. 190. num. 3. & de Prouincia Romana,* & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 4. ad Annum 1569. pag. mihi 340. col. 2. §, Iacobus Naclantus. Et in Chron. Const. cap. 17. §. Tempus huius Mag. super medium.*

ANNO 1563.

Fr. Ægidius Marchesinus. FR. Ægidius Marchesini Bononiensis, Vir in perscrutandis Sacræ Scripturæ arcanis studiosissimus, qui cum in Patria vniuersitate Sacrorum Bibliorum publicus Lector existeret summam famam, atque gloriam, sibi, ac Ordini acquisiuit; suique perspicacissimi ingenij posteris indicia reliquit irrefragabilia, plura illa scripta propria sui manu exornata, quæ Bibliothecæ Sancti Dominici consignanda legauit. Scripsit itaque.

Grande Volumen Lectionum super Sacram Genesim omni eruditione refertum.

Item aliud consimile Volumen elaboratarum Lectionum super quatuor Libros Regum.

Item Orationem elaboratissimam, quam habuit ad PP. Oecumenici Concilij Tridentini.

Habeturque in Volumine Orationum Tridentinarum 1567. Louanij edito.

Item Volumen Theologicarum Quæstionum. Nec non

Quodlibeta varia Philosophica.

Item Sermones de Tempore, nec non de Sanctis.

Cuius meminere, Ludouicus Prælormitanus, *in Chronico Conuentus Bononiensis,* Ambrosius Gozzius, *in Catalogo Scriptorum Ordinis.* Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis, p. 2. lib. 4* Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum.* Ausbertus Miræus, *de Scriptoribus seculi 16 cap. 80.* Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 4. ad annum 1563. pag. 327. col. 2.* & Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 22. ad annum 1584. lit. Æ. num. 95.*

1563. Fr. Antonius Iustinianus. Eodem pariter Anno à Dominica Incarnatione millesimo quingentesimo sexagesimo tertio, claruit in Prouincia Lombardiæ Doctrinæ Euangelicæ iubar sui temporis Fr. Antonius Iustiniani Conuentus Sanctæ Mariæ de Castello Genuæ alumnus, qui ex Censore Apostolico Fidei in Ciuitate Ianuensi, à Pio Papa IV. ad Archiepiscopatum Naxiensem translatus, & deinde ad Ecclesiam Liparitanam promotus, intercætera sui opera scripsit.

Volumen Concionum de Tempore per annum.

Aliud Concionum Quadragesimalium, nec non,

Volumen Concionum de Sanctis.

Et alia Opuscula digna, quæ in Conuen-

tu

tu Sanctæ Mariæ de Castello Genuæ seruantur.

Commemorationem tanti Viri faciunt Michael Abbas Iustinianus, *de Scriptoribus Ligur*. Sigismundus de Ferraris, *in Historia de rebus Hungaricis*. Ferdinandus Vghellus *in Italia Sacra*. Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. p. cap. 5. de Episcopis tit. 337. pag. mihi 216. col. p. num. 7*. Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustribus Ordinis p. 2. lib. 4*. Relationes *Lombardiæ*. Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis, Centuria 4. ad annum 1571. pag. mihi 349. col. 2.* & Vincentius Riualius, *in Catalogo Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto ad annum 1566. lit. A. pag. mihi 9. num. 32.*

ANNO 1564.

1564. Fr. Paulus de Quintiano. FR. Paulus de Quintiano Brixiensis Diœcesis Lombardus, Vir cordatus in omni fere disciplinarum genere satis versatus, Hæreticorumque oppugnator acerrimus, cum quibus plures acriter publicè in confinibus Castri Dolphini, nec non Heluetiorum decertauit, pugnauit, atque de ijsdem triumphauit, qui tandem postquam in Conuentu Sancti Dominici de Taurino, aduersus Hæreses Confraternitatem Nobilium Æquitum sub titulo Sancti Pauli Apostoli erexerit, Constitutionesque appropriatas Nobilibus illius Confratribus seruandas statuisset, illasque à Pio Papa IV. & Pio Papa V. Apostolica auctoritate confirmatas illis proposuisset postremo, & Librum piarum præcum saluberimarum illis Nobilibus ad orandum maxime accomodatum ab eo compositum consignauit; scripsit itaque iste Doctor.

Rationabilem Regulam pro Confratribus Nobilibus Sancti Pauli Taurinensis Confraternitatis.

Item & Librum piarum Præcum, siue Meditationum pro Confratribus nobilibus S. Pauli.

Et alia plura, pro bono regimine præfatæ Confraternitatis Sancti Pauli Taurinensis.

Ita ex Emanuele Thesauro, *in Historia Confraternitatis Fidei Catholicæ aduersus hæreses, Sancti Pauli Apostoli nuncupatæ. pag. mihi 41.*

Floruit circa hæc tempora in Prouincia Lombardiæ signanter in alma Vrbe. 1564.

Egregius Vir Fr. Daniel de Crema Sacræ Theologiæ Magister insignis Scholasticus, atque Canonista, qui ex Regente Bononiensi, Priore, atque Inquisitore Apostolico aduersus hæreticam prauitatem in Prouincia Lombardiæ factus fuit Magister Sacri Palatij Apostolici, in quo munere scripsit eruditissimo calamo ex diuersis locis Sacræ Scripturæ, Sacris Concilijs, & auctoritatibus Sanctorum Patrum. Fr. Daniel de Crema.

Volumen satis grande aduersus errores Lutheri, quod in Bibliotheca Cremensi seruatur.

Cuius meminere Reginaldus Lucarinus, *de Magistris Sacri Palatij Apostolici*, vna cum Alphonso Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, & Fontana, *in Theatro p. 2. cap. 5. de Magistris Sacri Palatij Apostolici pag. 447. col. 2. & in Chron. Constit. cap 17. in fine. §. Nec tamen laborum &c. in medio.*

1564. Fr. Benedictus Marabotti. Eodem Anno millesimo quingentesimo sexagesimo quarto in Prouincia Lombardiæ floruit Fr. Benedictus Marabotti à Monte Regali, Prouinciæ Lombardiæ alumnus Pedemontanus, Theologus, atque Orator Euangelicus æquè insignis, Conuentus Salutiensis filius, qui scripsit.

Dialogum inter Christum Dominum, & Diuam Catharinam Senensem valde eruditum.

Item Librum de Stigmatibus eiusdem S. Catharinæ Senensis.

Item Librum variarum Orationum in diuersis congressibus habitarum.

Et alia plura, quæ in Conuentu Salutiensi seruantur.

Ex Gregorio Lombardello, *in Summario Processus Canonizationis Sanctæ Catharinæ Senensis*, Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 4.* Relationibus *Prouinciæ Lombardiæ*. Ambrosio Gozzio, *in Catalogo Scriptorum Ordinis*, Ambrosio de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Centuria 4. ad Annum 1565. pag. mihi 350. col. 2.* Vincentio Riualio, *in Catalogo illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi 16. ad Annum 1564. lit. B. num 62.* atque Francisco Augustino ab Ecclesia, *in Catalogo Scriptorum Pedemontis pag. mihi 19. §. Benedetto Marabotto.*

Eodem insuper Anno ab Orbe reparato

1564. *Fr. Adrianus Valentinus.* rato millesimo quingentesimo sexagesimo quarto Veneti;s floruit Fr Adrianus Valentinus Venetus Conuentus Sancti Dominici Venetiarum filius, Vir tam Doctrina, quam Religione, vitæque probitate celebris, qui cum Sacram Theologiam ad mentem Sancti Thomæ Aquinatis per plures annos, quemadmodum, & Metaphysicam in Vniuersitate Patauina gloriose legisset, in gratiam Eminentissimi Cardinalis Alexandrini, qui fuit Pius Papa V. creatus fuit Inquisitor Generalis aduersus hæreticam prauitatem in Ciuitate Venetiarum, & postea promotus ad Ecclesiam Iustinopolitanam, qua occasione, scripsit firmissimo, atque solidissimo calamo infrascriptos tractatus, videlicet.

Tractatum de Arte inquirendi Hæreticos.

Tractatum de Sacramento Eucharistiæ contra Caluinum.

Item Librum contra Matthæum Gribaldum.

Hunc referunt inter celebriores scriptores, Antonius Posseuinus, *in Apparatu Sacro Tom.* 1. *& Tom* 2. *& in Appendice p. ad p. Tom.* Franciscus Sansouinus, *de Scriptoribus Venetis*, Ferdinandus Vghellus, *Tom.* 5. *Italiæ Sacræ*. Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis p.* 2. *lib.* 4. Hyacinthus de Parra, *in Catalogo Scriptorum Ordinis*. Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro p. p. cap.* 5. *de Episcopis tit.* 307. Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Centuria* 4. *ad Annum* 1572. *pag. mihi* 350. *col.* 2., & Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi* 2. *ad annum* 1564. *lit. A. num.* 2.

ANNO 1565.

1565. *Fr. Dominicus de Cataleis.* FR. Dominicus de Cataleis è Castro Ponteuici Brixiensis Diœcesis, facundus Orator, atque Diuini Verbi præco fructuosus, qui sancta pradicatione insiguioribus Prouinciæ Lombardiæ Ecclesijs illustratis, scripsit.

Volumen Concionum Quadragesimalium.

Sermones de Tempore, ac de Sanctis, necnon

Librum, cui titulus, Speculum Crucis.

De quo Antonius Posseuinus, *in Apparatu Sacro, in Appendice ad Tom.* 1. & Antonio Senensi Lusitano, *in Bibliotheca Ordinis*, apud Ambrosium de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis ad annum* 1565. *pag. mihi* 330. *col. p.*

Claruit similiter eodem Anno millesimo quingentesimo sexagesimo quinto, Fr. Nicolaus Strata, Taurinensis Prouinciæ Lombardiæ, Salutiarumq; Conuentus alumnus, Vir doctus, atque probitate vitæ clarus, qui cum esset à Sacris Confessionibus Serenissimi Ducis Emanuelis Philiberti à Sabaudia inter cætera scripsit. 1565. *F. Nicolaus Strata.*

Librum de Rosario Virginis Deiparæ eruditissimum Taurini impressum.

Ex Francisco Augustino ab Ecclesia, *in Catalogo Scriptorum Pedemontis, pag. mihi* 93. §. *Nicolò Strata*. Alphonso Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*. Ambrosio de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria* 4. *ad annum* 1565 *pag. mihi* 330. *col.* 2.

Eodem quoque Anno nostræ reparatæ salutis millesimo quingentesimo sexagesimo quinto florebat Fr. Thomas Iacomellus, siuè vt alij volunt Iacobellus de Pinarolo Conuentus Albensis Prouinciæ Lombardiæ alumnus. Vir eruditione, doctrina, atque inculpata vita clarus Carolo Regi Galliarum charus, ad cuius supplicationes Pius Papa IV. ad Episcopatum Tolonensem ob eius egregias animi dotes, eodem anno 1565. promouere voluit, qui Thomas Iacomellus solidè scripserat; dum esset Taurinensis Inquisitor. 1565. *Fr. Thomas Iacomellus.*

Librum contra errores impijssimi Viri Francisci Medensis, cui titulus, Propugnaculum Fidei.

Item Librum alterum de Auctoritate Papæ, necnon, &

Librum contra errores Valdensium.

Quem celebrant laude dignum. Gallia Christiana, *Tom.* 3. Antonius Posseuinus, *in Apparatu Sacro*. Cyprianus Vberti, *in Opere de Cruce*. Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p.* 2. *lib.* 3. Ambrosius Gozzius, *in Catalogo Script. Ord.* Vincentius Maria Fontana *in Theatro Sacro p. p. cap.* 5. *de Episcopis. tit.* 591. *pag. mihi* 309. *col.* 2. *num.* 4. Franciscus Augustinus ab Ecclesia, *in Catalogo Scriptorum* Pe-

Pedemontis pag. mihi 106. §. *Tomaso Giacomello di Pinarolo*. Et Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Centuria* 4. *ad annum* 1559. *pag. mihi* 315. *col.* 2.

ANNO 1566.

1566. *Fr. Thomas Stella.* FR. Thomas Stella Venetus, Lombardiæ Prouinciæ alumnus, Salpensis in Apulia Episcopus, vir doctus, omnique eruditione ornatus, vnus ex Patribus Oecumenici Concilij Tridentini, qui & in eodem Concilio Tridentino in Sessione 6. die Iouis 15. Octobris 1546. gloriosè summa cum facundia perorauerat, suique acuminis indicia, posteritati dedit scribendo, signanter.

Tractatum de Charitate eximia Christi Domini, nec non, &

Codicem voluminosum variarum Orationum.

Cuius meminere Franciscus Sansouinus, *de Scriptoribus Venetis*. Antonius Posseuinus, *Tom.* 3. *Apparatus Sacri, fol.* 311. *in calce*, Seraphinus Razzius, *de Viris Illustr. Ordinis*. Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illust. Ord. Prædicatorum, p.* 2. *lib.* 4. & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria* 4. *ad annum* 1566. *pag. mihi* 332. *col.* 2.

1566. *Fr. Bernardus de Como.* Eodem similiter Anno à Dominica Incarnatione millesimo quingentesimo sexto, floruit in Ciuitate Comensi Lombardiæ, Fr. Bernardus Nouocomensis Lombardus, cum morum grauitate, tum peritia litterarũ clarissimus, qui aduersus Hæreticam prauitatem Inquisitor factus, vt radicitus à Zizania Hæreticorum demandatus ab Apostolica Sede ager extirparetur, in lucem edidit.

Librum, cui titulus, Lucerna Inquisitorum. Impressum Mediolani 1566.

Ex Antonio Senensi Lusitano, *in Bibliotheca Ordinis*. Ambrosio Gozzio, *in Catalogo Scriptorum Ordinis*. Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum, p.* 2. *lib.* 4. Antonio Posseuino, *in Apparatu Sacro*. Alphonso Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*. Vincentio Riualio *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag mihi* 17. *ad annum* 1560. *lit. B. num.* 66. & Ambrosio de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria* 4. *ad annum* 1566. *pag. mihi* 332. *col.* 1. §. *Bernardus Comensis.*

ANNO 1567.

FR. Ioannes Maria Capella Salutiensis Pedemontanus, Regens Studij Bononiensis, Inquisitor Generalis Cremonensis, atque Prior Prouincialis Lombardiæ, Vir in Theologica facultate, nec non in Iure Pontificio eruditissimus, qui in Sacris paginibus Sanctorumque PP. auctoritatibus, nec non in Generalibus Concilijs versatissimus; egregiè scripsit. 1567. *Fr. Ioannes Maria Capella.*

Grande Volumen ad formam Commentarij de Sermone Domini habito in Cœna Domini.

Item Tractatum de Veneratione Sacrarum Imaginum.

Item Tractatum de Miraculo Imaginis Virginis Deiparæ, Fauentiæ in ignem proiectæ, atque mirabiliter præseruatæ, de Anno 1567.

Item Opusculum de Passione Domini, cui titulus, Arca Salutis in Passione Domini.

Item Compendium Miraculorum Imaginis Virginis Deiparæ ab Igne nuncupatæ.

Et alia Opuscula diuersa.

Cuius meminerunt, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p.* 2. *lib.* 4. Antonius Posseuinus, *in Apparatu Sacro. tom.* 5. *fol.* 217. Hyppolitus Maraccius, *in Bibliotheca Mariana*. Ambrosius Gozzius, *de Scriptoribus Ordinis*. Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*. Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria* 4. *ad annum* 1567. *pag. mihi* 334. *col.* p. §. Ioannes Maria Capella. Et Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi* 36. *ad annum* 1589. *lit. I. num.* 160. & tandem Franciscus Augustinus ab Ecclesia, *de Scriptoribus Pedemontis, in eius Catalogo, pag. mihi* 53. §. *Gio: Maria Capella.*

ANNO 1568.

1568. *Fr Thomas Maria Badia.* FR. Thomas Badia Mutinensis, Vir vndequaque celebris, qui prudentia, doctrina, morum probitate, Romanorum Pontificum beneuolentiam adeò sibi conciliauit, vt à Paulo Papa III. in numerum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium translatus fuerit, in qua dignitate, vt eleuatissimi acuminis eruditissima testimonia posteritati daret pluries in Vormatia confutatis hæreticis, purgatissimo calamo in Ecclesiæ vtilitatem scripsit sequentia Opera videlicet.

Tractatum de Pugna duorum Angelorum homini assistentium. Gabrieli Ferrario dicatum.

Tractatum de Immortalitate animæ humanæ.

Tractatum de Dei Prouidentia.

Tractatum de modo, quo anima humana corpus informare dicitur.

Tractatum de Intensione formarum.

Tractatum de Entis Analogia.

Tractatum de Pluralitate intelligentiarum ad mentem Aristotelis.

Commentaria in Octo Libros Physicorum.

Commentaria in Libros de Anima, item

Commentaria in duodecim Libros Metaphysicæ, nec non

Librum ex professo contra Lutheranorum errores.

Et alia plura.

Eius meminerunt Ioannes Antonius Gabutius Nouariensis, *in Vita B. Pij Papæ V.* Ioannes Antonius Petramellara, *de Cardinalibus.* Alphonsus Ciacconus, *de Gestis Romanorum Pontificum, atque DD. Cardinalium.* Seraphinus Razius *in Historia Illustr. Virorum Ordinis.* Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 4.* Sebastianus Olmeda, *in vita Buticellæ Magistri Ordinis.* Alphonsus Fernandez *in Concertatione Prædicatorum.* Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis,* Reginaldus Lucarini, *de Magistris Sacri Palatij Apostolici.* Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro p. p. de Pastoribus Eccles. cap. 2. de Cardinalibus tit. 32. pag. mihi 34. col. p.* Antonius Posseuinus è Societate Iesu, *Tom. 3. Apparatus Sacri fol. 20.* Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 4. ad annum 1546. pag. mihi 294. col. p. §. Thomas Badia.* Et *in Chronicon. Constit. cap. 16. §. Idem Pontifex Paulus III. ad Annum 1538. prope medium.*

Floruit eodem anno Fr. Antonius Balducius de Foroliuij, vir ob doctrinam, prudentiam, probatissimosque mores valde commendabilis, qui licet ex Priore, atque Inquisitore Bononiensi Commissarius Generalis Sancti Officij de Vrbe factus, à Studio Operum Doctrinæ S. Thomæ nec in minimo se dispensauit, qua occasione compilauit. 1568. *Fr. Antonius Balducius.*

Tractatum de auctoritate Romani Pontificis,

Nec non tractatum de Fide.

Quem commendant Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illust. Ord. Prædicatorum p. 2. lib. 4.* nec non Ferdinandus Vghellus, *Tom. 8. Italiæ Sacræ,* apud Vincentium Mariam Fontanam, *in Teatro p. 3. cap. 2. tit. 3. pag. mihi 542. col. 2.*

ANNO 1569.

FR. Camillus Campegius Papiensis Lombardus Vir sui seculi, eruditione, candore vitæ, nec non difficilioribus in Ecclesiæ negotijs pertractandis dexteritate, atque prudentia clarus. Qui cum esset aduersus hæreticam prauitatem Generalis Inquisitor Apostolicus, egregie scripsit. 1569. *Fr. Camillus Campegius.*

Eruditissimas additiones ad Tractatum Vgolini Zanchini Ariminensis, de Hæreticis.

Item Indicem formauit ad Priuilegia Crucesignatorum.

Item Tractatum de Residentia Prælatorum, nec non,

Elegantissimam Orationem, quam habuit ad PP. Oecumenici Concilij Tridentini; impressam Louanij 1567.

Quem commemorant Index *Concilij Tridentini,* Cyprianus Vbertinus, *in Oper. de Cruce.* Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis p. 2. lib. 4.* Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis fol. 59.* Ausbertus Miræus, *de Scriptoribus Seculi 16. cap. 75.* Relationes *Prouinciæ Lombardiæ.* Antonius Posseuinus, è Societate Iesu, *in Apparatu Sacro, de Scriptoribus Eccles.* Vincentius Ri-

Riualius, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi 18. ad annum 1569. lit. C. num. 71.* & Ambrosius de Altamura *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 4. ad annum 1569. pag. mihi 335. col. 2. §. Camillus Campegius.*

1569. Fr. Sixtus Senensis. Eodem Anno humanæ Salutis millesimo quingentesimo sexagesimo nono, in Conuentu Sanctæ Mariæ de Castello Genuæ Prouinciæ Lombardiæ claruit Fr. Sixtus Senensis, ex Hæbreis parentibus natus, qui hæbraica perfidia execrata, nec non hæresi eiurata, Diui Dominici Ordinem ingressus, linguarum Græcæ, Latinæ, atque Hæbraicæ peritissimus, nec non in lectura Sanctorum Patrum, eorumque doctrina egregiè versatus, Cœlestis Verbi semen, tanta, talique cum gratia, in agro Dominico sparsit, vt Beatissimo Pio V. Pontifici Maximo charissimus factus fuerit, qui, & in euidentem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ vtilitatem sequentia Opera scripsit, videlicèt.

Bibliothecam Sanctam in duos Tomos distributam.

Librum de Vsu Concordantiarum Sacrorum Librorum.

Librum in varios Diuinæ Scripturæ locos; Astronomicarum Quæstionum.

Librum in varios Diuinæ Scripturæ locos, Geographicarum Quæstionum.

Librum in varios Diuinæ Scripturæ locos, Physicarum Quæstionum.

Librum in aliquos locos Scripturæ.

Quæstiones, siue Epistolas Problematicas in Varios Diuinæ Scripturæ locos.

Librum in alios locos Scripturæ.

Sex homilias in Primum Dauidis Psalmum.

Viginti Homilias in Psalmum Quinquagesimum Genuæ explicatum.

Sex homilias in Tria prima Iob capita.

Tomos Quatuor Homiliarum super Euangelia Quadragesimæ, quatuor annis Genuæ exarata.

Tomos 6. Homiliarum in Pentecostem, & Aduentum.

Item Librum, cui titulus Sophias Monotessaron.

Item scripsit in quatuor Prouerbiorum, Ecclesiastis, Sapientiæ, atque Ecclesiastici libros.

Item in Epistolam Diui Pauli ad Romanos,

Item Quæstiones Scholasticas in eandem Epistolam.

Item Homilias octo in Hexameron.

Et alia plura dignissima.

Tam eximij viri meminerunt, summis laudibus eum commendantes, Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum.* Ausbertus Miræus, *de Scriptoribus Seculi 16. cap. 88.* Seraphinus Razzius, *in Historia Illustr. Virorum Ordinis Prædicatorum,* Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum.* Ioannes Michael Plodius, *De Viris Illust. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 4.* Antonius Posseuinus è Societate Iesu, *in Apparatu Sacro, de Scriptoribus Eccles.* Rubertus Bellarminus, *de Scriptoribus Eccles.* Vincentius Maria Fontana, *de Prouincia Romana cap. 6.* Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 4. ad annum 1569. pag. mihi 337. col. p. §. Sixtus Senensis,* & Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi 63. ad annum 1569. lit. S. num. 218.*

ANNO 1570.

FR. Bartholomæus Fumus de Placentia propriæ Patriæ aduersus hæreticam prauitatem Generalis Inquisitor, qui cum esset Philosophus, Theologus, atque Canonista excellens, firmissimo calamo, claraque sententia in lucem edidit sequentia scripta, videlicet. *1570. Fr. Bartholomæus Fumus.*

Egregia Commentaria in omnes Diui Pauli Epistolas.

Item Commentaria in cæteras Epistolas Canonicas.

Item Auream Summam Casuum Conscientiæ. Summam Armillam nuncupatam.

Item Opera alia permulta Heroicorum carminum.

Quem celebrant Antonius Posseuinus, *Tom. p. Apparatus Sacri, fol. 183.* Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis p. 2. lib. 4* Ausbertus Miræus, *de Scriptoribus Seculi 16. cap. 56.* Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis, fol. 46.* Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria*

 4.

4. *pag. mihi 334. ad annum 1567. col. 2. §. Bartholomeus Fumus*. Et Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi 15. ad annum 1545. lit. B. num. 54.*

1570. *Fr. Vbertus Locatus.* Eodem anno millesimo quingentesimo septuagesimo claruit in Prouincia Lombardiæ Fr. Vbertus Locatus Placentinus Lombardus, Vir grauitate morum, literatura, atque doctrina conspicuus, quem non solum Sacra Theologia, sed & Canonica Iura plurimum ornauere, vnde ex Inquisitore Placentino, atque Papiensi à Beatissimo Papa Pio V. Romam vocatus, factus est Commissarius Generalis, in quo munere extitit, etiam B. Pij V. à Confesßionibus minister, & postea ab eodem Beatissimo Pio V. creatus fuit Episcopus Balneoregiensis in Tuscia, in quo munere scripsit.

- *Praxim Iudiciariam Inquisitorum. Cui Titulus. Opus Iudiciale Inquisitorum, Venetijs impressum 1583.*
- *Item Scripsit Librum, de Episcopis Placentinis varia eruditione refertum.*

Ita ex Ambrosio de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 4. ad annum 1570. pag. mihi 343. col. p. §. Vbertus Locatus Placentinus*, qui pro se citat Hyacinthum de Parra, *in Catalogo Script. Ord. manuscripto.* Ioannem Michaelem Plodium, *de Progenie Sancti Dominici in Italia.* Antonium Senensem Lusitanum, *In Bibliotheca Ordinis fol. 121. & fol. 122.* Alphonsum Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum.* Ferdinandum Vghellum *in Italia Sacra Tom. 8.* atque Vincentium Mariam Fontanam, *in Theatro Sacro Dominicano p. p. de Pastor. Eccles. cap. 5. de Episcopis tit. 72. num. 4. pag mihi 136 col. 2.*

1570. *Fr. Ioannes Franciscus de Beatis.* Floruit quoque in eadem Prouincia Lombardiæ, hoc eodem Anno millesimo quingentesimo septuagesimo Fr. Ioannes Franciscus de Beatis Venetus. Vir in omni ferè disciplinarum genere eruditissimus, qui expletis in principalioribus Conuentibus Prouinciæ Lombardiæ Lectoris, deinde publicè in Patauina Vniuersitate Metaphysicam, & postremo in Pisana Theologiam summa cum laude legit; qui & profundissimo calamo scripsit.

- *Eruditissima Commentaria in Libros Physicorum Aristotelis, nec non*
- *Volumen Variarum Epistolarum ad Sadoletum.*

De quo Franciscus Sansouinus, *de Scriptoribus Venetis*, Hyacintus de Parra, *in Catalogo Scriptorum Ordinis.* Et Ioannes Michael Plodius, *in Appendice ad Historiam de Viris Illustribus Ordinis p. 2. lib. 4.* apud Ambrosium de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 4. ad annum 1570. pag. mihi 343. col. 2. §. Ioannes Franciscus de Beatis Venetus.*

Claruit pariformiter hoc eodem Anno à Dominica Incarnatione millesimo quingentesimo septuagesimo in Conuentu Parmensi Prou. Lomb. Fr. Felix Placius de Colurno Parmensis Diœcesis Lombardus, Vir Theologicæ doctrinæ eruditione, morumque honestate conspicuus, qui & elegantissimè scripsit. 1570. *Fr. Felix Placius.*

- *Librum de Rosario Beatissimæ Virginis Deiparæ, declarationibus, contemplationibus, atque orationibus, nec non mysteriorum instructione refertum, item*
- *Tractatum de Instructione Christiana, valde elaboratum.*

Cuius meminerunt, Hyppolitus Maraccius, *in Bibliotheca Mariana fol. 333. tom. p.* Hyacintus de Parra, *in Catalogo Scriptorum Ordinis manuscripto.* Vincentius Riualius, *in Marginibus Catalogi Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripti, pag. mihi 24. lit. F. ad num 200.* & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 4. ad annum 1570. pag. mihi 342. col. 2. §. Felix Placius.*

ANNO 1571.

FR. Felix è Castro Franco, Bononiensis Diæcesis. Vir non tantum morum probitate; sed etiam eruditione, atque in negotijs per difficilibus per agendis prudentia, nec non experimento clarus; qui ex singulari commissione Reuerendissimi Patris Magistri Generalis Ordinis. 1571. *Fr. Felix de Castro Franco.*

- *Adauxit Chronicon breue Ordinis nostris Constitutionibus annexum, à Iacobo Susata inceptum.*
- *Item correxit, & auxit Formularium omnium Officiorum Ordinis.*

Ita ex Antonio Lusitano, *in Bibliotheca Ordinis*, Ioanne Michaele Plodio, de

de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 4. Martyrologio *Dominicano*, Antonio Possevino, *in Apparatu Sacro*, & Ambrosio de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 4. ad Annum 1571. pag. mihi 349. col. p. §. Felix de Castro Franco.*

1571. Fr. Marcus Medices. Eodem pariter anno floruit Fr. Marcus Medices Veronensis Lombardus, singularis doctrinæ, pietatisquè vir, qui prius in Politioribus litteris doctus, in Philosophia verò, atque Sacra Theologia doctior factus, cæpit cum maximo fructu docere, qui postea cum Reuerendissimo Episcopo Cenetensi Generali Sacorosancto Concilio Tridentino interfuit. Et postmodum à Beatissimo Pio V. Pontifice Maximo Veronensis Inquisitor Generalis Apostolicus aduersus hæreticam prauitatem creatus fuit, qui & scripsit.

Nonnulla notabilia pro directione Causarum Sancti Officij Veronensis.

Cuius meminit, Vincentius Maria Fontana, *in Theatro p. 2. cap. 3. de PP. in Concilijs tit. 15. de Concilio Tridentino pag. mihi 393. col. 1.*, ex Actis Concilij Tridentini.

ANNO 1572.

1572. F. Michael Ghislerius. FR. Michael Ghislerius ex oppido Boschi Agri Alexandrini. Vir doctrina inculpatæque vitæ honestate fulgens, qui expletis in insignioribus Prouinciæ Lombardiæ Conuentibus Lecturis, aduersus hæreticam prauitatem Apostolicus Inquisitor Generalis primò creatus fuit, deinde Commissarius Generalis Sanctissimæ Inquisitionis Romæ, iterum Nepesinæ, Sutrinæquè Ecclesijs Pastor præfectus, postmodum in numerum Sanctæ Rom. Eccl. Cardinalium à Pio Papa IV. coaptatus, tandem die 7. Ianuarij 1566. Deo fauente, Eminentissimorumque DD. Cardinalium corda dirigente, vniuerso terrarum Christiano Orbe gratulante Romanus Pontifex maximus creatus fuit, in quo solio diuinitus positus Apostolico zelo inculpabilem vitam connectens, Hæreticorum Castra in fugam vertit, Maumetanamque Lunam, atque Classem depressit, relictis post se suæ sapientiæ manifestissimis indicijs; scripsit namque eximius iste Vir sequentia Opera videlicet.

Praxim procedendi in Causis Fidei valde eruditam, nec non.

Librum Iaculatoriarum precum ad Deum Omnipotentem placandum ordinatarum, manuscriptum eiusdem Beatissimi Pij Papæ V. à Reuerendissimo Patre Magistro Ordinis Sanctissimo Clementi Papæ IX. in Conuentu Sanctæ Sabinæ de Vrbe anno 1668. fideliter oblatum, atque in manibus Sanctissimi depositatum.

Tanti Viri egregias laudes celebrare voluit Sanctissimus in Christo Pater Sixtus Papa V. in Elogio in Sacello Sancti Andreæ Vaticanæ Basilicæ sequentibus verbis.

Pius V. Pontifex.
Religionis, ac pudicitiæ vindex.
Recti, ac iusti assertor.
Morum, & disciplinæ restitutor.
Christianæ rei defensor.
Salutaribus editis legibus.
Gallia conseruata.
Principibus fœdere iunctis.
Parta de Turcis Victoria.
Ingentibus ausis, & factis
Pacis, Bellique gloria.

Ex Ioanne Antonio Gabutio Nouariensi, *in vita B. Pij Papæ V.* Abrahamo Bzouio, *in Tom. Posthumo Annal. Eccles. & in supplem.* Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illust. Ordinis p. 2. lib. 4.* Ex Actis Concilior. *Pontificatus Pij Papæ V.* Chronico Constitutionum *Ordinis Prædicatorum*, atque Vincentio Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. 1. de Pastor. Eccles. cap. 4. de Romanis Pontificibus. tit. 3. pag. mihi 5. col. 1.* Et hæc sunt forsitan, quæ innuere voluit Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ord. Centuria 4. ad annum 1599. pag. mihi 485. col. 2. §. Prætermisimus in hoc seculo Beatum Pium V. de quo Anno 1571. erat dicendum. Et in Chron. nouiss. Constit. cap. 16. versus finem §. Noua autem cæpit, &c. prope medium; & iterum cap. 13. ad Annum 1568. §. Ineunte primo, & seq.*

Eodem Anno millesimo quingentesimo septuagesimo secundo in Prouincia Lombardiæ floruit Fr. Paulus Constabilis de Ferraria, Vir morum probitate, prudentia, atque doctrina clarus, qui cæteris suis virtutibus, sapientiam, discretionem, suauitatem, Fideique Catholi- 1572. Fr. Paulus Constabilis.

cæ zelum Apostolicum connectens; adeo se amabilem reddidit, vt ex Magistro Sacri Palatij Apostolici factus postea fuerit Magister Generalis totius Ordinis, qui & scripsit.

Volumen satis grande de Causis in Sancto Officio Inquisitionis cognoscendis.

Cuius meminit Franciscus Pegna, *in Præfatione Directorij Inquisitorum* §. *In his omnibus*. Martyrologium, *Ordinis Prædicatorum*, & Chronicon, *Constit. Ordinis, pag. mihi* 345. §. *Post hunc in Capitulo Generali Romæ anno* 1580.

1572. *Fr. Dominicus de Braida.* Nec defuit Prouinciæ Lombardiæ hoc Anno millesimo quingentesimo septuagesimo secundo de numero Scriptorum Fr. Dominicus de Braida Pedemontanus Prouinciæ Lombardiæ alumnus, Vir tam in Philosophia, quàm in Theologia, atque in assidua Historiarum Ecclesiasticarum Lectura occupatissimus, qui lustratis breuissimo tempore Religionis Dominicanæ antiquissimis annalibus, firmissimo calamo, & elegantissimo stylo scripsit.

Vitam Beatæ Catharinæ de Raconisio Ordinis D. Dominici.

De quo Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib.* 4. apud Ambrosium de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria* 4. *ad annum* 1570. *pag. mihi* 345. *col.* 1. §. *Dominicus a Braida*, & Relationes, *Prouinciæ Lombardiæ*, apud Vincentium Riualium, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi* 21. *ad annum* 1590. *lit. D. num.* 90.

1572. *Fr. Angelus de Gallinis.* Eodem quoque Anno à Dominica Incarnatione millesimo quingentesimo septuagesimo secundo in Conuentu Fauentino claruit insignis Vir Fr. Angelus de Gallinis à Lugo Romandiolæ aduersus Hæreticam prauitatem in Ciuitate Fauentina Inquisitor Generalis Apostolicus Hæreticorum terror, qui & ibi impijssimi Ochini Hæretici zizaniam depressit, vnde, & à Pio Papa V. Polignanensis Episcopus in Apulia creatus fuit; scripsitque iste Doctor.

Opusculum aduersus errores Caluini, cæterorumq; Caluinistarum.

Item Librum Sermonum de Tempore.

Item Librum alterum Sermonum Quadragesimalium, nec non &

Codicem Sermonum de Sanctis, atque de Laudibus Virginis Deiparæ.

Et alia plura opuscula.

Hunc celebrant, atque commendant Ioannes Michael Plodius Bononiensis, *in Historia de Viris Illustribus Sacri Ordinis Prædicatorum p. 2. lib.* 4., & Relationes Conuentus Fauentini, *Prouinciæ Lombardiæ*, apud Vincentium Riualium, *in Catalogo manuscripto Illust. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ pag. mihi 6 ad annum* 1572. *lit. A. num.* 20. §. *Angelus è Gallinis de Lugo*, à quo hæc desumpsimus.

1572. *Fr. Ludouicus de Luere.* Hoc eodem pariter anno Reparatæ salutis millesimo quingentesimo septuagesimo secundo floruit Fr. Ludouicus de Luere Brixiensis Diæcesis, Vir ingenij, atque doctrinæ ornamentis celebris, qui ex Priori Prouinciali Lombardiæ, nocte quadam currentis anni 1572. in Conuentu Brixiensi Matutinis precibus persolutis pronuncians illa verba. *Pretiosa est in conspectu Domini mors Sanctorum eius*, ad superos euolauit, egregijs scriptis post se relictis; scripsit itaque.

Librum Sermonum super Epistolas, & Euangelia de Tempore, valde eruditum.

Item Volumen Sermonum de Sanctis per totum annum.

Item Librum de Laudibus Virginis, nec non, &

Codicem Sermonum pro Quadragesima, li tempore.

Commemorant hunc Virum Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis, fol.* 169. Antonius Posseuinus, *in Apparatu Sacro fol.* 362. Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustribus Ordinis Prædicatorum p. 2. lib.* 4., Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria* 4. *ad annum* 1572. *pag. mihi* 350. *col.* 1. § *Ludouicus de Luere Italus*, & Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi* 48. *ad annum* 1572. *lit. L. num.* 163.

ANNO 1573.

1573. *Fr. Ioannes de Caluisano.* FR. Ioannes de Caluisano, Brixiensis Diæcesis, Vir doctus, eximiæque deuotionis, in Sacra Scriptura Sanctorumque Patrum auctoritatibus valde versatus, qui ex præcipuis appropriatisque locis Diuinæ Scripturæ, atque

aucto-

auctoritatibus Doctorum in omnium vtilitatem compilauit.

Librum piarum, atque Sanctarum præcum satis eruditum.

Qui reperitur in Conuentu Sanctæ Catharinæ apud Formellum Neapolis, in perantiquo charactere manuscriptus.

Sic referente de visu Antonio Senensi Lusitano, *in Bibliotheca Ordinis pag.* 144. apud Ambrosium de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 3. ad annum* 1491. *pag. mihi* 213. *col.* 1. §. *Ioannes à Caluisano*; qui pro se refert in hac parte, & Ioannem Michaelem Plodium, *in Appendice*, ita pariter, & Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, apud Vincentium Riualium, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi* 34. *ad annum* 1573. *lit. I, num.* 151.

1573. *Fr. Leonardus de Marinis.* Eodem pariter anno millesimo quingentesimo septuagesimo tertio in Prouincia Lombardiæ Conuentus Sanctæ Mariæ de Castello Genuæ alumnus florebat Fr. Leonardus de Marinis nobilis Ianuensis Archiepiscopus Lamianensis phænix ingeniorum sui temporis; qui inter cætera sui scripta, Mantuæ anno 1555. in lucem edidit insigne opus, cui titulus.

Catechismus pro Cura Animarum, Ciuitatis, atque Mantuanæ Diæcesis.

Ex Michaele Abbati Iustiniano, *in Bibliotheca de Scriptoribus Ligur.*, & Ambrosio de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Centuria 4. circa annum* 1573. *pag. mihi* 356. *col.* 1.

ANNO 1574.

1574. *F. Andreas de Materno.* FR. Andreas Alcherus de Materno, alias de Paterno Brixiensis Diæcesis. Vir pietate, doctrina, atque Religione insignis, qui dum aduersus hæreticam prauitatem in Ciuitate Mantuæ esset Inquisitor, eruditissimo calamo composuit.

Annotationes quasdam super paruum Confessionale nostri Fr. Hieronymi Panormitani valde dignas.

Et alia quædam.

Ita ex Ambrosio Gozzio, *in Catalogo Scriptorum Ordinis*, Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustr. Ord. Prædicatorum, p.* 2. *lib.* 4., Ambrosio de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 4. ad annum* 1574. *pag. mihi* 357. *col.* 2. Relationibus Prouinciæ Lombardiæ, atque Vincentio Riualio, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi* 5. *ad annum* 1571. *lit. A. num.* 16.

1574. *Fr. Baptista de Lugo.* Eodem pariter anno floruit Fr. Baptista, siue Ioannes Baptista de Lugo ex Romandiola, Prouinciæ Lombardiæ alumnus. Rhetor, Philosophus, Theologus, atque Prædicator eximius, Magisterque maximi nominis, qui anno 1546. vti ferunt aliqui in Concilio Generali Tridentino, cum esset ibi cum Reuerendissimo Episcopo Viensi, summa cum laude perorauit coram PP. consedentibus, qui & tutissimo calamo scripserat.

Orationem per pulchram in laudem S. Thomæ Aquinatis.

Et opusculum de Laudibus Virginis.

De quo Vincentius Maria Fontana, *in Theatro p.* 2. *cap.* 3. *de PP. in Concilijs tit.* 15. *de Concilio Tridentino, pag. mihi* 393. *col.* 1. Et ex Actis Concilij Tridentini.

ANNO 1575.

1575. *F. Andreas Zanettus.* FR. Andreas Zanettus, siue vt alij dicunt Gianettus de Salodio Brixiensis Diæcesis Vir satis cordatus, ac doctus, qui ex Socio Reuerendissimi Patris Seraphini Caballi Magistri Sacri Ordinis Prædicatorum ad excitandam Fidelium erga Beatissimam Dei Genitricem, & Virginem Sanctissimi Rosarij deuotionem eruditissimo calamo, ex Scriptis P. Ludouici Granatensis Ordinis Prædicatorum mirabili ordine compilauit.

Librum de Sanctissimo Rosario Beatissimæ Virginis Deiparæ congestum, Romæ impressum.

Quem Doctorem celebrant, Hyppolitus Maraccius, *in Bibliotheca Mariana*, Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis*, Ambrosius Gozzius, *in Catalogo Scriptorum Ordinis*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p.* 2. *lib.* 4, Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 4. ad annum* 1575. *pag. mihi* 358. *col.* 2., & Vincentius Riualius, *in Catalogo* Illu-

Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 5. ad annum 1575. lit. A. num. 17.

1575. *Fr. Eustachius Locatellus.* Eodem similiter anno humanæ salutis millesimo quingentesimo septuagesimo quinto in Conuentu Bononiensi floruit Fr. Eustachius Locatellus Bononiensis Vir omni sapientia, & doctrina clarus, qui postquam fuerat Regens, & Prior Conuentus Bononiensis, Vicariusq; Prouincialis Lombardiæ, nec non ibidem Censor Fidei à Beatissimo Pio Papa V. creatus fuit Episcopus Reggiensis in Lombardia, in quo munere, vt otio continuum excitaret bellum, profundissimo calamo scripsit.

Eruditissima Commentaria generalia super quatuor Libros Sententiarum; signanter verò

Tractatum de Mysterio Sanctissimæ Trinitatis.

Item Tractatum de Diuinissimo Incarnationis Mysterio.

Item Tractatum de Angelis, siue Spiritualibus creaturis.

Tractatum similiter de Deipara Virgine; nec non

Opusculum variarum orationum omni eruditione refertum.

De eximio hoc Doctore mentionem fecerunt, Antonius Posseuinus è Societate Iesu, *in Appendice 1. ad Tom. 1. Apparatus Sacri*, Hyppolitus Maraccius, *in Bibliotheca Mariana*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ord. Prædicatorum p. 2. lib. 4.*, Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis*, Cyprianus Vbertinus, *in Opere de Cruce*, Seraphinus Razzius, *in Historia Illustr. Virorum Ord.*, Ludouicus Pralormitanus, *in Catalogo Illustr. Virorum Conuentus Bononiensis*, Ferdinandus Vghellus, *Italia Sacra Tom. 2*, Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro p. p. de Pastor. Eccles. cap. 5. de Episc. tit. 490. pag. mihi 279. col. 1. num. 1.*, Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 4. ad annum 1575. pag. mihi 360. col. p. § Eustachius Locatellus*, Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 23. ad annum 1575. lit. E. num. 97. & in Chron. Constit. cap. 18. §. hic Beatus Pontifex, versus finem.*

ANNO 1576.

1576. *Fr. Thomas Zobius.* FR. Thomas Zobius de Brixia Conuentus Sancti Dominici Brixiæ alumnus, Vir prudentia, atque doctrina celebris, qui ob egregia sui merita à Gregorio Papa XIII. Sacri Palatij Apostolici Magister creatus fuit, in quo munere euidentissima sui acuminis indicia dedit; scripsit enim.

Volumen satis grande, circa modum procedendi in Causis Sanctissimæ Inquisitionis.

Item in meliorem formam reduxit Directorium Inquisitorum à Francisco Pegna inceptum.

Ex Francisco Pegna, *in Præfatione Directorij Inquisitorum ad Lectorem §. In his omnibus*, Reginaldo Lucarino, *de Magistris Palatij Apostolici*, Alphonso Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustr. Ordinis*, & Vincentio Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. 2. de Magistris Sacri Palatij Apostolici, tit. 50. pag. mihi 449. col. 1.*

1576. *Fr. Gabriel de Sauliano.* Eodem similiter anno salutis millesimo quingentesimo septuagesimo sexto; claruit in Conuentu Sancti Vincentij de Garrexio Fr. Gabriel à Sauiliano Pedemontanus Prouinciæ Lombardiæ alumnus, Vir in humanis, sacrisque litteris valde eruditus, qui elegantissimo calamo composuit.

Librum de Vita Beatæ Catharinæ de Raconisio Ordinis Prædicatorum.

Composuitque Chronicon Conuentus Sancti Vincentij de Raconisio, nec non

Chronicon breue Conuentus Sancti Vincentij de Garrexio, quæ Albæ Pompeiæ seruantur.

Cuius meminerunt Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustribus Ordinis p. 2. lib. 4.*, & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria quarta ad annum 1570. pag. mihi 344. col. 1. §. Gabriel à Sauiliano.*

1576. *Fr. Benedictus Herba.* Eodem quoque Anno salutis humanæ millesimo quingentesimo septuagesimo sexto, in Ciuitate Casalensi floruit Fr. Benedictus Herba de Mantua Lombardus Vir, tam in Theologia, quàm in Iure Canonico, atque in Summa Conciliorum versatissimus, qui ex Inquisitore Mantuano creatus Episcopus Casalensis à Bea-

Beatissimo Pio Papa V., inter cætera sui Monumenta Prouinciæ Lombardiæ reliquit Tractatus sequentes.

Primò Opuscula varia aduersus Lutheranorum errores in genere. Deinde scripsit.

Tractatum de Fide.

Tractatum de Operibus Fidem concomitantibus.

Tractatum de Iustificatione.

Item Tractatum de Gratia, ac tandem.

Tractatum de Indulgentijs.

Quem celebrant Cyprianus Vbertus, siue Vbertinus, *in Opere de Cruce*, & Relationes *Lombardiæ* apud Ioannem Michaelem Plodium, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 4.*, & apud Vincentium Riualium, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 16 ad annum 1576. lit. B. num. 63.*

1576. Fr. Hieronymus Barolus. Eodem pariter Anno floruit Fr. Hieronymus Barolus Papiensis Lombardus, Vir in Vniuersitate Ticinensi Philosophus, Historicus, Canonista, atque Theologus Maximus, inter cæteros alios Oecumenici Concilij Tridentini consedit, atque, vt volunt aliqui in materia de Iustificatione, elegantissimè in præfata Synodo perorauit; qui & scripsit subtilissimè.

In materia de Iustificatione.

In materia de Diuina Gratia, nec non

In materia de Libero Arbitrio.

Quem referunt acta Concilij Tridentini, & Vincentius Maria Fontana, *in Theatro p. 2. cap. 33. de PP. in Concilijs, tit. 15. de Concilio Tridentino pag. mihi 393. col. 1.*

ANNO 1577.

1577. Fr. Seraphinus Caballus. FR. Seraphinus Caballus Brixiensis Magister Generalis Ordinis tali sanctimoniæ fama, Disciplinarumque, atque scientiarum copia clarus; vt de eo P. Antonius Posseuinus sic discurrere non dubitauerit. *Seraphinus Caballus Brixiensis, Vir, Vitæ sanctitate, ac doctrina celebris, ac Theologus eximius, qui dum in suum Ordinem instaurandum totus incumbit, magno cum omnium dolore Neapoli in Hispània, in qua Ordinem suum visitabat anno millesimo quingentesimo septuagesimo octauo, die vigesimo primo Nouembris excessit è vita.* Hæc ille, *in Apparatu Sacro Scriptorum Ecclesiasticorum, Tom. 3. fol. 207. in fine.* Qui Seraphinus Caballus multa scripsit, posterisque reliquit. Inter cætera autem.

Quàm plures Epistolas hortatorias, ac pias, valdeque eruditas.

Item vnicuique Surij Opusculo, tamquam Enchiridio, Epistolam ad vniuersum gregem sibi commissum, præfecit.

Item Officium proprium pro die Festo Sanctissimi Rosarij componi mandauit.

Item Bibliothecam, siue Catalogum Scriptorum Ordinis ab Antonio Senensi conscribi iussit.

Et alia plura notatu dignissima in lucem edi curauit.

Cuius laudes egregias referunt, Antonius Posseuinus, de quo supra, *Tom. 3. Apparatus Sacri fol. 207. versus finem*, Dominicus Grauina, *in Libro Vox Turturis, p. 2. cap. 23.* Ausbertus Miræus, *de Scriptoribus seculi 16. cap. 78. in calce*, Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 4. ad Annum 1578. pag. mihi 370. col. 2.* Chronicon, *Constitutionum pag. mihi 344.* Seraphinus Razzius, *in Historia Illust. Virorum Ordinis*, & Leonardus Cozzandi, *in Bibliotheca Brixiensi lit. S. pag. mihi 300. & in Chron. nouiss. Constit. cap. 18. in principio ad annum 1560. § Ineunte 1660. & iterum §. Anno 1571.*

Eodem pariter Anno millesimo quingentesimo septuagesimo septimo claruit in Prouincia Lombardiæ Fr. Angelus Maria à Viadana Mantuanæ Diæcesis, qui cum Theologiam per plures annos in Conuentu Mantuano summa cum laude legisset, postea elegantissimo stylo, perlectis præclarissimis gestis Beatæ Catherinæ de Raconisio eius Vitam compilauit; scripsit itaque. 1577. Fr. Angelus Maria de Viadana.

Vitam Beatæ Catharinæ de Raconisio.

Ex Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 4.* & Ambrosio de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 4. ad annum 1570. pag. 345. col. 1.*

ANNO 1578.

FR. Ioannes de Salodio Brixiensis Diæcesis, Vir in Philosophia, atque Theologia sui temporis præclarissimi nominis, qui terminatis in insignioribus Prouinciæ Lombardiæ Conuentibus, 1578. Fr. Ioannes de Salodio.

Le-

Lecturis, eruditissimo calamo in promotionem numquam satis laudatæ deuotionis Sacratissimæ Virginis Deiparæ de Rosario, scripsit.

Librum de Rosario Beatissimæ Virginis Deiparæ, valde eruditum, ac pium.

Cuius meminit Hyppolitus Maraccius, *in Bibliotheca Mariana*, apud Ambrosium de Altamura *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 4. ad annum 1570. pag. mihi 345. col. 1. §. Ioannes Salodiensis Italus.*

ANNO 1579.

1579. *Fr. Vincentius Iustinianus.* FR. Vincentius Iustinianus Chiensis, Conuentus Sanctæ Mariæ de Castello Genuæ alumnus, Vir morum probitate, atque doctrina, omni laude dignissimus, qui ex Magistro Generali totius Ordinis Prædicatorum ob præclarissima eius merita, & signanter ob ingentem laborem, consumptum in recognitione omnium Scriptorum Sancti Thomæ Aquinatis, cum originalibus, quæ in Bibliotheca Vaticana asseruantur, pro generali impressione omium Operum Sancti Thomæ Iussu Sanctissimi ordinata, tandem à Beatissimo Pio Papa V. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis fuit creatus, inter cætera autem.

Libros suspectos vnà cum Cardinali Sirleto, iussu Gregorij XIII. expurgauit.

Item scripsit varias Epistolas hortatorias omni pietate, atque eruditione refertas.

Item in meliorem formam Librum Constitutionum Ordinis, illorumque Glossas, atque Declarationes reduxit.

Item eundem Librum Constitutionum, circa ea, quæ ad statum Regularium spectant, iuxtà decreta Sacrosancti Concilij Tridentini, auxit, atque ad nouam formam mandauit. Romæ 1566.

Et alia plura scripta reliquit.

Quem extollant Antonius Posseuinus, *Tom. 3. Apparatus Sac. fol. 352 & fol. 353.* Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis p. 2. lib. 4.*, Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro p. p. de Pastor. Eccles. cap. 2. de Cardinalibus S. R. E. tit. 37. pag. mihi 38. col. 1.* Alphonsus Ciacconus, *in Viris Romanum Pontificum*, Chronicon *Constit. Ord. Prædicatorum pag. mihi 340.*, Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 4. ad annum 1582. pag. mihi 380. col. 2. Et in Chron. nouiss. Const. cap. 17. §. Anno 1553. in fine, & iterum §. sequenti inter ea, & seq.*

ANNO 1580.

FR. Paulus de Rouato nobilis Brixiensis Conuentus S. Catharinæ de Neapoli prope Formellum alumnus. Vir tam sanguinis nobilitate, quàm sciẽtiarũ copia in Prouincia Lombardiæ celebris, qui ex reconditioribus auctoritatibus Sacræ Scripturæ, nec non Sanctorum Patrum, Italicè, atque Latinè egregiè scripsit. 1580. *Fr. Paulus de Rouato.*

Librum piarum præcum, cui titulus Conuiuium Animæ, valde eruditum.

Cuius meminit Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis fol. 189.*, & cum eo Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 4.*, Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 4. ad annum 1576. pag. mihi 364. col. 1.* & Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 54. ad annum 1575. lit. P. num. 184.*, Leonardus Cozzardus, *in Bibliotheca Scriptorum Brixiensium Typis impressa, lit. P. pag. mihi 287.*, & alij, qui eundem citant.

Eodem Anno millesimo quingentesimo octuagesimo, Veronæ in Prouincia Lombardiæ, claruit Fr. Antonius Brandolinus, natione Veronensis, Vir Philosophus, atque Theologus profundus, nec non circa Studium humanarum litterarum solida eruditione clarus, qui signanter in arte Poetica, adeo excelluit, vt ab Alberto Lauezola, siue Lauagnolo Academico Filarmonico Veronensi, omnium Poetarum Religiosorum Phænix appellaretur. Tanti Viri reperitur scriptum, quod de Anno postea 1618. in lucem dederit Typis impressum. 1580. *Fr. Antonius Brandolinus.*

Opusculum in laudem Virginis Deiparæ valde eruditum.

Cuius meminit Chronicon *Conuentus Sanctæ Anastasiæ de Verona*, apud Ioannem Mariam Pellegrinum Veronensem, in

in Chronico eiusdem. Vide de Anno 1580. *Chronicon*.

1580. *Fr. Archãgelus Blanchus*. Eodem pariter Anno humanæ salutis millesimo quingentesimo octuagesimo in eadem Prouincia Lombardiæ floruit, Fr. Archangelus Blancus de Gambalò Vigleuanensis Diæcesis, Vir omnibus numeris doctissimus, qui ex Socio Beati Pij Papæ V. dum esset Commissarius Sancti Officij de Vrbe, ab eodem Pio papa V. Episcopus Theanensis primò denunciatus, & deinde Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis creatus fuit. Vnde & à Gregorio XIII. Pontifice Maximo ob insignem eius doctrinam, & incontaminatam pro Apostolica Sede animi integritatem ad expurgandos Libros de Hæresi suspectos deputatus fuit.

Alterò Scripto, quàm plures Christianæ Reipublicæ obnoxios proscripsit.
Item aliud Volumen de expurgatis composuit.
Et aliud Volumen de expurgandis iuxta Regulas Indicis compilauit.
Et plura alia Opuscula reliquit.

Hunc celebrant Ferdinandus Vghellus, *de Italia Sacra Tom. 6. ad Episcop. Theanenses*, Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustribus Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 4. inter Cardinales*, Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro p. p. de Pastor. Eccles. cap. 2. de S. R. E. Cardinalibus tit. 36. pag. mihi 37. col. 2. & cap. 5 de Episcopis tit. 583. num. 4. pag. mihi 307. col. 1.* & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 4. ad annum 1580. pag. mihi 374. & pag. 375. & in Chron. Const. cap. 18. §. Alborum ex Ordine*.

1580. *Fr. Ludouicus de Prælormo*. Eodem similiter Anno millesimo quingentesimo octuagesimo claruit Bononiæ Fr. Ludouicus de Prælormo Pedemontanus Conuentus Bononiensis alumnus, Vir pietate, deuotione, atque sufficienti doctrina clarus, qui inter cætera sui scripta in lucem edidit.

Nonnulla Fragmenta Historiarum, seù Memorabilium Conuentus Bononiensis.
Item opusculum ad excitandam animam circa spiritualia, cui Titulus, Flamma Diuini Amoris.

De quo Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustribus Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 4.*, Relationes *Prouinciæ Lombardiæ*, & Hortonouus, *in notis ad Plodium*, apud Vincentium Riualium, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ pag. mihi 48. ad annum 1580. lit. L. num. 164.*

Eodem denique Anno ab Incarnatione Dominica millesimo quingentesimo octuagesimo in eodem Bononiensi Conuentu floruit, & quidam Fr. Dominicus à Pace Vlisiponensis, Lusitanus, origine, Conuentus tamen Bononiensis, ac perinde Prouinciæ Lombardiæ alumnus, qui dum Bononiæ in Vniuersitate Iuri Ciuili, atque Pontificio studeret, vt non leges Imperatorias, sed illius, qui est Rex Regum, & Dominus Dominantium legem amplecteretur, diuinitus ad Christi Domini sequelam vocatus Sacri Fratrum Prædicatorum Ordinis habitum Clericalem suscepit, in quo Ordine scientia, doctrina, morumque bonitate adeo profecit, vt summam summarum super decem Domini præcepta Decalogi compilauerit, scripsit itaque iste Doctor. 1580. *Fr. Dominicus à Pace*.

Grande Volumen per modum Summæ Theologicæ omnium Casuum Conscientiæ, valde eruditum.
Et alia Opera digna Et signanter Duos Tomos Sermonum, de perfectione Christi hominis.

De quo Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*. Bibliotheca Hispana, *Tom. 4. fol. 251.* Antonius Possevinus, *in Apparatu Sacro*. Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis, Centuria 4. ad Annum 1581. pag. mihi 377. col. p. §. Dominicus a Pace* Relationes *Conuentus Bononiensis*; & Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi 23. ad annum 1580. lit. D. num. 88.*

ANNO 1581.

FR. Hieronymus de Gauatteris Brixiensis, Vir pietate, atque doctrina insignis, qui gloriosè terminatis in principalioribus Prouinciæ Lombardiæ Conuentibus lecturis, firmissimo quinimmo eruditissimo calamo scripsit. 1581. *Fr. Hieronymus de Gauatteris*.

Egregia Commentaria super quinque Porphyrij Prædicabilia; Reuerendissimo Patri Magistro Seraphino

no Caballo Generali Ordinis dicata, nec non.

Et Commentaria in Aristotelis Logicam manuscripta, quæ in Archiuio Bononiensi inter alia manuscripta seruantur.

Quem commemorant, Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib.* 4. Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Centuria 4. circa Annum* 1573. *pag. mihi* 356. *col. p.* licèt, præfatus Altamura erret in cognomine, faciendo ipsum Brauatterium, cum de facto familia ipsius, ex qua originem duxerat fuerit de Gauatteris, vti videre est apud Leonardum Cozzandum, *in Bibliotheca Brixiensi, lit. G. pag. mihi* 199. & apud Vincentium Riualium, *in Catalogo Illustrium scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi* 31. *ad Annum* 1578. *lit. H. num.* 130.

1581. *Fr. Hieronymus Vielmi.* Floruit pariter in Prouincia Lombardiæ circa eundem Annum millesimum quingentesimum octuagesimum primum Fr. Hieronymus Vielmi Venetus Conuentus Sancti Dominici Venetiarum alumnus; Vir omnium sui temporis Sapientissimus, qui Patauinam Vninersitatem, nec non Sapientiam Romanam Sui doctrina per plurimos annos publicè legendo illustrauit, vnde & signanter Magister in Materia Theologica Romæ extitit Diui Caroli Boromei Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis; cuius fama permotus Pius Papa IV. Episcopum Argolicensem creauit, vndè postea à Beato Pio Papa V. Ad Aemoniensem Ecclesiam translatus fuit. Scripsit autem celeberrimus iste Doctor infrascripta Opera. Videlicet.

Commentaria egregia in Epistolam Apostoli Pauli ad Hæbreos.

Tractatum quoque mirabilem de Operibus sex dierum.

Tractatum de Episcopis Titularibus.

Tractatum quoque de Episcoporum residentia.

Tomos duos; siue duo Volumina de præcellentia Doctrinæ Sancti Thomæ Aquinatis.

Item Orationem Apologeticam in Theologiæ Obtrectatores.

Item Apologiam alteram de optimi Episcopi munere, nec non

Quædam alia Opuscula digna.

Claruit circa hæc tempora noster Vielmi, ex Ferdinando Vghello *Tom.* 5. *Italia Sacra.* Vincentio Maria Fontana, *in Theatro Sacro p.p. de Pastoribus Eccles. cap. V. de Episcopis tit.* 50. *num.* 3. *pag. mihi* 130. *col. p.* Antonio Senensi Lusitano, *in Bibliotheca Ordinis.* Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustribus Ordinis Prædicatorum p. 2. lib.* 4. Ambrosio Gozzio, *in Catalogo Scriptorum Ordinis.* Francisco Sansouino, *de Script. Venetis.* Antonio Posseuino, *Tom 2. Apparatus Sacri fol.* 47. *propè finem.* Ambrosio de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 4. ad annum* 1582. *pag. mihi* 381. *col.* 2. Dominico Codoleo, *in Chronica Conuentus Sancti Dominici Venetiarum*, atque Vincentio Riualio, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi* 31. *ad annum* 1582. *lit. H. num.* 131.

ANNO 1582.

FR. Petrus Martyr Morallus, siue Morellus de Garexio Pedemontanus Prouinciæ Lombardiæ alumnus, Vir tam in Sacra Theologia, quàm in Diuina Scriptura versatissimus, Ecclesiastesque: atque contemplatiuus excellens; qui vt posteritati, pietatis, atque doctrinæ euidentia relinqueret monumenta, scripsit Tractatus sequentes; videlicet. 1582. *Fr. Petrus Martyr Morellus.*

De Gloria Paradisi.

De Passione Domini.

De Pœnis Inferni.

De Humilitate.

De frequenti Communione.

De Præparatione ad eandem.

De Colloquio mentis, per modum Dialogi.

De modo recitandi Sanctissimæ Virginis Rosarium.

Et alia Vtilia.

Huius meminere Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis.* Ioannes Michael Plodius, *in Historia de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum, p. 2. lib.* 4. Antonius Posseuinus, *in Apparatu Sacro Tom.* 3. Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum.* Relationes, *Conuentus Garexini*, nec non Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi* 57. *ad annum* 1575. *lit. P. num.* 198. Quare per-

perperam Ioannes Marieta, nec non Bibliotheca Hispana Nicolai *Tom. 2. fol. 172. col. 2.* attribuunt supradictos Tractatus, de quibus supra cuidam Petro Martyri Moreles Hispano, vti aduertit Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 4. ad annum 1575. pag. mihi 358. & pag. 359. col. p.* Quoniam præfati Tractatus vsque de Anno 1563. Vercellis, & de Anno 1575. in Monte Regali respectiuè Typis impressi fuere, & non in Hispania.

ANNO 1583.

1583. *Fr. Vincentius Petra Sancta.* FR. Vincentius Petra Sancta Mediolanensis, Vir integritate vitæ clarus, & circa Sac. Theologiæ Studium indefesso labore conspicuus, omnemque materiam Sacramentorum comprehendens quippe qui miro ordine, singularique industria sapientissimo calamo omnes, & singulos Tractatus, in

Quinque Tabulas omnem Septem Sacramentorum Ecclesiæ doctrinam, mira distributione complectentes, designauit. Impressas Monachij anno 1577.

Cuius meminit Antonius Possevinus, *in Tomo 3. Apparatus Sacri fol. 353.* apud Ambrosium de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis, Centuria 4. circa annum 1577. pag. mihi 369. col. p.*

1583. *Fr. Vincentius Ferrinus.* Eodem pariter Anno nostræ reparatæ salutis millesimo quingentesimo octuagesimo tertio in Prouincia Lombardiæ floruit Fr. Vincentius Ferrinus de Castro nouo Mutinensis Diœcesis, Grafsanianæ Prouinciæ Dominij Serenissimi Ducis Mutinæ, Vir in Oratoria arte egregius, qui & Sanctissimæ Inquisitionis Parmensis Vicarius Generalis extitit circa annum 1583. atque inter cætera opuscula, quæ compilauerat, in lucem edidit sub die 16. Iulij 1583. Opusculum valde eruditum, siuè,

Tractatus Tres in Italica lingua omni eruditione refertos, Eminentissimo Domino Cardinali Alexandrino dicatos, quorum tituli erant.

Primo Alfabetto esemplare.

Secondo Alfabetto esemplare.

Terzo Alfabetto esemplare.

De quo Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ord. Præd. Centuria 4. ad annum 1599. pag. mihi 401. col. p.* cuius Opusculi exemplar vidit Author huius Operis sub die prima Octobris 1687. occasione epurgandi Libros Monasterij S. Catharinæ Senensis Veronæ.

Fr. Angelus Mirabinus de Fauentia, circa hæc tempora floruit Inquisitor Apostolicus aduersus hæreticam prauitatem in Ciuitate Venetiarum, oraculum, siuè Arca scientiarum. Etenim cum iste Vir in politioribus litteris, Philosophicis, ac Theologicis disciplinis fuisset valde doctus, in Mathematicis clarus, atque in Historijs tam Sacris, quàm profanis, nec non antiquis rerum Monumentis diligentissimè versatus, maximam sibi, atque Prouinciæ Lombardiæ laudem conciliauit, & scripsit. 1583. *Fr Angelus Mirabinus.*

Tractatum, Rerum Memorabilium sui temporis.

Atque super Libros de Anima Aristotelis.

Et alia opuscula varia.

Cuius meminit Seraphinus Razzius, *in Historia Illustrium Virorum Ordinis pag. mihi 314. §. Nella famosa Prouincia di Lombardia.*

Florebat quoq; eodē Anno millesimo quingentesimo octuagesimo tertio in Cōuentu S. Sabinæ de Vrbe pro munere Confessarij Sanctimonialium Monasterij Sanctorum Dominici, & Sixti Fr. Paulus Vincentius Durantes de Brixia Lombardus; Vir vt inquit Ambrosius de Altamura, doctrina, atque morum integritate celebris, qui vt posterorum pietati consuleret, firmo calamo scripsit. 1583. *Fr. Paulus Vincentius Durantes.*

Historiam Sacratissimæ Imaginis Beatissimæ Virginis Deiparæ in Templo præfatarum Monialium Sancti Dominici, & Sixti custoditæ, valdè eruditam; impressam Asculi Anno currente 1583.

De quo Florauantes Martinellus, *in Opusculo eiusdem argumenti pag. 2.*, & Hyacinthus de Parra, *in Catalogo Scriptorum Ordinis manuscripto*, apud Ambrosium de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 4. ad Annum 1583. pag. mihi 382. col. p.* Etsi mentionem de illo non faciant nisi vt de purè Italo.



ANNO 1584.

1584. *Fr. Ægidius Fuscararius.*

FR. Ægidius Fuscararius nobilis Bononiensis, Vir in Ecclesiastica eruditione conspicuus, in Sacrosanctoque Concilio Tridentino celeberrimus, in quo Arca scientiarum à PP. eiusdem Concilij appellabatur, & cum esset Mutinensis Episcopus in tali, ac tanta æstimatione extitit; vt à PP. illis Maxima Prouincia reformandi Missale, atque Breuiarum Romanum sibi demandaretur. Vnà igitur cum Fratre Leonardo de Marinis, altero Professo de Prouincia Lombardiæ Ordinis Prædicatorum.

Scripto suo Missale Romanum ex Decreto Sacri Concilij reformauit.

Item eius scripto Breuiarium Romanum ex Decreto eiusdem Concilij recognouit, atque castigauit.

Tandem Iussu eiusdem Concilij vnà cum Leonardo de Marinis, & Francisco Forerio, in compilando Cathechismum Romanum, hoc egregium Opus.

Aliaque Opuscula digna posteris reliquit.

De tam egregio Viro in eius Epitaphio, siue Elogio in Templo Sanctæ Mariæ super Mineruam inter cætera sic legitur.

Præstantia, prudentia, ac scientia
Diuinarum rerum tanta,
Vt in publico Tridentino Concilio
Patres in eius iudicio conquiescerent,
Qui Catechismo, Missali, ac Breuiario
In quibus maximè omnium elaborauit.
Compositis &c.

Celebrant hunc Virum eximium Ferdinandus Vghellus, *Tom. 2. Italiæ Sacræ*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustribus Ordinis inter Episcopos*, Reginaldus Lucarini, *in Adnotationibus ad Indicem Librorum prohibitorum*, Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. 1. cap. 5. de Episcopis, tit. 407. num. 2. & p. 2. cap. 5. num. 4.*, Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 4. ad annum 1564. pag. mihi 328. col. 2. §. Ægidius Fuscararius Bononiensis*, & Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi 21. ad annum 1584. lit. A. num. 94.*

Qui etiam felicissimo ingenio dotatus scripsit solido acutissimoque calamo sequentia opera videlicet.

Volumen vnum in materia Philosophica.

Item, in Theologia, tam Morali, quàm Speculatiua, Volumina duo.

Item super Sacram Scripturam, varia Commentaria.

Item Sermones de Tempore.

Item Sermones de Sanctis.

Item Sermones Quadragesimales, nec non

Et Sermones de Laudibus Virginis Deiparæ.

Tam egregij Viri laudes celebrant iterum Ambrosius Gozzius, *in Catalogo Scriptorum Ordinis Prædicatorum*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 4.*, & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 4. ad Annum 1584. pag. mihi 386. col. 2. §. Ægidius Bononiensis.*

ANNO 1585.

FR. Angelus de Sigestro Ligur, Orientalis Riperiæ Genuensis, ingeniorum Phænix, Vir doctus, qui etsi adolescentulus, in omni ferè scientiarum genere valde versatus, omnique eruditione dotatus erat, & cùm à studiorum cursu in Conuentu S. Dominici Genuæ detineretur vix Sacro Diaconatus initiatus Ordine, plurimis sui acuminis post se relictis scriptis immatura morte in Domino placidè obijt, magnum sui posteris Prouinciæque Lombardiæ relinquens desiderium; quippèqui per antea eruditissimo calamo scripserat. — 1585. *Fr. Angelus de Sigestro.*

Adnotationes super quinque Porphirij Prædicabilia.

Item Adnotationes in decem Aristotelis Prædicamenta.

Item Adnotationes in octo Libros Physicorum Aristotelis.

Item in duodecim Libros Aristotelis Metaphysices.

Item Adnotationes in Librum de Ente, & Essentia.

Item Codicem Quæstionum variarum de Angelis.

Item Librum Sermonum de Angelis.

Et

Et plures alios Tractatus nundum ad totalem redactos perfectionem.

Cuius meminit Michael Abbas Iustinianus, *in Bibliotheca Scriptorum Ligurum*, relatus ab Ambrosio de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 4. ad Annum 1580. pag. mihi 378. col. 1. §. Angelus de Sigestro Ligur.*

1585. *Fr. Petrus de Teruisio.* Claruit eodem quoque Anno à reparato Orbe millesimo quingentesimo octuagesimo quinto in Ciuitate Patauina, hoc est in Conuentu Sanctæ Mariæ Gratiarum Pataui, Fr. Petrus de Teruisio, dicti Conuentus, ac perinde Prouinciæ Lombardiæ alumnus, Vir pari pietate, doctrina, morumque probitate clarus, qui ad debitum Christi fidelium pensum, circa promotionem deuotionis Rosarij Sacratissimi erga Virginem Deiparam Cælorum Reginam, atque Angelorum, excitandam in lucem elegantissimo calamo protulit, inter cætera opera.

Quindecim Meditationum Volumen, ad numerum quindecim Mysteriorum Sacratissimi Rosarij Beatissimæ Matris Dei Mariæ. Typis Impressum 1584.

Item & Sermones de Laudibus Virginis Deiparæ.

Item Sermones tam de Tempore, quàm de Sanctis.

Ex Hyppolito Maraccio, *in Bibliotheca Mariana Tom. 2. fol. mihi 247.*, Bartholomeo Burchielato, *in Catalogo Scriptorum Teruisinorum*, atque Hyacintho de Parra, *in Catalogo de Scriptoribus Ordinis FF. Prædicatorum manuscripto*, apud Ambrosium de Altamura, *in Bibliotheca Chronologica Ordinis Prædicatorum, Centuria 4. ad annum 1599. pag. mihi 422. col. 2. §. Petrus Franchinus, Natione Italus, Patria Teruisinus*, & alijs.

ANNO 1586.

1586. *Fr. Sixtus de Como.* FR. Sixtus Vicedominus, siue de Visdominis Nouocomensis, Vir in omni disciplinarum genere eruditissimus, qui cum laudabiliter in principalioribus Prouinciæ Lombardiæ Conuentibus consuetis terminatis Lecturis, in Mutinensique Catthedrali Ecclesia, postquam per plures annos publicè Ius Pontificium ex professo gloriose perlegisset, talem famam sibi Prouinciæque Lombardiæ acquisiuit; vt eadem permotus Sanctissimus in Christo Pater Pius Papa V. vsque de Anno millesimo quingentesimo septuagesimo primo, eum Episcopum Mutinensem creauerit, qui & pro coronide egregiorum sui facinorum, Idiomate tam Italico, quam Latino respectiue scripsit.

Eruditissimas Homilias, super Euangelia, tam Aduentus, quàm Quadragesimæ.

Homilias, in Ionam Prophetam.

Homilias, in Septem Psalmos Pænitentiales.

Homilias, in Sacrosanctum Diui Ioannis Euangelium.

Homilias, in primam Diui Petri Apostoli Epistolam.

Item, in Epistolam Diui Pauli Apostoli ad Colossenses.

Item eruditissimas adnotationes, in Cathechismum Romanum.

Item Sermones de Tempore per totum Annum.

Item Sermones, de Sanctis.

Item Sermones, de Laudibus Beatissimæ Dei Genitricis Mariæ.

Et Multa alia Opuscula digna; quæ morte peruentus perficere nequiuit.

De quo Ferdinandus Vghellus, *in Tom. 2. Italiæ Sacræ*. inter Episcopos Mutinenses. Ambrosius Gozzius, *in Catalogo Script. Ord. Prædicatorum*. Sixtus Senensis, *in Bibliotheca Sancta lib. 4.* Ioannes Michael Plodius, *de Viris illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 4.* Antonius Posseuinus, è Societate Iesu, *Tom 3. Apparatus Sacri, fol. 233.* Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. p. cap. 5. de Episcopis, tit. 407. num. 3. & p. 2. cap. 6. tit. 4. pag. mihi 495. num. 32. col. 2. §. P. Fr. Sixtus Nouocomensis.* Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 4. ad annum 1577. pag. mihi 367. col. p. in calce. §. Sixtus ex Nobili Familia*, & Vincentius Maria Riualius, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi 64. ad annum 1590. lit. S. num. 219.*

Eodem pariter Anno ab Incarnatione Dominica millesimo quingentesimo octuagesimo sexto in Cesenatensi Conuentu claruit Fr. Iulius Hysoppus de Cesena præfati Conuentus alumnus, vir præstantissimi nominis, qui quemadmodum doctrina super omnes sui æui eminebat, ita pariter acumine in Vniuersita- 1586. *Fr. Iulius de Casena.*

ſitate Patauina iuxtà Sancti Thomæ Aquinatis Angelicam doctrinam publicè legendo ſapientiſſimi viri ſibi famam comparauit; ſiquidem & breuiſſimo tempore in maius Prouinciæ Lombardiæ commodum vtiliſſimas notas inter Scotum & Capreolum in lucem edidit, ſcripſit itaque inſignis iſte Doctor.

Promptuarium omnium locorum, Sententiarum, atque auctoritatum Ioannis Duns Scoti aduerſus doctrinam Sancti Thomæ, cum adæquatis reſponſionibus Ioannis Capreoli, Opus valdè elaboratum; Poſtmodum Venetijs anno 1588. impreſſum.

Et alia Opuſcula varia tanto Doctore digna.

Cuius meminit Ambroſius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 4. ad annum* 1588. *pag. mihi 391. col. 1. § Iulius Hyſoppus Ceſenas. Et Relationes Lombardiæ.*

ANNO 1587.

1587. *Fr. Io: Baptiſta Lancius.*

EFfulſit in Prouincia Lombardiæ hoc anno 1587. Fr. Ioannes Baptiſta Lancius de Regio Lombardus, vir in Scholaſticis Diſciplinis, atque in Fidei Catholicæ negotijs pertractandis verſatiſſimus, qui primò Sacræ Congregationis Indicis Secretarius; deinde à Clemente VIII. Pontifice Maximo, Sacri Palatij Apoſtolici Magiſter creatus, poſt modum in acuminis ſui teſtimonium plura Opuſcula tanto Viro digna, profundiſſimo calamo compilauit, inter cætera autem.

Tractatum de Poteſtate Romani Pontificis.

Summam aduerſus Hæreſes ſui temporis.

Atque Elenchum, ſiue Catalogum Scriptorum Sacri Ordinis Prædicatorum.

Et alia Scripta, quæ morte præuentus perficere non potuit.

Tam eximij viri meminerunt Reginaldus Lucarinus, *in Chronologia Magiſtrorum Sacri Palatij Apoſtolici.* Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illuſtr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 4.* Alphonſus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum.* Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Dominicano p. 2. cap. 4. de Magiſtris Sacri Palatij Apoſtolici tit. 7. num. 53. pag. mihi 450. col. p.* Ambroſius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 4. ad Annum 1598. pag. mihi 422. col. p. §. Ioannes Baptiſta Lancius de Regio.*

ANNO 1588.

FR. Lactantius Ramfoldus de Vrceis Brixienſis Diæceſis, Conuentus Cremonenſis alumnus, vir Obſeruantia Regulari, atque Doctrina illuſtris, qui expletis in Brixienſi Conuentu ſingulari cum ſui laude Lecturis, nec non in inſignioribus Prouinciæ Lombardiæ Conuentibus præfecturis, Sanctiſſimæ Inquiſitionis Tribunali applicatus, poſtmodum à Gregorio Papa XIII. Commiſſarius Generalis S. Officij de Vrbe creatus fuit anno milleſimo quingenteſimo octuageſimo tertio, in quo munere poſteritati reliquit. 1588. *Fr. Lactantius de Vrceis.*

Tractatum, de Rebus Sacris ad Sanctum Miſſæ Sacrificium pertinentibus, cum earumdem ſignificationibus &c.

Tractatum, in Orationem Dominicalem, ſiue Orationis Dominicæ Expoſitionem.

Tractatum, de Sacro Præfatio Miſſæ, vna cum eiuſdem ſignificationibus.

Item Summariam, ſiue Compendioſam Symboli Apoſtolici declarationem.

Et Alia plura Opuſcula, quæ in Conuentu Bononienſi ſeruantur.

Cuius meminit Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. 3. cap. 2. de Miniſtris Sanctiſſimæ Inquiſitionis tit. 3. de Commiſſarijs num. 8. pag. mihi 543. col. p. §. Commiſſarius conſtituitur.* Et cum eo Leonardus Cozzandi, *in Bibliotheca Brixiana lit. L. pag. mihi* 225.

Eodem ſimiliter Anno milleſimo quingenteſimo octuageſimo octauo floruit in Prouincia Lombardiæ Fr. Paulus Vincentius de Aſculo, Vir eruditione, atque morum grauitate celebris, qui egregiam Fr. Pauli Vincentij de Durantis Brixienſis, compoſitionem circa Hiſtoriam Imaginis Beatiſſimæ Virginis Mariæ Sacrarum Sanctimonialium SS. Dominici, & Sixti de Vrbe, emulatus, ſcripſit elegantiſſimo calamo. 1588. *Fr. Paulus Vincentius de Aſculo.*

Hi-

Historiam Sanctissimæ Imaginis Virginis Deiparæ in Æde SS. Dominici, & Sixti de Vrbe existentis de Anno 1583. singulari eruditione refertam.

Ex Florauante Martinello, *in Opusculo præfatæ Sanctissimæ Imaginis. pag. 2.* & Hyacintho de Parra, *in Catalogo Scriptorum Ord. manuscripto*, apud Ambrosiũ de Altamura, *in Bibliotheca Ord. Prædic. Centuria 4. ad annum 1583. pag. mihi 382. col. 1. §. Paulus Vincentius, Italus.* Verum existimarem, quod hic fieret æquiuocatio inter Paulum Vincentium de Durantis, & Paulum Vincentium de Asculo cum eadem Historia sit, de qua agitur.

1588. *Fr. Dominicus de Arimino.* Claruit pariter in Prouincia Lombardiæ, eodem anno millesimo quingentesimo octuagesimo octauo, signanter in Conuentu Ariminensi, Fr. Dominicus Britius de Arimino, Vir Arcanorum Sacræ Scripturæ inuestigator profundus, qui insignioribus Prouinciæ Lombardiæ Ecclesijs Sancta prædicatione illustratis; Postmodum eruditissimo calamo in lucem edidit.

Eruditissima Commentaria super omnes Psalmos Dauidicos SS. PP. Sententijs referta.

Item Sermones de Tempore per totum annum.

Item Sermones Quadragesimales, nec non

Sermones de Sanctis, per totum annum ocurrentibus.

Ac tandem Tractatum Generalem de Virginis Deiparæ Laudibus celebrandis.

Cuius meminit, Ioannes Michael Plodius, *in suis Manuscriptis*, relatus à Vincentio Maria Riualio, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 21. ad Annum 1588. lit. D. num. 89.* & Relationes Conuentus Ariminensis; prout idem Vincentius Maria Riualius, *loco supra citato*, attestatur, ad quos relatio habeatur.

ANNO 1589.

1589. *Fr. Vincentius de Quintiano.* FR. Vincentius Patina de Quintiano Brixiensis Diæcesis, Vir non minus sapientia, atq; doctrina, quam morum probitate omnium sui temporis celeberrimus, qui per plures annos in principalioribus Prouinciæ Lombardiæ studijs Logica, Philosophia, Scholastica, atque Morali Theologia gloriosè explicatis, postmodum ad Dogmaticam se conuertit, atque applicauit, circa quam Lecturam adeo profecit, vt à Paulo Papa III. ad Oecumenicum Tridentinum Concilium missus, ibidemque constitutus summa cum Ordinis gloria coram PP. præfati Concilij plura aduersus tam Caluinianam, quàm Lutheranam Hæresim mirificè disseruerit, siquidem de facto vix Generali terminata illa Synodo in lucem infrascripta edidit, videlicet.

Plures Tractatus aduersus recentiores Hæreses, & signanter.

In Materia Diuinæ Gratiæ.

In Materia de Iustificatione.

In Materia Indulgentiarum.

In Materia Sacrarum Imaginum.

Item Scripsit Opusculum, de Sacrosancto Missæ Sacrificio.

Item Tractatum, de Primatu Diui Petri Mantuæ impressum 1556.

Item Tractatum alterum, de Virtutibus Animæ.

Item alia Opuscula aduersus sui temporis Hæreses.

Item egregia Commentaria in vniuersam Aristotelis Logicam.

Item super Libros Posteriorum iuxtà Diui Thomæ interpretationem.

Item Commentaria in Tres Libros, de Anima. Bononiæ impressa 1575.

Atque Commentaria super duodecim Libros Metaphysicæ.

Quem celebrant Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis p. 2. lib. 4.* Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis pag. 263.* Ambrosius Gozzius, *in Catalogo Scriptorum Ordinis manuscripto.* Relationes Lombardiæ, *ex Conuentu Bononiensi*, & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 4. ad annum 1583. pag. mihi 382. col. 2. §. Vincentius Patina à Quintiano Brixiensis*, nec non & Leonardus Cozzandi, *in Bibliotheca Brixiensi, lit. V. pag. mihi 320.*

Eodem pariter Anno millesimo quingentesimo octuagesimo nono in toto Ordine Prædicatorum nomine Prouinciæ Lombardiæ efulsit inter cæteros Hypolytus Maria Beccaria à Monte regali Pedemontanus, Conuentus Sanctæ Mariæ Gratiarum Mediolanensis alumnus, Vir omnium doctissimus, oratorque 1589. *Fr. Hippolytus Maria Beccaria.*

egregius, atque Obseruantia Regulari clarissimus, qui ex Commissario Generali Sancti Officij de Vrbe Definitoreque Generali Prouinciæ Lombardiæ in Capitulo Generali Romæ celebrato hoc currente anno millesimo quingentesimo octuagesimo nono electus fuit Magister Generalis, in quo munere in lucem edidit.

Commentaria in p. p. Summæ Sancti Thomæ Aquinatis valde erudita, &

Commentaria in p. 2. eiusdem Sancti Thomæ.

Item Quæstiones Philosophicas in octo Libros Physicorum.

Nec non in tres Libros de Anima Aristotelis.

Atque Acta Capitulorum Generalium valde Vtilia.

Cuius Scriptoris meminit, Seraphinus Razzius, *in Historia Illustrium Virorum Ordinis, pag. mihi* 199. *num.* 51. & cum ipso Chronicon Constitutionum, *ad annum* 1589. *pag. mihi* 345.

1589. *Fr. Vincentius de Monte Sancto.* Claruit pariformiter eodem anno millesimo quingentesimo octuagesimo nono in Prouincia Lombardiæ Fr. Vincentius de Monte Sancto in Piceno, vir in omni ferè scientiarum genere eruditissimus, qui, singulari cum sui gloria, in Studio Bononiensi cum Baccalaurei munus exercuisset, ab Apostolica Sede factus fuit aduersus hæreticam prauitatem Cremonæ, atque Fauentiæ Generalis Inquisitor Apostolicus, post modum Prouinciæ Lombardiæ Prior Prouincialis, ac tandem ex Priore Prouinciali creatus fuit in Alma Vrbe Sancti Officij Commissarius Generalis, qui pariter ob egregia sui merita postea à Clemente VIII. Pontifice maximo anno millesimo quingentesimo nonagesimo secundo, ad Aprutinam Ecclesiam translatus fuit, in qua dignitate constitutus inter cætera scripsit.

Volumen valde dignum de Immunitate Ecclesiastica.

Et Volumen aliud de Potestate Papæ.

Et alia plura Opuscula varia nondum perfecta.

Cuius meminit Ioannes Michael Plodius, *in Appendice ad p. 2. lib. 4. Historiæ de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum.* apud Vincentium Mariam Fontanam, *in Theatro Sacro Dominicano p. 3. cap. 2. Tit. 3. De Commissarijs S. Officij de Vrbe pag. mihi* 543. *col.* 2. *n.* 10. §. *Electione facta Beccariæ.* Ferdinandus Vghellus, *Tom. p. Italiæ Sacræ, & Alij.*

ANNO 1590.

1590. *Fr. Modestus de Vincentia.* FR. Modestus de Vincentia, vir tam in humanis, quam in Diuinis litteris omnibus sui temporis insignior qui postquam in via S. Thomæ Aquinatis in principalioribus Prouinciæ Lombardiæ studijs, litteram summæ Theologicæ eiusdem Diuinæ voluntatis Interpretis summa cum sui laude per plures annos ex officio explicuisset, tandem Vincentiæ à Confratribus de Sodalitate Sancti Hieronymi nuncupatis, requisitus, compilauit.

Librum diuersarum precum mirifica methodo ordinatarum, Illustrissimo, ac Reuerendissimo Domino Michaeli Priolo Episcopo Vincentiæ, dicatum. Anno 1590.

Item scripsit egregia Commentaria in 3. p. Summæ Sancti Thomæ Aquinatis signanter de Dominica Incarnatione, quæ inter cætera manuscripta, in Archiuio Bibliothecæ Sanctæ Coronæ de Vincentia seruantur.

Ex Relationibus Vincentini Conuentus Prouinciæ Lombardiæ, exquè Typographia Nicolai Poli Typographi Vincentini. *Anno* 1590. quorum exemplar author vidit.

1590. *Fr. Damianus de Bononia.* Eodem pariter anno millesimo quingentesimo nonagesimo claruit in linea litteratorum Prouinciæ Lombardiæ in Conuentu Brixiensi Fr. Damianus Rossius de Bononia, Vir maximæ eruditionis, in materia præsertim Scholastica, atque Dogmatica, nec non in materia Sacrorum Canonum, atque Conciliorum valde versatus, qui de facto elegantissimo calamo Codices edidit, & specialiter.

De Hæresibus agnoscendis, atque damnandis. Volumen vnum.

Item Libros Tres, de Hæreticorum Dogmatibus ingenti studio, atque labore confectos.

Item Summam Conciliorum, à quibus Præfata Hæreses fuere damnatæ. Patauij 1585.

Et alia plura opuscula varia manuscripta, quæ Bononiæ seruantur.

Cuius

Cuius meminit Antonius Posseuinus, *in Apparatu Sacro*, apud Ambrosium de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædic. Centuria 4. ad annum 1581. pag. mihi 379. col. 2. §. Damianus Rossius.* & Vincentius Maria Riualius, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi 19. ad annum 1584. lit. D. num. 79.*

1590. *Fr. Angelus Calepius.* Floruit similiter hoc eodem anno à reparato Orbe millesimo quingentesimo nonagesimo in Conuentu Neapolitano Sanctæ Catharinæ apud Formellum Prouinciæ Lombardiæ vnito Fr. Angelus Calepius Græcus origine Cyprius: præfati tamen Conuentus Sanctæ Catharinæ apud Formellum alumnus. Vir omnibus numeris eruditus, in Ecclesiasticisque Historijs valde versatus, qui à Gregorio XIII. Pontifice Maximo Anno millesimo quingentesimo octuagesimo tertio, Sancti Erini in Græcia Episcopus creatus fuit, & in sui senectute scripsit.

Historiam Cipry Regni à Turca capti. Bonoriæ impræssam anno 1573.

Item, Chronologiam eiusdem Cyprij Regni, à Stephano Luiniano inceptam, perfecit.

Ex Antonio Senensi Lusitano, *in Bibliotheca Ordinis pag. 21. & pag. 22.* Alphonso Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum, inter Episcopos Græciæ.* Ioanne Michaele Plodio; *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 4.* Vincentio Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. p. cap. 5. de Episcopis tit. 514. num. 3. pag. mihi 283. col. 2. §. P. Fr. Angelus Calepius.* Ambrosio de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 4. ad annum 1594. pag. mihi 411. col. 2. §. Angelus Calepius, Cyprius.* & Vincentio Maria Riualio, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 6. ad annum 1594. lit. A. num. 21.*

1590. *Fr. Hieronymus Capella.* Eodem quoque anno millesimo quingentesimo nonagesimo, floruit in Prouincia Lombardiæ Fr. Hieronymus Capalla, siue vt alij volunt Capella Salutiensis Conuentus Sancti Ioannis Salutiarum alumnus; Vir tam in humanis litteris quam in Theologali, Conciliorumque materijs, nec non in Iure Pontificio æque versatus, qui dum Salutiarum aduersus hæreticam prauitatem Inquisitoris Apostolici munus exerceret egregie scripsit.

Tractatum aduersus Hæreses sui temporis.

Opuscula diuersa elegantissimarum orationum.

Item Volumen aliarum variarum compositionum in lucem edidit.

Cuius meminit Franciscus Augustinus ab Ecclesia, Episcopus Salutiarum, *in Catalogo Scriptorum Pedemontis, pag. mihi 70. §. Girolamo Capalla.*

1590. *Fr. Pius de Lugo.* Effulsit similiter hoc eodem Anno ab Incarnatione Diuini Verbi millesimo quingentesimo nonagesimo in Romandiola Prouinciæ Lombardiæ, signanter in Lugensi Conuentu Fr. Pius de Lugo Lombardiæ Prouinciæ alumnus, Vir valde eruditus; qui dum esset Inquisitor Generalis Apostolicus Bergomensis aduersus hæreticam prauitatem, inter cætera Opera, scripsit, compilauitq;

Librum institutionum Confratrum Societatis Sanctissimæ Crucis, nec non

Librum Priuilegiorum Apostolicorum per varia Tempora à Romanis Pontificibus, eisdem Confratribus per tempora concessorum.

Ex Relationibus, *Inquisitionis Bergomensis*, apud Vincentium Mariam Riualium, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 58. ad annum 1590. lit. P. num. 204.*

ANNO 1591.

1591. *F. Thomas de Venetijs* FR. Thomas Peregrinus Venetus, Conuentus Castellani Veneti alumnus, Vir doctrina, nec non facundia in dicendo egregius, qui ab Excellentissimo Senatu Veneto ad moderandam Metaphysicalem Cathedram Patauinæ Vniuersitatis summa cum Prou. Lombardiæ gloria assumptus, cum in præfata Academia per plures annos Metaphysicæ Aristotelis Libros iuxta Sancti Thomæ Aquinatis germanam interpretationem eximia cum laude explicuisset, postmodum purgatissimo calamo in studiosorum commodum posteritati consulendo, scripsit.

Eruditissima Commentaria in Aristotelis Metaphysicam.

Atque in octo Libros Physicorum eiusdem Aristotelis.

Quem Scriptorem vnanimiter celebrant Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illust.*

Illustr. Ord. Prædicatorum p. 2. lib. 4., Ambrosius Gozzius, *in Catalogo Scriptorum Ordinis*, Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 4. ad annum 1583. pag. mihi 382. col. 2. §. Thomas Peregrinus.*

1591. Fr. Antonius de Vrceis. Eodem quoque anno ab Incarnatione Dominica millesimo quingentesimo nonagesimo primo claruit in Conuentu Vrceano Brixiensis Diœcesis Prouinciæ Lombardiæ vnito Fr. Antonius Paraboscus de Vrceis, Conuentus tamen Sanctæ Catharinæ apud Formellum Neapolis alumnus, Vir acri ingenio, singularique gratia in dicendo dotatus, qui postquam insigniores Prouinciæ Lombardiæ Ecclesias eruditissimis Concionibus per plures annos illustrasset; tandem senio confectus, relicta Patria ad suæ affiliationis Conuentum se recepit apud Formellum. Ibique in lucem edidit.

Librum vnum Sermonum de Tempore per totum annum.

Item Librum alterum Sermonum de Sanctis per annum occurrentibus.

Item Volumen distinctum à supradictis, Concionum Quadragesimalium.

Ac tandem Syluam variorum Conceptuum prædicabilium cum auctoritatibus locorum Sacræ Scripturæ, Sanctorumque Patrum manuscriptam.

Cuius meminit Camerata, *in Encycopledia*, apud Ambrosium de Altamura, *in Bibliotheca Ord. Prædicatorum Centuria 4. ad annum 1590. pag. mihi 401. col. 2. §. Antonius Paraboscus*, & Relationes Lombardiæ.

ANNO 1592.

1592. Fr. Albertus Dragus. FR. Albertus Dragus de Florentiola Placentinæ Diœcesis, Vir ingenij, atque doctrinæ ornamentis decoratus, qui ex Inquisitore Mediolanensi, Sancti Officij de Vrbe Commissarius Generalis creatus; postmodum à Clemente Papa VIII. anno millesimo quingentesimo nonagesimo nono Termulanus Episcopus denunciatus fuit, quã Ecclesiam ab Apostolica Sede sibi demandatam per plures annos sanctissimis legibus rexit, in maiusque Animarum sibi concreditarum commodum in lucem edidit.

Libellum Doctrinæ Christianæ.

Atque Breuem Casuum Conscientiæ Summam, siue Summulam.

Nec non varia Decreta Synodalia pro sua Diœcesis Clero, valde vtilia.

Tam egregij Viri Prouinciæ Lombardiæ meminit Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum, p. 2. lib. 4.* Ferdinandus Vghellus, *Tom. 8. Italiæ Sacræ*, atque Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. 3. cap. 2. tit. 3. de Commissarijs S. Officij de Vrbe num. 11. pag. mihi 544. col. 1. §. Creatur à Clemente VIII.*

Eodem similiter Anno Domini millesimo quingentesimo nonagesimo secundo in Conuentu Bononiensi claruit Frater Vincentius Spargiatus de Bononia, Vir, non tantum probitate vitæ, quàm scientia clarus, quinimmò cum in Prouincia Lombardiæ suo tempore in omni ferè disciplinarum genere esset eruditissimus, in singularis acuminis sui argumentum, euidentissimumque suæ sapientiæ testimonium, posteritati studendo scripsit. 1592. Fr. Vincentius de Bononia.

Compendium omnium Scientiarum, cui titulus, Agatemaria, verè opus omni eruditione refertum, & ornatum.

Ita ex Relationibus Lombardiæ signanter *Conuentus Bononiensis*, atq; ex relatione Ioannis Michaelis Plodij, *de Viris Illustribus Ordinis p. 2. lib. 4.*, apud Ambrosium de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria quarta ad annum 1588. pag. mihi 390. col. 2. §. Vincentius Spargiatus.*

ANNO 1593.

FR. Felicianus Neguarda de Morbinio Vallis Tellinæ, Prouinciæ Lombardiæ alumnus, & Nouocomensis Conuentus filius, Vir morum integritate, atque scientia præclarissimus, vtpote qui ob præclara sui merita totius Germaniæ Vicarius Generalis factus, qua occasione Viennæ Austriæ Scholasticam Theologiam, cum eximia sui laude publicè ita edocuit, tamamq; inde famam apud Archiepiscopi Salisburgensé sibi acquisiuit, vt ipsum veluti dignissimum suum Procuratorem ad Oecumenicum Concilium Tridentinum miserit. In qua Synodo Generali, aduersus hæreses, in materia Gratiæ, Iustificationis, Peccati Originalis, cõmunionis sub vtraq; spe- 1593. Fr. Felicianus Neguarda.

ſpecie, necnon Apoſtolicarum Traditionum, noſtri Niguardæ abundè ſapientia intonuit, atque à PP. plurimum fuit admirata. Quapropter à Gregorio XIII. Pontifice Maximo Scalenſis Epiſcopus primo creatus fuit; Deinde ab eodem Gregorio XIII. ad Eccleſiam Sanctæ Agahtæ Gothorum in Neapolitano Regno translatus fuit, & poſtmodum à Sixto Papa V. ex Epiſcopo Sanctæ Agathæ ad Nouocomienſem Eccleſiam delatus fuit Anno milleſimo quingenteſimo octuageſimo octauo. Vbi in euidentem Eccleſiæ Catholicæ Romanæ vtilitatem infraſcripta Opera in lucem dedit, videlicet,

Volumen de Epiſcoporum, atque Parochorum Inſtructione, cui Titulus, Manuale Prælatorum, ſiue Paſtorum,

Volumen aliud, Aſſertionum Catholicæ Fidei, aduerſus errores, ſiue Articulos vtriuſque Confeſſionis Fidei, Annæ Burgenſis, Doctoris Iuris, Aurelianenſis,

Item Librum aduerſus Martyrium, inſanaque Hæreticorum miracula.

Item Librum de Immunitate, Scripturarumque germana Interpretatione.

Item Tractatum de Humanis, Apoſtolicisque Traditionibus.

Item Tractatum de Summi Pontificis Primatu.

Item Volumen de Septem Sanctiſſimis Eccleſiæ Sacramentis.

Item Volumen de Pleriſque alijs, quæ perperam Caluiniſtæ carpere ſolent in materia Sacramentorum.

Item ſcripſit, & Defenſionem Fidei maiorum noſtrorum. Antuerpiæ 1575.

Item Enchiridion de Irregularitate, atq; de Cenſuris.

Item Tractatum de Priuilegijs, atque Priuilegiatis.

Et alia Opuſcula plura, tanto Doctore digna.

Eximium hunc Scriptorem celebrant Antonius Senenſis Luſitanus, *in Bibliotheca Ordinis*, Chronicon Ciuitatis Nouocomenſis, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illuſt. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib.* 4., Ferdinandus Vghellus, *Tom. 5. Italiæ Sacræ*, Ambroſius Gozzius, *in Catalogo Scriptorum Ordinis*, Antonius Poſſeuinus, *in Apparatu Sacro*, Ausbertus Miræus, *de Scriptoribus Seculi 16.*, Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Dominicano p. 1. cap. 5. de Epiſc. tit. 195. num. 2. tit. 511. num. 3. & tit. 532. num. 4.*, Ambroſius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 4. ad Annum 1595. pag. mihi 415. col. p. §. Felicianus Neguarda*, Vincentius Riualius, *in Catalogo Illuſtrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuſcripto, pag. mihi 24. ad annum 1593. lit. F. num. 100.*

Eodem quoque anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo tertio, floruit in Ciuitate Salutiarum Fr. Ioannes Garganus de Salutijs, Pedemontanus, Prouinciæ tamen Lombardiæ alumnus, Vir inter Philoſophos, Theologos, Poetas, atque Oratores ſui temporis nemini ſecundus, qui in Virginis Deiparæ laudem eruditiſſimo calamo ſcripſit. *1593. Fr. Ioannes de Salutijs.*

Tria Volumina de Laudibus Beatiſſimæ Virginis Mariæ Matris Dei, quibus titulus, Partenia, Typis Firmi impreſſa Anno 1603.

Atque Sermones de Tempore, nec non de Sanctis.

Cuius meminit Franciſcus Auguſtinus ab Eccleſia Epiſcopus Salutiarum, *in Catalogo Scriptorum Pedemontis*, apud Ambroſium de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 4. ad annum 1590. pag. mihi 400. col. 2. §. Ioannes Garganus.*

Claruit pariter eodem Anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo tertio, in Prouincia Lombardiæ Fr. Sixtus Fabri Lucenſis Conuentus Sanctæ Catharinæ apud Formellum de Neapoli alumnus, Vir doctrina, prudentia, morumque probitate celebris, qui ob ſingulares animi dotes, ex Magiſtro Sacri Palatij Apoſtolici, iuſſu Sanctiſſimi in Chriſto Patris Gregorij Papæ XIII. Magiſter Generalis totius Ordinis Prædicatorum creatus fuit, qui & profundiſſimo calamo elegantiſſimè ſcripſit. *Fr. Sixtus Fabri.*

Super Textum Decretalium, cæteraſq; Extrauagantes,

Item Extrauagantes Romanorum Pontificum in forma recognouit, vt caſtigatiores à Mendis in lucem prodirent.

Ex Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illuſtr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 4.*, Alphonſo Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, Reginaldo Lucarino, *in Chronologia Magiſtrorum Sacri Palatij Apo-*

Apostolici, Vincentio Maria Fontana, *in Theatro Dominicano p. 2. cap. 5. de Magistris Sacri Palatij Apostolici*, & Ambrosio de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 4. ad annum 1594. pag. mihi 410. col. 1.*

1593. *F. Archangelus Mancasula.* Eodem similiter Anno, à partu Virginis, millesimo quingentesimo nonagesimo tertio, floruit in Prouincia Lombardiæ Fr. Archangelus Mancasula de Asula Brixiensis Diœcesis, Sacræ Theologiæ Magister, qui aduersus hæreticam prauitatem in Nouocomensi Diœcesi, Inquisitor Apostolicus factus; tam imperterrito animo Hæreticos in illis partibus persecutus est, vt communiter Hæreticorum terror diceretur, qui & elegantissimo calamo scripsit.

Vitam S. Petri Martyris de Verona Ordinis Prædicatorum, nec non

Compendium egregiorum facinorũ plurimorum Inquisitorum, qui pro Orthodoxæ Fidei defensione, etiam cum proprij cruoris effusione, ad mortem vsque decertarunt.

Qui obijt in Conuentu Boschensi, sub Pontificatu SS. in Christo Patris Sixti Papæ V., ex Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 4*, exque Relationibus Lombardiæ, apud Vincentium Mariam Riualium, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi 9. ad annum 1590. lit. A. num. 33.*

ANNO 1594.

1594. *Fr. Io: Ambrosius Barbauara.* FR. Ioannes Ambrosius Barbauara de Mediolano Lombardus, Vir in Sacra Theologia eruditissimus, atque Cathedraticus insignis, qui in Vniuersitate Patauina per plurimos annos iuxtà Sancti Thomæ Aquinatis principia publicè Sacram Theologiam singulari cum sui gloria docuit, qui pariter Sancti Caroli Borromei Archiepiscopi Mediolanensis dignissimus Theologus extitit, in quo postmodum munere purgatissimo calamo, non minus, ac firmissimo pede scripsit, in lucemque edidit infrascriptos Tractatus videlicet.

Tractatum de Sacrosanctis Ecclesiæ Sacramentis.

Commentaria super primam partem Summæ Sancti Thomæ Aquinatis.

Item elegantissimam Orationem de Laudibus Virginis Deiparæ.

Item aliam Orationem in laudem Sancti Thomæ Aquinatis omni eruditione refertam.

Item Paraphrasim, siue Commentaria in Dauidicum Psalterium.

Item Commentaria, super alias Sacræ Scripturæ partes.

Item alia Scripta super alios Sacræ Theologiæ Tractatus singulares.

Cuius meminit Thomas Garzoni, & cum ipso Annibal Guascus, Corradus, siue Conradus Gesneri, *in Bibliotheca, Aucta à Iosia Simbeno Tigurino*, Ambrosius Gozzius, *in Catalogo Scriptorum Ordinis*, Io: Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ord. Prædicatorum p. 2. lib. 4.*, & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 4. ad Annum 1585. pag. mihi 387. col. 1. §. Ioannes Ambrosius Barbauara.*

ANNO 1595.

FR. Stephanus Lusignani, siuè, vt alij dicunt Luciniani, Natione Cyprius, è Nicosiæ Ciuitate ex nobilissimo sanguine, hoc est ex Regali Regum Cyprj stirpe natus, Vir omnium sui temporis ornatissimus, Annaliumque diuersorum studiosissimus, antiquitatumque memorabilium inuestigator profundissimus, qui de Anno millesimo quingentesimo septuagesimo, vna cum Fr. Angelo Calepio ob Cyprij Regni obsidionem à Turcis factam, ad Conuentum Sanctæ Catherinæ apud Formellum Neapolis se recepit, vnaque cum supradicto Fratre Angelo Calepio præfato Conuentui Sanctæ Catherinæ apud Formellum aggregatus fuit. Et cum eximiæ esset litteraturæ, atque sapientiæ breuissimo tempore in lucem edidit. 1595. *Fr. Stephanus Lusignani.*

Chronicon totius Cyprij Regni, recognitum, atque auctum.

Item Cosmographiam totius Cypriæ Insulæ, illiusque Regni.

Item Arborem Animæ, eiusque Potentiarum.

Item Catalogum Illustrium Virorum Veteris, nouique Testamenti.

Item Codicem omnium Regum, atque Imperatorum, qui Religionem assumpsere Christianam, atque Catholicam.

Item

Item Arborem Lusignanæ, siue Lucinianæ familiæ.

Item Arborem Regum Lusitanorum.

Item Arborem de Machina totius Orbis, Gregorio XIII. Pontifici Maximo dicatam.

Item Arborem omnium Comitum Bononiensium.

Item Arborem Ducum Lotharingiæ familiæ.

Item Arborem Regum Troianorum.

Item Arborem Regum Gallorum, siue Francorum.

Item Arborem Regum Sicambrorum.

Item Theatrum omnium Principum totius Orbis à Creatione Vniuersi ad Annum vsque 1584.

Item Arborem naturæ Angelicæ.

Item Librum de Melusina reformata, continentem sexaginta Genealogias Meronei illegitimi Theodorici II. Regis Austriæ, & Burgundiæ.

Item Librum in Defensionem Monachorum Mendicantium.

Item Compendiosam Descriptionem Genealogiarum, atque Gestorum omnium Principum, qui in Regnis Hierosolymitano, Cyprio, Armeno, nec non finitimarum Regionum, siue Regnorum nationibus quoquomodo dominati sunt.

Item Genealogias Valesiorum, Borboniorum, atque Lucinianorum.

Item aliud Volumen, cui Titulus, Corona Leuiniana, siue Liber quinque Coronarum, quod opus à Doctoribus plurimum commendatur.

Itē alia quamplura Opuscula valde digna.

Quem Scriptorem summopere commendant Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis*, Ambrosius Gozzius, *in Catalogo Scriptorum Ordinis*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustribus Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 4.* Antonius Possevinus è Societate Iesu, *in Apparatu Sacro, de Scriptoribus Ecclesiasticis fol. 251., & 252.*, apud Ambrosium de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 4. ad annum 1590. pag. mihi 401. col. 2. & pag 402. col. 1. §. Stephanus Lucinianus, corrupte Lusignanus pag. 401, col. 2.*

1595. *Fr. Franciscus Fontana.* Eodem quoque anno ab Incarnatione Dominica millesimo quingentesimo nonagesimo quinto floruit in Prouincia Lombardiæ inter Script. Fr. Franciscus Fontana Nouocomensis, siue de Como Lombardus, Theologus apprimè doctus, Concionatorque eximius, qui postquam insigniores Prouinciæ Lombardiæ Ecclesias eruditissimis Concionibus per plures annos illustrasset, inter cætera scripta sermones, Librumque de Laudibus Virginis sub nuncupatione Sacratissimi Rosarij Virginis Dei Matris, reliquit, scripsit itaque.

Codicem de Rosario Beatissimæ Virginis Mariæ Dei Genitricis, valde elaboratum.

Item Sermones de Tempore per totum annum.

Atque Sermones de Sanctis infra annum occurrentibus.

Cuius meminit Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis p. 2. lib. 4.*, & cum ipso Ambrosius Gozzius, *in Catalogo Scriptorum Ordinis*, Hyppolitus Maraccius, *in Bibliotheca Mariana p. p.* Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 4. ad annum 1595. pag. mihi 416. col. p. §. Franciscus Fontana*, & Vincentius Maria Riualius, *in Catalogo illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 25. ad Annum 1595. lit. F. num. 203.*, & alij.

ANNO 1596.

FR. Valerius Moschetta Venetus Conuentu S. Dominici Venetiarum alumnus, Vir singulari doctrina, atq; acumine dotatus, qui expletis tam Philosophicis, quàm Theologicis Lecturis, Annalium Ecclesiasticorum, nec non Romani Martyrologij, Actorumq; Ordinis Prædicatorum continuatæ Lecturę se dedit, & breuissimo tempore elegantissimo calamo compilauit. 1596. *Fr. Valerius de Venetijs.*

Vitam S. Vincentij Confessoris Ordinis Prædicatorum valde eruditam.

Atque Vitam Sanctæ Iustinæ Virginis, ac Martyris.

Celebrem hunc Scriptorem celebrant Ambrosius Gozzius, *in Catalogo Scriptorum Ordinis Prædicatorum*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ord. Præd. p. 2. lib. 4.*, Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 4. ad annum 1591. pag. mihi 404. col. 2. §. Valerius Moschetta*, & Relationes Lombardiæ.

Claruit quoque in Prouincia Lombardiæ

1596. Fr. Georgius Bustus. diæ eodem anno millesimo quingentesimo nonagesimo sexto signanter in Studio Bononiensi Fr. Georgius Busti de Vercellis Pedemontanus, Conuentus Bononiensis alumnus, Vir in omni disciplinarum genere eruditissimus, qui per plures annos in Bononiensi Studio litteram Sancti Thomæ Aquinatis, summa cum Ordinis gloria mirifice fuit interpretatus, qui pariter plurima eruditissimo calamo posteritati scripsit, inter cætera autem,

Tractatum locupletissimum, Trium Quæstionum, De Relationibus creatis.

Item. Quæstionem. An secundum Aristotelis mentem, reuera detur essentia rerum.

Item Quæstionem, De fine hominis.

Item Tractatum, siue Volumen Quinque Quæstionum de Diuina prouidentia.

Item Volumen, siue Tractatum. De varijs rebus Philosophicis, quæstionibus nouem absolutum.

Item Tractatum, De Prædestinatione.

Item Tractatum, De Reparatione.

Item Tractatum, De Diuinis Relationibus.

Item Tractatum, De Potentia Creandi.

Item Tractatum, De Contritione.

Item Tractatum, De Confessione.

Item Tractatum, De Fide, & Operibus aduersus Hæreses.

Item Tractatum alterum, De Fide, atque eius causa.

Item Tractatum, De Libero hominis arbitrio, eiusque viribus.

Item Tractatum, De Sphera, tribus Quæstionibus absolutum.

Item Tractatum, De motu Locali, merito, atque culpa Angelorum.

Item Tractatum, De necessitate Baptismi.

Item Tractatum, De Reali existentia Christi Domini in Sacramento Altaris.

Item Tractatum, De necessitate Confessionis ante Sacram Communionem.

Item Tractatum, De Libello Repudij.

Item Tractatum, De Pluralitate Vxorum. An scilicet sit contra Ius naturæ.

Item Quæstionem alteram, An Copula inter Fratrem, & Sororem sit contra Ius naturæ.

Item Tractatum, De Discrimine Gratiæ, à Virtutibus Theologalibus.

Item Tractatum, De Discrimine inter Legem Veterem, & Legem Nouam.

Item Tractatum, De Necessitate, atque Vtilitate Legis humanæ.

Item Tractatum, De Dignitate, ac Potestate, nec non Ordinibus Ecclesiasticis.

Item Tractatum, De Doctrina Christiana, Italicè conscriptum.

Item Volumen, De Quæstionibus tam naturalibus, quam theologicis. Venetijs impressum 1580.

Item Repræsentationem Sanctæ Catharinæ Virginis, & Martyris. Venetijs impressam 1574.

Item Tractatum, De Septem Ecclesiæ Sacramentis, aduersus Hæreses.

Item Tractatum, De Sacrosancto Sacrificio Missæ.

Item Tractatum, De Primatu Petri.

Item Tractatum, De Indulgentijs.

Item Tractatum, De Inuocatione Sanctorum.

Item Tractatum, De Cultu Sacrarum Imaginum.

Item Tractatum, De cultu Sanctorum.

Item Tractatum, De Purgatorio.

Item Tractatum, De Suffragijs Viuorum, atque Defunctorum.

Item Tractatum, De Subiecto Naturalis Philosophiæ.

Item Tractatum, De Distinctione totius à partibus simul vnitis.

Item Tractatum, De Distinctione temporis, à motu.

Item Tractatum, De Astronomia.

Item Tractatum, De Influentia, seu Influxu Cæli in hæc inferiora.

Item Tractatum, De Auctoritate Papæ.

Ac tandem, De Auctoritate Sacrorum Conciliorum.

Eximium hunc Virum Georgium Bustum Vercellensem pleno ore celebrarunt ex recentioribus Scriptoribus inter cæteros, Vincentius Maria Riualius, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi 26. ad annum 1596. lit. G. num. 109.* Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum.*

rum. & Ambrosius de Altamura *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum Centuria 4. ad annum* 1596. *pag. mihi* 417. *col.* 1. §. *Georgius Busti, Vercellensis Pedemontanus, Prouinciæ Lombardiæ, filius Conuentus Bononiensis*. Ex antiquis pariter Scriptoribus. Antonius Senensis Lusitanus, *in Bibliotheca Ordinis fol.* 88. Ioannes Michael Plodius, *in Historia Ordinis, de Viris Illust. eiusdem, in Appendice*. Ludouicus de Prælormo Pedemontanus, *in Chronico, manuscripto, Filiorum Conuentus Bononiensis*. Ausbertus Miræus, *de Scriptoribus 16. Seculi cap.* 86. Antonius Posseuinus è Societate Iesu, *in Apparatu Sacro*, & Ambrosius Gozzius, *in Catalogo Scriptorum Ordinis Prædicatorum*.

ANNO 1597.

1597. *Fr. Vincentius Calci.* FR. Vincentius Calci, siue Calcius de Soncino Cremonensis Diæcesis Lombardus, Vir sui temporis, tam in Philosophia, quàm in Theologia profundissimus, atque acutissimus speculator; qui ob egregias animi dotes, à Gregorio XIV. Pontifice Maximo ad Venusinum Episcopatum anno millesimo quingentesimo nonagesimo primo promotus fuit, ibique tanquam verum Sancti Thomæ Aquinatis Discipulum, etiam in Episcopali dignitate constitutum, se ostendit: dum eruditissimo calamo, neque in minimo apice discedendo ab Angelica mente illiusque illibata doctrina, quinimo iuxta S. Thomæ litteram, egregiè scripsit.

Volumen super Octo Libros Physicorum Aristotelis.

Volumen aliud, super tres Libros de Anima.

Nec non, & aliud Volumen super duodecim Libros Metaphysicæ Aristotelis.

Et alia plura Opuscula valde digna.

Insuper, cum esset etiam artis Poeticæ insignis celeberrimusque professor Sepulchro illustrissimi, atque Reuerendissimi Domini Fratris Benedicti Herba Episcopi Casalensis sequentia carmina apposuit, videlicet.

Mantua quem tollit, Neptunus Brixia Rhenum
Herba dedit florem; sed canis ore virum.
Quem Pius instituit Pastoris munere fungi,
Frigida Mors Vmbris reddidit ossa suis.

Vincentium hunc Calci summopere commendant, Ferdinandus Vghellus, *in Italia Sacra Tom.* 7. Ioannes Michael Plodius, *de Viris illustr. Ordinis p.* 2. *lib.* 4. Alphonsus Fernandez, *Lib.* 9. *de Rosario cap.* 30. *num.* 102. Hyacinthus de Parra, *in Catalogo de Scriptoribus Ordinis manuscripto*. Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. p. de Pastor. Eccles. cap.* 5. *de Episcopis tit* 625. *num.* 4. *pag. mihi* 319. *col.* 1. Et Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria* 4. *ad annum* 1592. *pag. mihi* 406. *col.* 1. §. *Vincentius Calcius Soncinensis*.

ANNO 1598.

FR. Sebastianus Cataneus de Mediolano Lombardus; vir in Sacra Theologia, Pontificioque Iure, siue Canonico Doctor celeberrimus, omnibusque numeris clarissimus, qui ob singularia sui merita à Clemente VIII. Pontifice Maximo Chiemensis Episcopus in Germania creatus fuit, Anno millesimo quingentesimo nonagesimo secundo, & postea ab eodem Romano Pontifice datus fuit in Suffraganeum Illustrissimi, atque Reuerendissimi Domini Archiepiscopi Salisburgensis. Et postremò præconizatus fuit in Romana Curia Illustrissimi, ac Reuerendissimi Domini Episcopi Vigleuanensis, cum futura successione Coadiutor: qui postmodum in irrefragabile sui acuminis testimonium, posteritati sequentia Volumina relinquere voluit, videlicet. 1598. *Fr. Sebastianus Cataneus.*

Grande Volumen, De Sacramentali Confessione aduersus hæreses sui temporis.

Aliud Volumen, De Sacrosancto Missæ Sacrificio.

Item Tractatum, De Purgatorio.

Item Tractatum, De Auctoritate Papæ.

Item Tractatum, De Censuris Ecclesiasticis.

Item Tractatum, De Fide, & Operibus.

Item Tractatum, De cultu Sacrarum Imaginum, atque Sanctorum.

Et Plura alia Opuscula varia, tanto Viro digna.

De quo Doctore eximio mentionem dignam fecere Ioannes Michael Plodius, *in Historia de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum, in Appendice ad lib. 4. p. 2.* Dominicus Grauina *aduersus hæreses.* Ambrosius Gozzius, *in Catalogo Scriptorum Ordinis.* Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. p. de Pastor. Ecclesiarum cap. 5. de Episcopis cap. siuè tit. 85. & in Appendice, & p. 3. de Ministris Inquisitionis pag. mihi 622. col. 2. §. Chiemen. in Episcopis Chiemen.* & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 4. ad annum 1592. pag. mihi 407. col. 1. §. Sebastianus Cataneus Mediolanensis.*

ANNO 1599.

1599. *Fr. Ioannes Maria Solarius.* FR. Ioannes Maria Solarius Ianuensis, Conuentus Sancti Dominici Genuæ alumnus, vir vndequaque probus, ac doctus, qui non solum in arte Poetica, qua plurimum pollebat; sed & in grauioribus scientiis, atque disciplinis valde versatus, expletis in principalioribus Prouinciæ Lombardiæ Conuentibus laudabiliter Lecturis, ad sui originalem Conuentum se recepit, ibique se totum Sanctissimæ Virginis Deiparæ famulatui adeo cedit, vt elegantissimo calamo, non solum laudem Matris misericordiarum, sed & in maius commodum Confratrum de Rosarij sodalitate modulum precandi Deum per Virginis Psalterium compilauerit. In lucem itaque edidit.

Officiolum Sacratissimi Rosarij Sanctæ Mariæ Matris Dei, pro Sodalibus Sodalitatis prædictæ. Taurini impressum 1591.

Item Sermones de Tempore valde eruditos.

Item Librum Sermonum de Sanctis.

Item Librum alterum Sermonum Quadragesimalium.

Item Volumen quorundam Opusculorum, De Laudibus Virginis Deiparæ.

Item Codicem Carminum in laudem Fratris Iacobi Professi Ordinis Minorum de Obseruantia S. Francisci, Scriptoris Vitæ Seraphici Sancti Francisci valde eruditum.

Quæ Scripta, partim in Bibliotheca Conuentus Sancti Dominici Genuæ seruantur, & partim in Archiuio Conuentus Papiensis Sanctorum Thomæ, & Appolinaris.

Cuius meminit Abbas Michael Iustinianus, *in eius Bibliotheca. De Scriptoribus Liguribus,* vna cum nostro Ambrosio de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Prædicatorum, Centuria 4. ad annum 1595. pag. mihi 416. col. p. §. Ioannes Maria Solarius Genuensis,* Relationes Lombardiæ, & Alij.

Verum pro coronide huius Quartæ Centuriæ, proque vltimo Prouinciæ Lombardiæ ornamento huius quarti Seculi in re litteraria, Lombardiæ Prouinciæ neque Fœmineus Sexus in hac parte deesse voluit.

Siquidem de Anno 1505. in Monasterio Sancti Vincentij Mantuano inter cæteras Sanctimoniales Ordinis Prædicatorum Sanguinis nobilitate, morumque probitate Illustres floruit Beata Osanna de Andreasijs Ordinis Diui Dominici à Leone X. Pontifice Beatorum Albo adscripta; quæ ad Seraphicæ Sanctæ Catharinæ Senensis imitationem quam plures scripsit Epistolas, summam erga Deum pietatem redolentes, quæ Bononiæ in vnum collectæ Volumen Superiorum permissu postmodum Typis impressæ fuere. Scripsit itaque hæc Dei famula. 1505. *B. Osanna de Mantua.*

Codicem Epistolarum, vna cum eius Vita, Bononiæ Typis impressum.

Ex Seraphino Razzio, *in Historia Illustr. Scriptorum Ordinis.* Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustribus Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 4.* Vincentio Maria Riualio, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ pag. mihi 52. ad annum 1505. lit. O. num. 178.*

Et similiter in Monasterio Sancti Dominici Vincentino Sanctimonialium Ordinis Prædicatorum, Iurisdictioni Prioris Prouincialis Lombardiæ subiecto, circa Annum millesimum quingentesimum quadragesimum quintum efulsit Soror Paulina de Aymericis, seu Almericis Nobilis Vincentina Religiosa Professa in præfato Sancti Dominici Monasterio, quæ inter cætera, 1545. *Soror Paulina de Aymericis.*

cru-

erudito calamo in aliarum dicti Monasterij Sororum commodum, ex Latino idiomate in Italicam linguam Sanctissimi Nostri Patris Dominici Vitam egregiè transtulit, Scripsit itaque

Librum, cui titulus. Vita, Gesti, e Costumi del Beatissimo Padre Nostro San Domenico. Vincentiæ Typis impressum 1586. à Sorore Osanna Pigafetta, eiusdem Vincentini Monasterij Professa, Sorori Letitiæ Basadona Priorissæ, Monasterij Corporis Christi Venetiarum dicatum.

Cuius Libri Prothotypus Vincentiæ Anno 1586. impressus in præmissorum fidem apud huius Operis Authorem seruatur.

Finis Quartæ Centuriæ.



BIBLIOTHECÆ PROVINCIÆ LOMBARDIÆ Sacri Ordinis Prædicatorum.

CENTVRIA V.

ANNO 1600.

1600. *Fr. Eustachius de Bononia.*



Rimus omnium, qui in Prouincia Lombardiæ in V. hac Centuria ad scribendum signanter contra Pelagianos, atq; Semipelagianos in materia de Diuina gratia calamum acuerit fuit Frater Eustachius Dalei Bononiensis, Theologus profundissimus, Vir doctrina clarissimus, atque eruditione in Sacris litteris conspicuus, Concionatorque celeberrimus per totam Italiam notissimus, cui tamquam veritatis oraculo in rebus dubijs plurimi scripsere. Florebatque hoc anno millesimo sexcentesimo in Ciuitate Bononiensi, qui inter cætera opera scripsit.

Tractatum de Auxilijs Diuinæ Gratiæ.

Item Adnotationes dignas super tres Libros de Anima Aristotelis.

Item consimiles Adnotationes super octo Libros Physicorum de Auditu.

Quæstiones in eosdem Libros de Anima, & de Physico Auditu.

Commentaria, atque Quæstiones in Logicam.

Volumen floridissimum variarum Orationum.

Sermones de Tempore per totum Annum, &

Sermones de Sanctis, atque de Laudibus Beatissimæ Virginis Mariæ.

Item incæpit copiosissimum Indicem super omnia Opera Eminentissimi Thomæ Caietani, sed morte præuentus, tam insigne Opus perficere nequiuit.

Ex Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 4. in Appendice*, Alphonso Fernandez *in Concertatione Prædicatorum ad annum* 1600., & Relationibus *Conuentus Bononiensis*, apud Vincentium Riualium, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ lit. E. pag. mihi* 25. *num.* 98. *ad annum* 1600.

ANNO 1601.

Floruit in Prouincia Lombardiæ signanter in Conuentu Sanctæ Mariæ Gratiarum Mediolanensi Frater Gaspar Bugatti de Mediolano, Vir in Sacra Theologia Jureque Pontificio peritus, in Historiarum quoque Lectura versatissimus, qui præter varia Volumina, quæ firmissimo calamo alias compilauerat, ad supplicationes PP. antiquissimi Conuentus Sancti Eustorgij Mediolanensis, scripsit. 1601. *Fr. Gaspar Bugatti.*

Chronicon paruum Conuentus Sancti Eustorgij.

Item elegantissimè scripsit in Librum Tobiæ, nec non

Historiam generalem Vniuersi Orbis, ab initio Mundi vsque ad eius tempora.

De quo Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum, p. 2. lib. 4.*, Ambrosius Gozzius, *in Catalogo Scriptorum Ordinis*,& Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Centuria 4. circa Annum* 1597. *pag. mihi* 420. *col. p.*

ANNO 1602.

1602. *Fr. Dominicus Fregonius.*

CLaruit in Prou. Lombardiæ hoc anno millesimo sexcentesimo secundo in Conuentu Veneto Murianensi Fr. Dominicus Fregonius Venetus, Philosophus, Theologus, & Canonista celeberrimus, qui à Gregorio XIII. Pontifice Maximo Archiepiscopus Spalatrensis in Dalmatia creatus, scripsit Italico Sermone casum Henrici IV. Regis Galliarum, quod legitimè Regni Galliarum potuerit accipere Diadema, & Sceptrum. Scripsit itaque.

Opusculum, cui titulus, Discorso pio, e Cattolico sopra l'vrgentissimo negotio di Francia.

Cuius meminit Ioannes Michael Plodius, *in Tract. de Viris Illustribus Ordinis p. 2. lib. 4.*, & cum ipso Alphonsus Fernandez, *in Catalogo Archiepiscoporum ad annum* 1603. Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Dominicano p. p. cap. 4. de Archiepiscopis tit. 94. pag. mihi* 101. *col. 2. num. 3.*, & Relationes Lombardiæ, apud Vincentium Riualium, *in Catalogo Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ lit. D. ad annum* 1602. *pag. mihi* 21. *num.* 91.

ANNO 1603.

1603. *Fr. Io: Baptista Conradus.*

FR. Ioannes Baptista Conradus origine Mediolanensis nobilis, licet aliqui faciant illum Perusinum, & alij de Altamura Regniculū; hoc tamen certum est, quod ortum habuerit ex nobilissima Conradorum familia, quæ signanter in Mediolanensi Ciuitate floruit, atque emicuit, Vir doctus, multisq; virtutibus conspicuus, qui & eruditissimo calamo, inter cætera Opera, scripsit.

Responsa ad quadringentos conscientiæ Casus, Venetijs impressa 1603.

Item pro 2. *parte Responsa ad alios quingentos Conscientiæ Casus. Impressa Venetijs* 1606.

Item Tractatum de Cambijs.

Item Tractatum de Suspensione à Diuinis, siue ab Officio.

Item Tractatum pro Regularibus circa Confessarios deputandos.

Et alia Opuscula varia.

Quem Authorem, summoperè commendant Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis p. 2. lib. 4.*, Ambrosius Gozzius, *in Catalogo Scriptorum Ordinis*, qui plura alia hunc Doctorem refert in lucem dedisse, Antonius Posseuinus, *in Apparatu Sacro Tom. 2.*, & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis, Centuria 4. ad annum* 1598. *pag. mihi* 421. *col. 2. §. Ioannes Baptista Conradus.*

ANNO 1604.

FR. Hieronymus Ioanninus à Capugnano Bononiensis Diæcesis, Theologus absolutissimus, in Canonico Ciuilique Iure valde versatus, atque in Sacris Litteris omnigena eruditione, qui Vincentiæ Apostolicus aduersus hæreticam prauitatem Inquisitor Generalis creatus, factusque Hæreticorum terror, inter cętera firmo calamo scripsit. 1604. *Fr. Hieronymus Ioanninus.*

Tractatum de Cambijs.

Tractatum de Consideratione Christianæ Vitæ.

Item Gesta Reuerendissimi Patris Pauli Constabilis Magistri Generalis Ordinis.

Item Vitam B. Vmbertij Burgundij V. Magistri Generalis Ordinis.

Item eius Labore, ac Studio Opera præfati Vmberti in lucem prodiere.

Ac tandem plura Carmina in laudem prædictorum Operum compilauit.

Obijt Romæ iste egregius Vir hoc Anno millesimo sexcentesimo quarto, cuius mentionem fecere Antonius Posseuinus, *in Apparatu Sacro*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ord. p. 2. lib. 4.*, Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, apud Vincentium Riualium, *in Catalogo Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ pag. mihi* 31. *ad Annum* 1604. *lit. N. num.* 133.

ANNO 1605.

FR. Dominicus Codaleus Vrceanus Brixiensis Diæcesis, Vir in Poesi, atque in alijs humanioribus Litteris, & signanter in Historijs, tam Sacris, quàm profanis versatissimus, nec non Historiographus excellens, quemadmodum, & in Philosophia tam diuina, quàm humana abundè doctus; qui scripsit. 1605. *Fr. Dominicus Codaleus.*

Chronologicam Historiam Castri Vrcea-

cearum in Sereniſſimo Dominio Veneto.

Atque Chronologicam Hiſtoriam Conuentus S. Dominici Venetiarum, ab exordio, progreſſu, nec non ad eius Vitæ tempora Impreſſam Venetijs 1603.

Ex Relationibus Lombardiæ, apud Vincentium Riualium, *in Catalogo Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ pag. mihi 21. ad annum 1603. num. 92.*, & Leonardum Cozzandi, *in Bibliotheca Brixienſi pag. 96.*

ANNO 1606.

1606. *Fr. Bartholomeus Soncinas.*

FR. Bartholomeus Soncinatenſis Cremonenſis Diœceſis, Sacroſanẽti Euangelij Orator facundiſſimus, & ardens, cui parem temporibus ſuis Italica lingua non habuit; qui eruditiſſimo calamo ſcripſit.

Sermones de Tempore per totum annum elegantiſſimos.

Item conſimiles Sermones de Sanctis, nec non

Vitam Venerabilis Viri Fr. Dominici Anadonis, Valentiæ in Hiſpania Taraconenſi glorioſè defuncti.

Cuius meminit, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illuſtr. Ordinis p. 2. lib. 4.*, & Relationes Lombardiæ, apud Vincentium Riualium, *in Catalogo Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ pag. mihi 15. ad Annum 1630. lit. B. num. 56.* ad quem relatio habeatur.

ANNO 1607.

1607. *Fr. Auguſtinus Galaminus.*

FR. Auguſtinus Galaminus Briſighelenſis Fauentinæ Diœceſis, Conuentus Sancti Andreæ de Fauentia alumnus, doctrina, ac moribus Illuſtriſſimus, inter doctos ſui temporis Viros, meritò computandus, qui ex Inquiſitore Brixienſi, Placentino, Ianuenſi, atque Mediolanenſi, à Clemente Papa VIII. in Vrbem vocatus primò Sanctæ Inquiſitionis Romanæ Commiſſarius Generalis creatus fuit, deinde Sacri Palatij Apoſtolici Magiſter; Poſtmodum Magiſter Generalis totius Ordinis Prædicatorum electus. Tandem à Paulo Papa V. S. R. E. Presbyter Cardinalis Tit. Sanctæ Mariæ de Aracæli, & Epiſcopus Auximenſis, atque Lauretanus denunciatus fuit; Vbi Sanctiſſimis Legibus Eccleſiam ſibi commiſſam poſteà vſque ad annum milleſimum ſexenteſimum trigeſimum nonum exemplariſſimè rexit, & quamplures leges in lucem edidit, videlicet.

Librum Actorum Synodalium.

Atque Libellum pro inſtructione Cleri Auximenſis perutilem.

Quem eximijs laudibus celebrant Io: Michael Plodius, *inter Magiſtros Ordinis*, Ferdinandus Vghellus *Tom. 1. Italiæ Sacræ inter Epiſcopos Lauret. & Auxim.* & Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. p. cap. 2. de S. R. E. Cardinalibus tit. 40. pag. mihi 38. col. 1.*

ANNO 1608.

FR. Stephanus de Vicarijs de Garrexio Pedemontanus Prouinciæ Lombardiæ alumnus, Vir doctus, atque cordatus, perſpicuo ingenio dotatus, qui ex Inquiſitore Anconitano, Fauentino, atque Mediolanenſi à Paulo V. Commiſſarius Generalis Vniuerſalis Inquiſitionis de Vrbe creatus fuit. Ab eodemque Pontifice ad Nuceriæ Paganorum Eccleſiam promotus fuit, in quo Paſtorali officio inter cætera ſcripſiſſe fertur. 1608. *Fr. Stephanus de Vicarijs.*

Librum de Oneribus Clericorum.

Et Codicem continentem, quamdam practicam procedendi in Sancto Officio in Cauſis Fidei, breuem.

Cuius meminit Ferdinandus Vghellus *Tom. 7. Italiæ Sacræ*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illuſtr. Ordinis p. 2. lib. 4.*, & Alphonſus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum, ad Annum 1608.* apud Vincentium Mariam Fontanam, *in Theatro Sacro Dominicano p. 3. cap. 2. tit. 3. de Commiſſarijs Generalibus S. R. Vniuerſalis Inquiſitionis pag. mihi 544. col. 2. num. 14.*

ANNO 1609.

FR. Petrus Martyr Feſta de Vrceis, Brixienſis Diœceſis Lombardus, magni nominis Theologus Prouinciæ Lombardiæ, atque Theologiæ Magiſter, qui docuit in Studio Bononienſi, vbi ſumma cum ſui laude extitit Regens, Prior, & tandem Prouincialis Lombardiæ Prouinciæ cui reliquit tanquam partus excellentis inge- 1609. *Fr. Petrus Martyr Feſta.*

nij sequentia Opera videlicet.

Egregia Commentaria in primam partem Summæ S. Thomæ Aquinatis.

Item in tertiam partem eiusdem Sancti Thomæ alia egregia Commentaria.

Item Methodum procedendi in Causis Fidei.

Item Summarium Ordinationum, Capitulorumque Generalium, ac Prouincialium Prouinciæ Lombardiæ.

Item Summarium Decretorum Apostolicorum, atq; Ecclesiasticarum Constitutionum pro Dirigendis in Sacro Ordine Prædicatorum.

Item Librum Sermonum Quadragesimalium.

Et alia Opuscula varia, quæ in Conuentu Cremonensi seruantur.

Ex Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustr. Ord. p. 2. lib. 4.* Alphonso Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, & Relationibus Cremonensibus, apud Vincentium Riualium, *in Catalogo Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ pag. mihi 57. ad annum 1609. lit. P. num. 199.*

ANNO 1610.

1610. *F. Andreas Iustinianus.*

FR. Andreas Iustinianus nobilis Ianuensis, Vir signanter eruditus, ac doctus, & in humanarum litterarum, Conciliorum, atque Sacrorum Canonum non minus quàm in Philosophiæ, atque Theologiæ peritia clarus, qui ex Rectore Collegij Romani Græcorum, Fideique Censore à Paulo V. Pontifice Maximo Commissarius Generalis Vniuersalis Inquisitionis Romanæ factus, postmodum ab eodem Paulo Papa V. Insulanensis in Calabria Episcopus creatus, sui ingenij monumenta posteritati reliquit. Egregiè enim scripsit.

Opusculum de Diuina Gratia.

Tractatum de Sacrosanctis Ecclesiæ Sacramentis.

Atque celeberrimam Censuram in Librum Andreæ Deralij, de Potestate Summi Pontificis.

Ex Ferdinando Vghello *Tom. 9. Italiæ Sacræ*, Relationibusq; Seniorum apud Vincentium Mariam Fontanam, *in Theatro Sacro Dominicano p. 3. cap. 2 de Inquisitoribus. Tit. 3. de Commissarys Generalibus Sancti Officij de Vrbe pag. mihi 544. col. 2. num. 15.*

ANNO 1611.

FR. Ioannes Maria Guanzellus de Brisighella Fauentinæ Diæcesis, æqualiter Orator, Poeta, Theologus, atque Canonista egregius, qui ex Magistro Sacri Palatij Apostolici à Paulo V. Pontifice Maximo anno millesimo sexcentesimo septimo ad Polimianensem Ecclesiam in Apulia promotus fuit, vbi vixit vsque ad annum millesimum sexcentesimum decimum nonum, in quo munere plura scripsit inter cætera autem.

1611. *Fr. Ioannes Maria Guãzellus.*

Librum, pro expurgandis Libris ab Apostolica Sede damnatis, compilauit.

Item Codicem Librorum Prohibitorum in Typographia Cameræ Apostolicæ Romæ impressum.

Atque Acta Synodalia egregijs doctrinis referta in Bariensi Ciuitate impressa.

Quem celebrant Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illust. Ord. p. 2. lib. 4.* Ferdinandus Vghellus *in Appendice Tom. 9. Italiæ Sacræ*, & Vincentius Maria Fontana, *in Theatro p. p. cap. 5. de Episcopis tit. 476. pag. 268. col. 2. num. 4., & p. 2. cap. 5. de Magistris Sacri Palatij Apostolici tit. 56. pag. mihi 450. col. 2.*

ANNO 1612.

FR. Angelus Vincentius Cerua Bononiensis Grammaticus, Humanista, Rhetor, atque Poeta, non minus, ac Ecclesiastes perexcellens, qui ob diuturnam contractam infirmitatem, in sancta prædicatione se exercere non valens, nec alijs religiosis operibus vacare, ne otiosus super stramina cubaret, sed magis eidem otio continuum constitueret bellum; Poesi, atque Carminibus, se applicauit. Quapropter è lecto infrascripta perspicacissimi ingenij opuscula dictauit, videlicet.

1612. *F. Angelus Vincentius Cerua.*

Tragicomicum Opus Etrusco Carmine conflatum nuncupatum il Clorindo.

Item aliud Tragicomicum Opus Etrusco pariter carmine concinnatum, cui titulus. il Guglielmo d' Aquitania; quamuis hoc opus Fr. Io: Michael Plodius prolimauerit.

Item

Item aliud Opus pariter Tragicomicum, cuius Titulus memoriæ non occurrit.

Cuius meminit ex Relationibus *Conuentus Bononiensis*, Frater Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 6. ad annum* 1610. *lit. A. num.* 23.

1612. *F. Seraphinus Siccus.* Floruit similiter hoc Anno millesimo sexcentesimo duodecimo in Ordine Prędicatorum pro Prouincia Lombardiæ Fr. Seraphinus Siccus Papiensis, Vir pietate, atque doctrina illustris, qui gloriosè in principalioribus Prouinciæ Lombardiæ Conuentibus expletis lecturis, ex Moderatore Cathedræ Thomisticæ Studij Bononiensis Romam vocatus Vicarius Generalis Ordinis institutus fuit, & postmodum ad supremum Ordinis regimen promotus, Sanctissimis legibus in eodem per plures annos pari passu Studium diuinarum litterarum, atque obseruantiam Regularem promouit, in quo munere egregiè scripsit.

Super Libros de Anima Aristotelis.

Super primam partem Sancti Thomæ de Mysterio Sanctissimæ Trinitatis.

Item scripsit de Confraternitate Sanctissimi Rosarij.

Nec non Acta Capitularia valde proficua.

Ex Actis *Capituli Generalis Romani* 1612., & ex Chronico nouissimo *Constitutionum pag. mihi* 347. §. *Vnde anno sequenti.*

ANNO 1613.

1613. *F. Innocentius Cibò.* FR. Innocentius Cibò, siuè, vt alij volunt Ghisius Cybo Ianuensis Conuentus Sancti Dominici Genuæ alumnus Philosophus, Theologus, Orator, atque Poeta celebris, qui in perspicacissimi ingenij testimonium plura scribendo posteritati reliquit; scripsit itaque elegantissimo calamo.

Egregios discursus in Septem Psalmos Pœnitentiales,

Sermones Quadragesimales.

Sermones de Tempore, atque

Sermones de Sanctis.

Item Tractatum de Nobilitate.

Item Volumen Orationum ad Senatum Ianuensem.

Item Dialogos Funebres.

Item Vitam Sancti Hyacinthi Confessoris Ordinis Prædicatorum.

Item Historiam Iepta, Etrusco carmine conscriptam.

Et alia plura opuscula varia.

Cuius meminit Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis p.* 2. *lib.* 4., & Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum ad Annum* 1612. apud Vincentium Riualium, *in Catalogo Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi* 33. *lit. I. num.* 141.

ANNO 1614.

FR. Seraphinus Capponus è Porrectâ Bononiensis Diœcesis, Phœnix ingeniorum huius seculi, Vir sanctitate, siue pietate, doctrinaq; illustris, qui fœlici calamo Angelicam S. Thomæ Aquinatis doctrinam, mirificè signanter super eius Summam illustrauit. Scripsit itaque egregius iste Vir. 1614. *Fr. Seraphinus à Porrecta.*

Veritates aureas In vnico Codice satis grandi aduersus Hæreses, contentas, Venetijs impressas.

Super quinque libros Moysis.

Super omnes Dauidicos Psalmos egregia Commentaria.

Super Euangelium Diui Matthæi.

Super Euangelium Diui Marci.

Super Euangelium D. Lucæ.

Super Euangelium D. Ioannis.

Item Conclusiones totius Summæ Sancti Thomæ Aquinatis.

Item Formalitates super omnes partes S. Thomæ de Aquino.

Item Corollaria pro Vtilitate Ecclesiæ ad singulos articulos Summæ Sancti Thomæ.

Item Scholia in Librum Beati Alberti Magni, Compendium Theologicæ veritatis nuncupatum.

Item Commentaria in Libros Metaphysicorum Aristotelis, ac tandem

Librum de Ceremonijs Sacrosancti Missæ Sacrificij, Italico idiomate conscriptum.

Qui Libri omnes in Archiuio Librorum manuscriptorum Conuentus Bononiensis seruantur.

Celeberrimum hunc & pijssimum Virum celebrauit nostrates, & signanter Io: Michael Plodius, *de Viris Illust. Ordinis p.* 2. *lib.* 4. Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum ad annum* 1614. &

& Relationes *Conuentus Bononiensis*, apud Vincentium Riualium, *in Catalogo Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi 61. ad annum 1614. lit. S. num. 216.*

ANNO 1615.

1615. Fr. Adeodatus Gentilis. FR. Adeodatus Gentilis nobilis Ianuensis Conuentus Sanctæ Mariæ de Castello Genuæ alumnus, Vir eruditissimus, Pater sedulus, incomparabilique, in difficillimis Ecclesiæ negotijs pertractandis, dexteritate, atque prudentia dotatus, qui postquam summa cũ laude præfecisset successiue Boschensi, Romano, atq; Brixiensi primò Cænobijs, à Clemente Papa VIII., primò Mediolanensis Generalis Inquisitor factus fuit, deinde Commissarius Generalis Vniuersalis Inquisitionis Romanæ declaratus fuit. Postmodum à Paulo Papa V. Episcopus Casertanus, atq; in toto Neapolitano Regno Fidei Censor, nec non apud Proregem Neapolitanum Nuncius, siue Legatus Apostolicus missus fuit, ac tandem ad Catholicum Regem Legatus Apostolicus, sed dum iter pararet ad sacram purpuram sibi ab Apostolica Sede benignissimè designatam immitis mors è superstitum numero eum eripiendo mortalem declarauit, sed ob gloriosa sui gesta, fama semper immortalem faciet. Inter cætera autem Opera, quæ tutissimo calamo compilauit, eumq; celeberrimum virum declarauere, signanter numerantur.

Tractatus de Diuinis Auxilijs, hoc est, de Diuinæ gratiæ concordia cum libero arbitrio.

Tractatus de Potestate Summi Pontificis.

Et Tractatus de Immunitate Ecclesiastica.

Quæ Opuscula, vt fertur in Borghesia Bibliotheca Pauli Papæ V. inter quam plura alia scripta dignissimæ nundum prælo data seruantur.

Cuius meminit Vincentius Riualius, *in Catalogo Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi 1. ad annum 1617. lit. A. num. 1.*, ex Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustr. Ordinis p. 2. lib. 4.*, & Relationibus *Neapolis*, *atque Lombardiæ*.

ANNO 1616.

FR. Alexander Manerba, siue vt volunt aliqui Manerbius Nobilis Brixiensis, religione simul, ac scientia valde insignis, in diuinisq; litteris, atq; Sac. Theologia multum versatus, qui inter cætera scripta, in lucem edidit. *1616. F. Alexander Manerba.*

Commentaria in Librum Ruth. valde erudita.

Item Moralem Syluam satis ingeniosam collegit.

Quem citant Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustribus Ordinis p. 2. lib. 4.* Alphonsus Fernandez, *ad Annum 1610. in Concertatione Prædicatorum*; Apud Vincentium Riualium, *in Catalogo Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ pag. mihi 4. lit. A. ad annum 1610. num. 10.*

ANNO 1617.

FR. Michael Angelus Seghetius de Lauda Lombardus, Sacræ Theologiæ Magister, atque Scholasticus eruditissimus, qui ex Moderatore Studij Bononiensis, post Magistrum Adeodatum Gentilem, ad regendum Sanctissimæ Inquisitionis Tribunal Cremonę primò, & postmodum Mediolani à Clemente Papa VIII. electus. Deinde à Paulo Papa V. Romam vocatus, Sanctæ Romanæ, atque Vniuersalis Inquisitionis Commissarius Generalis denunciatus fuit, in quo munere adeò laudabiliter se gessit, vt ab eodem Paulo Papa V. Patriæ, hoc est Laudensis Episcopus meritò creatus fuerit anno millesimo sexcentesimo sextodecimo, quam Episcopalem Cathedram per vndecim annos sanctissimè rexit; Scripsitque inter cætera Opera. *1617. Fr. Michael Angelus Seghetius.*

Dignissimas Ordinationes Synodales pro bono suæ Ecclesiæ regimine.

Tractatum breuem de Censuris.

Atque Opusculum de Diuina gratia aduersus Semipelagianos iuxta principia Diui Prosperi: quæ scripta in Laudensi Conuentu seruantur.

Celeberrimum hunc Virum celebrant Ferdinandus Vghellus, *in Italia Sacra, Tom. 4. inter Episcopos Laudenses*, & Vincentius Maria Fontana, *in Teatro Sacro Dominicano p. 3. cap. 2. de Inquisitoribus in Vrbe §. 3. de Commissariis Generalibus*

ne-

neribus pag. mihi 545. col. p. num. 16. §. in Lauda Pompea.

ANNO 1618.

1618. *Fr. Georgius à Castellarano.* FR. Georgius à Castellarano, Regiensis Diœcesis à Sacrarum Litterarum peritia, morum suauitate, atque nostrarum legum obseruantia commendabilis, qui inter cætera scripta ad tollendos, quàm plures Exorcistarum imperitorum abusus, qui ex motiuo ignorantiæ in Republica Christiana irrepsere, acuratissimè scripsit.

Tractatum de Areptitijs, atque Tractatum de modo eosdem a Dæmonibus liberandi.

Ex Relationibus *Lombardiæ*, & ex Vincentio Riualio, *in Catalogo Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 27. ad annum 1618. lit. G. num. 114.*

1618. *Fr. Io: Dominicus Rouarinus.* Florebat eodem anno millesimo sexcentesimo decimo nono in Prouincia Lombardiæ signanter in Conuentu Ticinensi Fr. Ioannes Dominicus Rouarinus Papiensis Sacræ Theologiæ Magister in Philosophicis, atque Theologicis disciplinis, quemadmodum etiam in Historiarum lectura versatissimus, qui elegantissimo calamo Vitas Illustrium Virorum, qui speciali Sanctitatis nota in Ordine FF. Prædicatorum, vsque ad eius tempora claruere compilauit, & scripsit.

Vitas illustrium Virorum Ordinis, qui singulari Sanctitatis nota insigniti fuere.

Et vlterius scripsit, Conuentus Papiensis breuem Chronicam.

Cuius commemorationem facit Vincentius Riualius, *in Catalogo Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi 36. ad annum 1618. lit. I. num. 159.* ex Relationibus Lombardiæ *ex Conuentu Papiensi.*

ANNO 1619.

1619. *F. Hieronymus Medices.* FR. Hieronymus Medices de Camerino Lombardus Anconitani Conuentus alumnus, qui expletis in Studio Bononiensi Lecturis, exq; Baccalaureo, Mantuæ Generalis aduersus hæreticam prauitatem Apostolicus Inquisitor denunciatus, ibi acuminis sui euidentissima circa Opera omnia Sancti Thomæ Aquinatis firmissimo calamo dedit testimonia, dum facillima methodo pro maiori studentium commodo, totius Summæ articulos ad syllogisticam formam reduxit, compilauit itaque mirifico ordine.

Formalitates super primam partem Sancti Thomæ.

Formalitates super primam secundæ Sancti Thomæ.

Formalitates super secundam secundæ Sancti Thomæ.

Formalitates super Tertiam partem Sancti Thomæ, ac tandem.

Formalitates super supplementum eiusdem Sancti Thomæ.

Ex Relationibus Prouinciæ Lombardiæ, *ex Conuentu Mantuano.* Quæ formalitates omnes in quarto impressæ fuerunt Venetijs, & postmodum pro maiori discipulorum comoditate in octauo impressæ fuerunt, reperiunturque apud huius Operis Authorem.

ANNO 1620.

FR. Iacobus è Rodigio Adriensis Diœcesis, vulgo ex paruitate molis Iacobus Rodiginus communiter nuncupatus, Conuentus Mediolanensis Sanctæ Mariæ Gratiarum alumnus. Vir doctissimus, & propterea Magistrorum Ordinis collegio iure merito in singularem Prouinciæ Lombardiæ gloriam adscriptus. Siquidem eruditissimis scriptis Conuentum Mediolanensem, ac perinde Lombardiæ Prouinciam decorauit. Scripsit itaque eximius iste Vir. 1620. *Fr. Iacobus Rodiginus.*

Egregia Commentaria in Vniuersam Aristotelis Logicam.

Commentaria super Octo Libros Physicorum Aristotelis.

Commentaria in Libros de Anima Aristotelis.

Et Commentaria in Libros metaphisices Aristotelis.

Item Formalitates, & Controuersias, in primam partem Summæ Sancti Thomæ.

Nec non Formalitates, & Controuersias in tertiam partem eiusdem Summæ S. Thomæ.

Ex Relationibus *Lombardiæ*. Apud Vincentium Riualium, *in Catalogo Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto*

pag.

pag. mihi 33. ad annum 1620. lit. I. num. mihi 132.

ANNO 1621.

1621. *Fr. Hippolytus Maria Lancius.* FR. Hippolytus Maria Lancius de Aqua nigra Brixiensis Diœcesis, ditionis tamen DD. Gonzagorum de Mantua Lombardus, Theologus insignis, probatis moribus, doctrina, atque prudentia conspicuus, qui primò ex Inquisitore Generali Cremonensi, deinde Mediolanensi, ab Vrbano Papa VIII. Romam vocatus fuit, ad dicendum ius in Sacrosancto Tribunali Vniuersalis Inquisitionis Vrbis, & Orbis factus Commissarius Generalis aduersus hæreticam prauitatem, cui Sanctissimo Tribunali per annos duodecim præfuit; ibique formauit rectam methodum, ex Francisco Pegna procedendi in causis fidei. Scripsit itaque.

Praxim breuem pro Inquisitoribus procedendi in Causis Fidei.

Et insuper Summam Breuem Casuum per se ad Sanctum Officium spectantium.

Cuius meminit Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Dominicano p. 2. cap. 2. de Inquisitoribus. §. 3. De Commissarijs Sancti Officij de Vrbe, pag. mihi 545. col. 2. num. 18. §. Ad purpuram euecto Scalia.*

1621. *Fr. Hieronymus Capredonius.* Floruit pariter eodem Anno millesimo sexcentesimo vigesimo primo in Prouincia Lombardiæ signanter in Conuentu Bononiensi Fr. Hieronymus Capredonius Soncinas, Cremonensis Diœcesis, Philosophus, atque Theologus doctissimus, qui summa cum sui laude Studium Bononiense rexit, ac bis in Comitijs Prouincialibus definiuit; & plura notatu dignissima profundissimo, atque tutissimo calamo in vtilitatem discipulorum scripsit, specialiter.

Doctissimum Tractatum de Auxilijs Diuinæ Gratiæ, & Concordia liberi arbitrij.

Quæstiones Metaphisicales de Animæ intellectiuæ indeficientia.

De cognitione animæ separatæ.

De Cœlestibus corporibus.

De animatione Cœli.

De substantijs separatis.

De earundem cognitione, & cogitationis medio.

De Deo, eiusq; Diuinis perfectionibus.

De Dei æternitate.

De Diuinis nominibus.

De Scientia Dei.

De Ideis Diuinis.

De Veritate.

De Voluntate.

De Prouidentia Dei.

De Infinitate Primi Motoris, atque

De Creatione.

Quæ omnia acutissimè, & attentissimè profundequè examinauit, & ad mentem Aristotelis, & iuxtà D. Thomæ doctrinam, Catholicamque fidem.

Hunc celebrant Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustribus Ordinis p. 2. lib. 4.* Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum.* Relationes Lombardiæ, & Vincentius Riualius, *in Catalogo Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ Manuscripto, pag. mihi 31. ad annum 1621. lit. N. num. 132.*

ANNO 1622.

FR. Ioannes Maria è Garexio Pedemontanus, Conuentus Sancti Vincentij de Garexio Prouinciæ Lombardiæ alumnus, Vir ob religionis, ingenij, & eruditionis omnimodæ præstantiam, atque in difficillimis quæstionibus, tam Philosophicis, quam Theologicis tractandis, ac enodandis fœlicitatem, ac copiam admirandus, qui & reliquit post se ingenij sui monumenta præclara in Garexino Conuentu, videlicet. 1622. *Fr. Io: Maria à Garexio.*

Præclarissima Commentaria super totam naturalem Philosophiam. Signanter.

Super Libros Aristotelis de Anima, Volumen satis grande.

Item egregia Commentaria super totam primam partem Summæ S. Thomæ Aquinatis.

Item Commentaria eruditissima super tertiam partem Summæ Angelicæ Sancti Thomæ.

Item Quæstiones siue Controuersias in materia de Absolutis.

Item Quæstiones super Tractatum de SS. Trinitate.

Item Quæstiones super Tractatum de Angelis.

Item Quæstiones in Tractatu de Creatione.

Item Quæstiones super Tractatum de Incarnatione.

Item.

Item Quæstiones de Scientia, atque gratia animæ Christi.

Nec non Tractatum de Septem Ecclesiæ Sacramentis; Sed hunc Tractatum morte præuentus perficere non potuit.

Cuius meminit, ex Relationibus Lombardiæ noster Vincentius Riualius *in Catalogo Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi 42. ad annum 1622. lit. H. num. 147.*

1622. *Fr. Iacobus de Marcenisio.* Claruit quoque hoc eodem Anno millesimo sexcentesimo vigesimo secundo, in Conuentu Magdalonensi Prouinciæ Lombardiæ Fr. Iacobus de Marcenisio dicti Conuentus Magdalonensis alumnus, Vir doctus, qui præter artes, & Sacram Theologiam exactissimè Historias calluit, qui & eruditissimo stylo, perfectissimoque calamo inter cetera Opera scripsit.

Vitam Beatæ Luciæ Narnensis Monialis Ordinis nostri, valde ornatam.

Item Sermones de Tempore per totum annum, atque

Sermones de Sanctis. Nec non

Sermones omnium Festiuitatum Beatissimæ Virginis Mariæ.

Ex Ioanne Michaele Plodio *de Viris Illustr. Ordinis p. 2. lib. 4. in Appendice*. Et Relationibus *Lombardiæ*, apud Vincentium Riualium *in Catalogo Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi 33. ad annum 1621. lit. I. num. 140.*

ANNO 1623.

1623. *Fr. Paulus Carraria.* FR. Paulus Carraria de Casali Montis Ferrati Lombardus, Sacræ Theologiæ Magister, Vir præclarus, atque perspicaci ingenio, qui in Bononiensi Studio Regens meritissimus extitit, verè rerum agendarum peritia, & litterarum copia, virtutumque omnium genere, & præcipuè prudentiæ ornatissimus, qui scripsit grande Volumen de Mystica, moralique Regularium Iuris interpretatione, duobus Tomis distributum; vna cum glosa ad Theologicas, moralesque Quæstiones, in Volumine signanter tractauit ex professo.

De Scientia Canonica.

De Diuersitate docentium, atque scribentium.

De Varia titulorum acceptione, & accommodatione.

De Regulis in Genere, Iuris Canonici, atque

De Regulis in speciali Iuris Canonici.

Quæ Opera omnia vsque de Anno 1617. Bononiæ Typis impressa fuere apud Hæredes Ioannis Rossij Typographi, Eminentissimo Domino Scipioni Burghesio S. R. E. Presbytero Cardinali dicata.

Ex Relationibus *Lombardiæ*, apud Vincentium Riualium, *in Catalogo Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi 54. ad annum 1621. lit. P. num. 185.*

Floruit pariter eodem decurrente anno millesimo sexcentesimo vigesimo tertio Venetijs in Conuentu Sancti Petri Martyris de Muriano Prouinciæ Lombardiæ Fr. Paulus de Blanchis Murianensis præcitati Conuentus alumnus, Vir eruditione, doctrina, nec non morum probitate clarus, qui inter cætera scripta, felicissimo eius calamo compilata in lucem edidit. 1623. *Fr. Paulus Blanchus.*

Tractatum, siue Summam breuem Casuum Conscientiæ. Quem Tractatum Venetijs excudi typis fecit, anno præcedenti 1622.

Ita Relationes *Lombardiæ*, & Vincentius Riualius, *in Catalogo Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 54. ad annum 1622. lit. P. num. 186.*

ANNO 1624.

FR. Archangelus Carraccia de Ripalta Montis Ferrati Lombardus Theologus, atque Peripateticus profundissimus, in Bononiensi Gymnasio Baccalaureus doctissimus, qui & in Romana Curia pro Beatissimi Pij Papæ V. Solemni Canonizatione plurimum insudauit, Sanctissimi Pij V. merita, egregiaque illius gesta coram Eminentissimis, ac Reuerendissimis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus Congregationis Sacrorum Rituum proponendo pro examinibus; qui pariter scripsit Italico Idiomate. 1624. *F. Archangelus Carraccia.*

Vitam eiusdem Sanctissimi Pontificis Pij Papæ V.

Vitam Sanctorum Præsulum Valerij, & Baudolmi.

Tractatum de Quarta funeralium.

Item Librum de Rosario Sanctissimæ Virginis Deiparæ; in quo tractat.

De Valore Indulgentiarum, nec non

De

De modo, quo Defunctis applicari valeant.

Et alia plura.

Cuius meminit Plodius, *de Viris Illustribus Ordinis p. 2. lib. 4.* & cum ipso Relationes *Lombardiæ*, apud Vincentium Riualium, *in Catalogo Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ Manuscripto pag. mihi 9. ad annum 1642. lit. A. num. 34.*

ANNO 1625.

1625. *F. Petrus Martyr Locatellus.*

FR. Petrus Martyr Locatellus Bononiensis, Vir in Politioribus litteris, Philosophicis, atque Theologicis disciplinis apprimè doctus, atque Orator eximius, qui expletis in insignioribus Prouinciæ Lombardiæ Conuentibus, summa cum sui laude Lecturis, Collegio Vniuersitatis Bononiensis aggregatus fuit, qui & inter cætera acuminis sui monumenta firmissimo calamo exarata, scripsit.

Eruditissima Commentaria super primam partem Summæ S. Thomæ.

Item acutissima Commentaria super tertiam partem eiusdem Angelici Doctoris.

Item Conciones valde eruditas de Tempore.

Et Codicem Concionum de Sanctis per Annum in principalioribus Lombardiæ Ecclesijs habitarum.

Et alia Opuscula.

Cuius mentionem facit ex Relationibus *Conuentus Bononiensis*, Vincentius Riualius *in Catalogo Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 58. ad annum 1625. lit. P. num. 200.*

ANNO 1626.

1626. *Fr. Augustinus Vanini.*

FR. Augustinus Vanini, siuè Vanianini, Veronensis, Vir cum linguis Latina, Græca, Hebraica, atque Caldea, quibus insigniter dotatus erat, tum singulari Indole, ac Religione celebris, qui tantæ expectationis extitit in Ordine, vt nisi immatura, & acerba ætate, hoc est ad annum vigesimum octauum, è viuentium Catalogo deletus fuisset, Prouincia Lombardiæ cuius erat alumnus maiora, atque meliora de tam celebri Viro sperare potuisset, hoc tamen non obstante, nimirum, quod in tam tenera ætate fuerit è viuis ereptus, diuersos adhuc variarum scientiarum tractatus in euidentia ingenij sui testimonia, typis demandandos posteritati reliquit, & inter cæteros.

Tractatum de Arte Rethoricæ sectandæ.

Tractatum de Quantitate, atque varietate Syllabarum imitandarum.

Tractatum de Elegantiarum antiquissimo vsu, atque

Tractatum de Terminis Vnissonis, atque Dissonis.

Et alia plura.

Cuius meminit Ioannes Maria Pelegrinus, *in Chronico paruo Conuentus Veronensis Sanctæ Anastasiæ Virginis, ac Martyris ad annum 1625.*

ANNO 1627.

FR. Basilius Spinula Nobilis Ianuensis, Conuentus Sanctæ Mariæ de Castello alumnus; Vir in poli- 1627. *Fr. Basilius Spinula.*
tioribus litteris, Philosophicis, ac Theologicis disciplinis valde doctus, & eruditus, in Mathematicis clarus; atque in Iure Pontificio diligentissimè versatus, qui ex Regente in Bononiensi Studio, Serenissimi Estensis Purpurati Principis Theologus denunciatus, purgatissimo calamo plura, ac plura notatu digna compilauit, ac scripsit, & primò.

Eruditissima, atque profundissima Commentaria in Librum Leuitici.

Adnotationes, ac Dubia in Summam Theologiæ Sancti Thomæ Aquinatis.

Quæstiones, atque Controuersias in Tractatum de Absolutis.

In Tractatum de Sanctissima Trinitate.

In Tractatum de Creatione.

In Tractatum de Diuina Gratia.

In Tractatum de Incarnatione.

In Tractatum de Sacramentis, & signanter.

In Tractatum de Pænitentia.

Item Quæstiones Methaphysicales.

Item Opuscula varia de Mathematica.

Item alia Opuscula varia de Astrologia.

Quæ scripta in Archiuio Conuentus Sanctæ Mariæ de Castello seruantur.

Ex Relatione *Conuentus S. Mariæ de Castello Genuæ*, apud Vincentium Mariam Riualium, *in Catalogo Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 15. ad annum 1629. lit. B. num. 57.*

ANNO 1628.

1628. Fr. Heliſeus Maſinus. FR. Heliſeus Maſinus Bononienſis Sacræ Theologiæ Magiſter, qui in Gymnaſijs Veneto, Fauentino, atque Bononienſi, doctrinæ profunditate, & eleganti facilitate argumentandi reſpectiueque defendendi, atque decidendi admirabilis ſemper extitit quapropter, ex Inquiſitore Mantuano, atque Anconitano ob ſingulares animi ſui dotes factus fuit Inquiſitor Iauuenſis, in quo munere Apoſtolicum zelum aduerſus ſuſpectos de hæreſi abundè oſtendit, quinimo, & inter cætera opera ad fauorem Tribunalis Sancti Officij egregiè compilauit codicem ſiuè.

Praxim breuem S. Tribunalis, cui titulus. Arſenale del S. Officio, Italico idiomate conſcriptam.

Item diſcurſum ſatis eruditum de Laudibus Virginis Deiparæ, ſuper Antiphonam Salue Regina.

Item Opuſculum, de Septem Verbis Domini in Cruce.

Ac tandem Orationes varias in diuerſis locis, occaſionibus, atque temporibus, à ſe peroratas.

Et alia plura Opuſcula Varia.

Ex Relationibus Conuentus Bononienſis, apud Vincentium Mariam Riualium, *in Catalogo Illuſtrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuſcripto, pag. mibi 23. ad annum 1628. lit. E. num. 99.*

ANNO 1629.

1629. Fr. Auguſtinus Petrettus. FR. Auguſtinus Petrettus de Reggio Lombardus, magnis ingenij pietatis, atque eruditionis dotibus ornatus, nec non à Sacris concionibus celeberrimus, qui expletis Lecturis ab Apoſtolica Sede, Tribunali Sanctiſſimæ Inquiſitionis Bergomi, Veronæ, Anconæ, atque Comi applicatus, quemadmodum Apoſtolicum zelum, & feruorem in Hæreticos, eorumque fautores, puniendo, profligando, atque damnando imperterito animo oſtendit, ita pariter è Cathedra conſimilem demonſtrauit ad populum doctrinam, atque ſapientiam, cuius teſtimonium reliquit ſolido calamo ſcribens.

Eruditiſſimas Quæſtiones in octo Libros Phyſicorum Ariſtotelis.

Atque pariter eruditiſſimum Librum de Roſario Virginis Deiparæ.

Et Vlterius Librum, ſeù Tractatum de Cenſuris, quamuis morte preuentus hunc perficere nequiuerit.

Ita refert ex Relationibus habitis à Conuentu Reggienſi, Vincentius Riualius, *in Catalogo Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuſcripto, pag. mibi 11. ad annum 1629. lit. A. num. 39.*

ANNO 1630.

FR. Lucas Caſtellinus de Fauentia gloria Prouinciæ Lombardiæ, qui in Curia Romana ſumma cum ſui laude Procuratoris, atque Vicarij Generalis totius Ordinis Prædicatorum munus per plures annos exercuit, & cum in Politiori litteratura, Philoſophicis, Theologiciſque Diſciplinis, ac Sacris litteris, nec non Pontificio, ſiuè Canonico Iure, ſummoperè eſſet peritus, ab Vrbano Papa VIII. Catacenſis Epiſcopus in Calabria creatus fuit, anno milleſimo ſexcenteſimo trigeſimo primo, qui præcedente anno in lucem ediderat ſequentes Tractatus tam celebris authoris dignos videlicet. 1630. Fr. Lucas Caſtellinus.

Tractatum de Electione Canonica.

Tractatum de Inquiſitione Miraculorum in Canonizatione SS. Martyrum.

Elucidarium de Certitudine gloriæ Sanctorum Canonizatorum.

Tractatum de Dilatione in longa tempora Canonizationis Sanctorum.

Tractatum de Stigmatibus Sanctæ Catharinæ Senenſis.

Item Diſputationes ſelectas, de Sacramentis.

Quem celebrant Ferdinandus Vghellus *in Italia Sacra, Tom. 8.* Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. p. cap. 5. de Epiſcopis, §. 150. pag. mibi 160. col. 2. num. 2. & p. 2. cap. 4. de Miniſtris in Curia Romana Tit. p. de Procuratoribus Generalibus Ordinis. pag. mibi 469. col. 1. num. 50.* & Vincentius Riualius, *in Catalogo Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuſcripto, pag. mibi 47. ad annum 1630. lit. L. num. 159.*



AN-

ANNO 1631.

1631. P.Hieronymus de Florentiola.

FR.Hieronymus de Florentiola Placentinæ Diæcesis Lombardus, Vir vitæ integritate, doctrina, atque scriptis celebris, qui ex Lectore Primario Conuentus Mutinensis se totum cultui Virginis Mariæ Deiparæ, se dedit, & signanter circa promotionem Sanctissimi Rosarij in principalioribus Lombardiæ Vrbibus, ex quo Sancto exercitio famulatui Beatissimæ Virginis Mariæ, promiscui sexus, tam magnum populum acquisiuit, vt communitèr nouus Beatus Alanus Virginis Deiparę Sponsus nuncuparetur; qui & erudito calamo, parique Apostolico spiritu scripsit.

Librum de Rosario Gloriosissimæ Dei Matris.

Item Tractatum de modo meditandi Sacra illius Mysteria.

Item Tractatum, siue Opusculum, ad excitandam deuotionem, mentisque feruorem.

Et alia Opuscula varia.

Ex Relationibus *Lombardiæ*, apud Vincentium Riualium *in Catalogo Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi 32. ad annum 1630. lit. H. num. mihi 134.*

ANNO 1634.

1634. Fr.Thomas Maria de Brachis.

FR. Thomas Maria Brachius Nouocomensis Lombardus; Vir summæ integritatis, & eloquens Philosophus, atque Theologus, nec non Historiographus excellens, qui expletis in insignioribus Prouinciæ Lombardiæ Conuentibus Lecturis, & Theologica Laurea insignitus, in Bononiensi Studio Magistri Studentium summa cum laude munus exercuit, ac tandem scientiarum copia clarus, ingenij sui testimonium edidit, dum Typis imprimere fecit.

Insigne Opusculum de Medaleis, mira eruditione refertum.

Nec non Opusculum de Laudibus Virginis, &

Codicem de varijs Panegiricis Sanctorum.

Ex Relationibus Conuentus Comensis, *exque Chronica breui* Vincentij Riualij, *pag. p. ad annum 1634. num. p.*

ANNO 1635.

1635. Fr. Ioannes Paulus Nazarius.

FR. Ioannes Paulus Nazarius Cremonensis Lombardus, eximiæ integritatis, atque Doctrinæ, meritò Prouinciæ Lombardiæ decor, vtpotè, qui extitit in Comitijs Generalibus Generalis Diffinitor, in Studio Generali Bononiensi Cathedræ S.Th. Aquinatis Moderator, & pro Ducatu Mediolanensi, ad Philippum IV. Catholicum Regem dignissimus in Hispania Orator, qui egregio, & tutissimo calamo scripsit.

Commentaria in totam Logicam.

Commentaria in octo Libros Physicorum de Auditu.

Commentaria in tres Libros de Anima, &

Commentaria in 12. Libros Metaphysicæ Aristotelis.

Item Commentaria, & Controuersias in primam partem Sancti Thomæ Aquinatis, in tribus Tomis distributa. Hoc est.

In Primo Tomo, de Sacra Doctrina, & de his, quæ de Deo absolutè dicuntur.

In Secundo Tomo, de Sanctissimæ Trinitatis Mysterio, & rerum omnium creatione.

In Tertio Tomo, de Angelis tam Beatis, quam Damnatis, siue reprobis.

In Tertiam partem eiusdem S. Thomæ Aquinatis, scripsit Commentaria, & Controuersias de Mysterio Incarnationis Dominicæ, Tribus Tomis destributa.

In Primo Tomo de Incarnacione Dominica à prima, vsque ad 12. Quæstionem.

In Secundo Tomo, de Incarnatione Dominica, à 12. vsque ad 34. Quæstionem, &

In Tertio Tomo, de Incarnatione Dominica, hoc est de Vita, Morte, & Gloria Domini Nostri Iesu Christi.

Item compilauit Opusculorum tria Volumina, in quibus sequentia continentur.

In Primo Opusculorum Volumine tractat Author, atque refert.

De Scriptis Sancti Thomæ Aquinatis.

Disputationem Solemnem de Sacrosancto.

cto Missæ Sacrificio, ab Authore in Valle Clauena, cum Ministris Caluinianæ Sectæ habitam.

Responsiones ad Censuras Fasoli.

Responsiones ad Obiecta Gonzalez.

Quæstionem Solemnem, quomodo Deus, & entia super naturalia contineantur intra Spherā intellectus creati.

Responsiones ad quæsita Casuum Conscientiæ.

Quæstionem de Obiecto Methaphysicæ.

Quæstionem de Distinctione Relationis à fundamento.

De Magia naturali, & superstitiosa.

De Monarchia Diuina, Angelica, Theandrica, & Ecclesiastica.

In secundo Opusculorum Tomo, respectiue tractat, ac refert Author,

Commentaria in Opusculum 68. S. Thomæ Aquinatis.

De statu, & obligatione Religiosorum.

Responsiones ad alia quæsita Casuum Conscientiæ.

Responsiones ad impugnationes quorundam dictorum, in Commentarijs ad p. partem S. Thomæ Aquinatis.

In Tertio Opusculorum Tomo, ex professo tractat.

De Sanctorum Patrum, & Doctorum Ecclesiæ auctoritate.

Ex Relationibus *Lombardiæ*, signanter *Conuentus Bononiensis*, apud Vincentium Riualium, *in Catalogo Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mibi 44. ad annum 1641. lit. I. num. 149.*

ANNO 1637.

FR. Hyacinthus Petronius de Bononia Conuentus Bononiensis alumnus, Vir Religione, ac doctrina nobilis, rerum agendarum prudentia insignis, varia, & omnigena eruditione refertus, zeloque erga Virginis Deiparæ cultum præstans, qui terminatis Studijs, atque Lecturis ad Bononiensem Domum se recepit, ibique singulari deuotionis zelo ad promouendum in populo Sanctissimi Rosarij cultum totum se dedit, atque dicauit, qua occasione pijssimo calamo scripsit.

1637. Fr. Hyacinthus Petronius.

Libellum, de Laudibus Virginis Deiparæ.

Libellum, de Rosario Beatissimæ Virginis Mariæ.

Item, & Libellum, de modo meditandi illius Sacratissima Mysteria.

Et alia plura Opuscula valde pia.

Cuius meminit Ludouicus Augustinus Castellus *in Fasciculo Florum, inter Elogia funebria, Serto 6. in morte, aut funere Illustrium Virorum, pag. mihi 89. & sequentibus vsque ad paginam 93.*

ANNO 1638.

FR. Hyacinthus Barexanus de Alba Montis Ferrati, siuè Pedemontanus Prouinciæ Lombardiæ alumnus, Vir eloquens, ac peritus, in linguis Hæbraica, Græca, atque Latina, nec non in Lectura Sacrorum Canonum, Ecclesiasticarumque Historiarum versatissimus, qui tantæ estimationis extitit, vt ab Episcopo Nobilibus, atque Albano populo apud Apostolicam Sedem pro Canonizatione Solemni Beatæ Margharitæ de Sabaudia Orator, atque Procurator Generalis missus fuerit, qui & eruditissimo calamo compilauit.

1638. Fr. Hyacinthus Barexanus.

Vitam eiusdem Beatæ Margharitæ de Sabaudia Monialis Ordinis Prædicatorum.

Item formauit Opusculum allegationum, pro Solemni Canonizatione præfata Beatæ Margharitæ.

Nec non Eruditissimum Summarium Processus, pro antedicta Solemni Canonizatione à Sacrorum Rituum Congregatione impetranda.

Quem ex Relationibus *Lombardiæ*, siue etiam *Pedemontis*, citat, & commendat, Vincentius Riualius, *in Catalogo Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 28. ad annum 1638. lit. H. num. 117.*

ANNO 1639.

FR. Desiderius Scalea Brixiensis, Cremonensis Conuentus alumnus, Vir in Theologia, Sacrisque litteris apprime versatus, celebris Concionator, hæreticæq; prauitatis acerrimus insectator, siquidem Appostolici Inquisitoris munus incomparabili laude exercuit ex professo Papiæ, Cremonæ, atque Mediolani, & Romam vocatus à Paulo V. Pontifice Maximo Vniuersalis Inquisitionis Romanæ Sancti Officij Commissarius Generalis creatus fuit, & postmodum ab eodem Paulo Papa V. S. R. E. Presbyter Cardinalis creatus fuit anno millesimo sexcentesimo vigesimo primo, & deinde promotus ad Eccle-

1639. Fr. Desiderius Scalea.

Ecclesiam Episcopalem Melphitensem in Neapolitano Regno, ac tandem ad Episcopatum Nouocomensem translatus anno sequenti 1622. Postremò obijt Romæ anno millesimo sexcentesimo trigesimo nono: sepultusq; est in Ecclesia Sancti Caroli Mediolanensium cum anteà doctissimo calamo posteritati scripsisset.

Codicem Orationum lepidissimarum.

Item Librum diuersorum Carminum.

Tractatum, siue Tracticam procedendi in Sancto Officio in Causis Fidei.

Item Instructionem, de modo formandi Processus in Causis Strygium, atque Maleficiorum.

Item Indicem, seu seriem Causarum, ad Sancti Officij Tribunal spectantium.

Tam eximij Viri laudes referunt, Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. p. cap 2. de Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus. Tit.* 41. *pag. mihi* 39. *col. p. & p.p cap.* 5. *de Episcopis. Tit.* 195. *pag. mihi* 177. *col.* 2. *num.* 3. §. *P. F. Desiderius Scalea, & p.* 3. *cap.* 2. *de Inquisitoribus in Vrbe. Tit.* 3. *de Commissarijs Generalibus. pag. mihi* 545. *col. p. num.* 17. §. *in Segbetij Locum.* Et Vincentius Riualius, *in Catalogo Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi* 19. *ad annum* 1639. *lit. D. num.* 82.

1639. *Fr. Nicolaus Malinellus.* Eodem pariter Anno millesimo sexcentesimo trigesimo nono claruit in Conuentu Mantuano Prouinciæ Lombardiæ Fr. Nicolaus Malinellus Cremensis Lombardus, Magnus Historicus, Philosophus, atque Theologus clari nominis Serenissimorum DD. de Gonzaga Familia Mantuæ Theologus, Poesi, ac litteris humanis apprimè instructus, atque Historiographus celebris; vnde elegantissimo calamo plura composuit notatu digna, inter cætera autem compilauit.

Librum variarum compositionum, diuersis eruditionibus, atque Carminibus, refertum, atque

Opusculum Poeticum elegantissimis, nec non pijssimis carminibus conflatum, super Antiphonam Salue Regina.

Item alias compositiones de Laudibus Virginis Deiparæ, Etrusco versu exaratas.

Et alia plura; Quarum aliqua in lucem edidit de anno 1636.

Ex Relationibus Lombardiæ *Conuentus Mantuani*, apud Vincentium Riualium, *in Chronico paruo Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ pag.* 1. *num.* 2.

ANNO 1640.

FR. Franciscus Ghetius Nouocomensis, siue de Como, Prouinciæ Lombardiæ, Moderator dignissimus, Vir spectabili fama, vitæ, & doctrinæ opinione clarus, qui in Bononiensi Studio Baccalaurei, atque Regentis, cum singulari eius, ac Religionis laude munus exercuit, ex specialitate autem Angelicæ doctrinæ Sancti Thomæ Aquinatis propugnator acerrimus, qui inter alia perspicacis ingenij specimina, quibus memoriam sui nominis ad posteros, non sine laude transmisit in lucem edidit verè Angelicæ doctrinæ Thesaurum in varia Volumina distributum ter Typis impressum hoc est in Italia, in Gallia, atque Coloniæ Agrippinæ in Germania; scripsit itaque eximius iste Doctor. 1640. *Fr. Franciscus Ghetius.*

Opus insigne iuxta doctrinam S. Thomæ, Summæ omnium Casuum Conscientiæ in quatuor Voluminibus distributum, cui titulus Thesaurus Animæ.

Item aliud Opus Theologicum pariter in lucem edidit; Arcana Theologiæ nuncupatum, in quo difficultates varias, ac peregrinas, excellenter examinat, atque dissoluit.

Ita Relationes *Conuentus Comensis*, & Vincentius Riualius *in Catalogo Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi* 25. *ad Annum* 1659. *lit. F. num.* 104.

Claruit pariter eodem Anno millesimo sexcentesimo quadragesimo in Prouincia Lombardiæ Fr. Ioannes Baptista de Martinengo Bergomensis, Conuentus Sanctæ Mariæ Angelorum Ferrariensis alumnus, magnus Philosophus, ac Theologus, Ecclesiastes celebris, Rethor, atq; Humanista clarus, qui expletis lecturis ab Apostolica Sede aduersus hæreticam prauitatem in Cremonensi Ciuitate Inquisitor Generalis Apostolicus institutus fuit, ac deinde ab Vrbano VIII. Pontifice Maximo in Alma Vrbe, Vniuersalis Inquisitionis Romanæ Commissarius Generalis denunciatus fuit. In quo munere inter cætera egregia Opera, erudi- 1640. *Fr. Ioannes Baptista de Martinengo.*

tiſſimo calamo ſcripſit.

Libellum elegantiſſimarum Orationum, in diuerſis occaſionibus ac locis habitarum.

Item Breuem Praxim procedendi in Sancto Officio in Cauſis Fidei.

Cuius meminit Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. 3. cap. 2. de Inquiſitionibus in Vrbe. Tit. 3. de Commiſſarijs Generalibus Sancti Officij, pag. mihi 546. col. p. num. 20. §. Inſtituto Maculano.*

ANNO 1641.

1641. Fr. Ioannes Baptiſta Finus.

FR. Ioannes Baptiſta Finus Laudenſis, Lombardus Mediolanenſis Dominij, Vir in Theologia per doctus, ac in Diuinis litteris, non minus, quā in Pontificio Iure valde verſatus, qui cum eſſet Inquiſitor Mediolanenſis aduerſus hæreticam prauitatem, & in Laudenſi Ciuitate Hæreticorum oppugnator acerrimus extitit, & Sacræ prædicationi itā ſerio incubuit, vt eius verbo, atque exemplo, quam plures eorumdem corde compuncti, hæreſibus eiuratis, ad Sanctæ Romanæ Eccleſ. gremium, ſe vniuerint, qui in ingenij ſingularis teſtimonium, ſcripſit inter cætera.

Sermones valde eruditos ſuper Regulas Iuris Canonici, in Cathedrali Eccleſia Laudenſi hora Veſpertina ab ipſo habitos.

Et quam plura alia Opuſcula, Sacris Oratoribus perutilia.

Ex Relationibus *Lombardiæ, ſiue Conuentus Laudenſis*, apud Vincentium Riualium, *in Catalogo Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuſcripto, pag. mihi 35. ad Annum 1641. lit. I. num. mihi 156.*

1641. Fr. Vincentius Maculanus.

Floruit quoque in Prouincia Lombardiæ eodem Anno milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo primo Fr. Vincentius Maculanus de Florentiola Placentinæ Diœceſis; Vir doctus, & eloquens, in Philoſophicis, atque Mathematicis diſciplinis valde verſatus, qui ex Inquiſitore primò Papienſi, deinde Ianuenſi, ab Vrbano Papa VIII. Romam vocatus, primò Procurator Generalis Ordinis factus; deinde Sancti Officij de Vrbe Commiſſarius Generalis denunciatus, poſtmodum ab eodem Vrbano Papa VIII. Sacri Palatij Apoſtolici Magiſter Inſtitutus fuit; & poſtremò ab eodem Vrbano VIII. Pontifice Maximo hoc Anno milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo primo, in promotione de Menſe Decembri habita creatus fuit S. R. E. Presbyter Cardinalis ſub titulo Sancti Clementis; qui & ſcripſerat plurima notatu digna; ſpecialiter autem.

Opuſculum in Mathematica ſcientia, valde elaboratum, quod poſteritati poſtea reliquit.

Nec non Formulam procedendi in Cauſis S. Officij,

Ac tandem notabilia non nulla ad Indicem Librorum prohibitorum.

Cuius meminit Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. p. cap. 2. de S. R. E. Cardinalibus tit. 42. pag. mihi 40. col. 1., & p. p. cap. 4. de Archiepiſcopis, tit. 13. pag. 69. col. 2. num. 3. §. Fr. Vincentius Maculanus.* Item *p. 2. cap. 5. de Magiſtris Sacri Palatij Apoſtolici, tit. 60. pag. 453. col. 2. §. Ricardio in Sacri Palatij*; atque *p. 3. cap. 2. de Inquiſitoribus in Vrbe, tit. 3. de Commiſſarijs Generalibus Sancti Officij, pag. mihi 146. col. p. §. In Lancij locum num. 19.*

ANNO 1642.

FR. Michael Zanardus Bergomenſis, 1642. Fr. Michael Zanardus.
Mediolanenſis Conuentus Sanctæ Mariæ Gratiarum filius, Vir cum litteris, tum charitate inſignis, Theologus, atque Canoniſta celebris, qui in Bononienſi Lyceo glorioſè munus tam Magiſtri Studentium, quàm Baccalaurei exercuit; & indefeſſo calamo poſteris eruditè ſcripſit.

Commentaria in Vniuerſam Ariſtotelis Logicam.

Commentaria in octo Libros Phyſicorum Ariſtotelis de Phyſico auditu.

Commentaria in Libros de Anima Ariſtotelis, &

Commentaria in 12. Libros Metaphyſicæ Ariſtotelis,

Item Commentaria, & Controuerſias in primam partem Summæ S. Thomæ Aquinatis.

Item librum, de triplici Vniuerſo.

Item Codicem, cui titulus Rethorica Eccleſiaſtica,

Item Summam Caſuum Conſcientiæ, quam, Directorium Theologorum nuncupauit.

Item librum, de Roſario Virginis Deiparæ,

Et

Et tandem Commentaria super Dauidicum Psalterium, quæ morte præuentus perficere nequiuit.

Quem celebrant Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ord. p. 2. lib. 4.*, Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, & Relationes Lombardiæ, apud Vincentium Riualium, *in Catalogo Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi 50. ad Annum 1642. lit. M. num. 169.*

1642. Fr. Adrianus Cardinalis. Claruit pariter in Prouincia Lombardiæ eodem anno millesimo sexcentesimo quadragesimo secundo, signanter in amplissima Vniuersitate Patauina Fr. Adrianus è Cardinalibus, Ianuensis. Verè magnus Theologus, Orator meritissimus, atque Ecclesiastes per excellens; qui incomparabili doctrina, atque facundia insignioribus Italiæ Ciuitatibus perlustratis, ex Prouinciali Terræ Sanctæ, Socioque Reuerendissimi Nicolai Rodulphij Magistri Generalis totius Ordinis Prædicator, ab Excellentissimo Senatu Veneto ad Diuinam Scripturam in Patauino Archigymnasio totius Italiæ exponendam conductus; tali, ac tanta facundia Diuinæ Scripturæ Cathedram illam illustrauit, vt quasi ad miraculum, ad tam eximium Virum audiendum, è varijs Italiæ Vrbibus Patauium homines conuenirent; qui inter cætera perspicacissimi ingenij Monumenta post se ad perpetuam memoriam reliquit,

Egregias Lectiones in librum Iudicum, omni eruditione refertas.

Item Opuscula alia varia super Diuinam, Sacramque Scripturam elaborata.

Item Volumen satis grande Orationum, atque Sermonum, auctoritatibus Sanctorum Patrum perlustratum.

Quæ scripta idem Senatus (tamquam pratiosas Sapientiæ gazas) in amplissima sui Bibliotheca recondi mandauit.

Ex Relationibus Lombardiæ, apud Vincentium Riualium, *in Catalogo Scriptorum Lombardiæ Prouinciæ manuscripto, pag. mihi 2. ad annum 1643. num. 43.*



ANNO 1643.

FR. Raphael Grilinzonus Bononiensis, vir eruditione clarus, Theologusque celebris, qui ex Inquisitore Bergomensi, factus Prouinciæ Illirici, atque Sarmatiæ Visitator Generalis, deinde Prouinciæ Sancti Petri Martyris Rector, atque Gubernator; tandem factus fuit Prior Bononiensis, & postmodum Prior Prouincialis Prouinciæ Lombardiæ; quam dum actu sanctissimè gubernaret Cremonæ vltimum vitæ suæ diem clausit; relictis post se plurimis ingenij, studij, atque laboris indicijs, scripserat enim. 1643. F. Raphael Grilinzonus.

Tractatum de Passione Domini,

Quamplures Meditationes, & alia Spiritus, ac deuotionis pia exercitia, ac

Tandem Praxim, siue modum procedendi in Causis Regularium.

Cuius meminit, ex Relationibus Prouinciæ Lombardiæ, *Conuentusque Bononiensis*, Vincentius Riualius, *in Catalogo Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 60. ad annum 1644. lit. R. num. 213.*

ANNO 1644.

FR. Ioannes Michael Plodius de Bononia, vir quoque, & ipse doctissimus, probatissimisque moribus dotatus, fuit vigilantissimus Prior Brixiensis, & inde in Capitulo Generali Vallisoletano pro Prouincia Lombardiæ Definitor Generalis, deinde totius Flandriæ Inquisitor Generalis, vix factus fuit, quod ab Vrbano VIII. Pontifice Maximo Mediolanensis fidei Censor aduersus hæreticam prauitatem denunciatus fuit: vbi Hæreticorum terror semper extitit, & licet ab eodem Vrbano Papa VIII. Apostolicis diplomatibus Prior Prouincialis Proinciæ Lombardiæ factus, Mediolanensis tamen Inquisitionis regimini semper præfuit. Fuitque eximius Doctor, clarus Orator, Poeta nobilis, Historiarum conscriptor, Prouinciæque Lombardiæ decor, & signanter in linea Historiarum scripsit. 1644. Fr. Ioannes Michael Plodius.

Bipartitum Historiarum Volumen de Viris Illustribus Ordinis Prædicatorum.

Item aliud Volumen de nobili prole in Italia

lia Sancti Patris nostri Dominici.

Tabulam, seù Catologum Romanorum Pontificum, atque Eminentissimorum Dominorum S. R. E. Cardinalium ex Ordine Prædicatorum assumptorum.

Tabulam alteram Amplissimorum Archiepiscoporum, atque Episcoporum è gremio nostri Ordinis assumptorum.

Tabulas alias tres Virorum Sanctorum, atque Sanctarum Virginum Ordinis nostri, qui gloriosè obierunt.

Tabulam item Magistrorum Generalium Ordinis nostri ab Ordine condito, ad eius vsque tempora existentium.

Vitam Venerabilis Viri Fr. Seraphini à Torecta, qui in Conuentu Bononiensi Anno 1614. gloriosè obijt.

Vitam, seù Gesta Sancti Guillemi Æquitaniæ Ducis, Etrusco Sermone conscriptam.

Librum integrum de Cœnobijs totius Ordinis Prædicatorum, quem tamen morte præuentus ipse author perficere non potuit.

Item Summam Casuum Conscientiæ, quam ex eodem motiuo absoluere, seu perficere nequiuit.

Et alia plura Opuscula ad Sacrum FF. Prædicatorum Ordinem attinentia, scitu dignissima.

Ex Alphonso Fernandez *in Concertatione Prædicatorum*, & Relationibus Lombardiæ, apud Vincentium Riualium de Bononia *in Catalogo illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi 43. ad Annum 1643. lit. I. num.* 148.

ANNO 1645.

1645. *F. Michael de Reggio.* FR. Michael de Reggio Lombardiæ vir doctrina, & vitæ integritate insignis, qui imbutus studijs Theologicis, initiatusque lectoratu, in concionibus habendis ad populum, & signanter in promouendo erga Virginem Deiparam Sanctissimi eius Rosarij cultum, se totum dedit, sicque non tam doctrinæ, quàm Fidei zelo, promouendique Sacratissimæ Virginis cultû clarissimus, Sanctissimi Rosarij, eiusque deuotionis prædicator eximius extitit. Vnde vt populos ad Dei cultum, Virginis sequelam, excitaret eruditissimè scripsit.

Instructionem, siue Praxim pro exoranda in Virginis Rosario Sanctissima Dei Genitrice.

Item Tractatum de Laudibus Virginis Deiparæ.

Item Conciones de Sanctis per totum annum summam pietatem redolentes.

Item Opusculum specialiter de diligendo Deum.

Ac tandem Libellum pro frequentanda fructuosè Sanctissima Communione.

Ex Relationibus Lombardiæ, apud Vincentium Riualium, *in Catalogo Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi 50. ad annum 1645. litt. M. num. mihi* 170.

Floruit similiter, hoc Anno millesimo sexcentesimo quadragesimo quinto in Prouincia Lombardiæ signanter in Conuentu Sarzanensi Fr. Philippus de Hortonouo Lunesis Diœcesis in Tuscia; modo cum Sarzanensi Ecclesia vnitæ. Vir non vulgariter doctus, qui Sacras Litteras multis annis docuit cum laude, ac Discipulorum profectu; Illustrauitq; Religionem doctrina, & insigniores Germaniæ bliothecas euoluit, & inde insignes nostri Ordinis Prædicatorum proprijs scriptis studuit commendare, scripsit itaque. 1645. *F. Philippus de Hortonouo.*

Catalogum Illustrium Virorum Ordinis nostri.

Cuius meminit Ioannes Michael Plodius, *in sui manuscriptis*, atque Relationes Lombardiæ, apud Vincentium Riualium, *in Catalogo Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi 58. ad annum 1645. lit. B. num.* 205.

ANNO 1646.

FR. Sigismundus de Ferrarijs Vigleuanensis Lombardus, Theologus, ac Doctor longè eruditus, vir tam zelo animarum, quàm probatissima vita, & grauitate doctrinæ clarissimus, qui primo à Reuerendissimo Nicolao Rodulphio Vicarius Generalis Ordinis in Pannonia datus, deinde à Reuerendissimo Thoma Turco in eodem Vicariatu confirmatus, qua occasione euidentissima in sui præcellentis ingenij testimonia breuissimo tempore; præclarissimas lucubrationes prælo mandandas purgatissimo calamo posteritati reliquit, fertur ita- 1646. *F. Sigismũdus de Ferrarijs.*

itaque tam eximium virum scripsisse.

Super Vniuersam D. Thomæ Aquinatis Angelicam Summam.

Opusculum aduersus errores Lutheranorum.

Opusculum alterum aduersas Caluini errores.

Item Correctorium Poematis, super Vniuersam Summam Sancti Thomæ, Viennæ Austriæ impressum, &

Historias Ordinis Prædicatorum pro Prouincia Pannoniæ: cum titulo de Rebus Hungaricis, Viennæ impressas.

Verum Author huius Bibliothecæ ex relatis Operibus tam eximij Scriptoris non inspexit nisi hæc tria postrema Volumina Viennæ Austriæ impressa.

Ex Relationibus *Lombardiæ*, *Germaniæ*, & signanter ex Conuentu *Viennensi Austriæ*, atque *Sabaudiæ in Pannonia.*

ANNO 1647.

1647. *Fr. Hieronymus Gaticus.* FR. Hieronymus Gaticus Mediolanensis, Conuentus Sanctæ Mariæ Gratiarum de Mediolano alumnus, Vir liberalium artium disciplinis, pietate, doctrina, prudentia, animique moderatione pluribus anteferendus, qui salutis pariter animarum cupidus, solido satis calamo, concisoque stylo posterati scripsit.

De Ecclesiastica Immunitate volumina duo.

Moralem Cathechismum, Viris animarum curam habentibus, valde proficuum.

Discursus prædicabiles in alia duo volumina distributos eruditione refertos.

Codicem de Rosario Gloriosissimæ Virginis Deiparæ.

Tractatum de Censuris.

Et alia plura Opuscula, quæ Typis impressa; atque excussa Mediolani habentur.

Obijt Mediolani in Conuentu Sanctæ Mariæ Gratiarum sub Pontificatu Innocentij Papæ X. Anno 1647. ex Relationibus *Lombardiæ*, apud Vincentium Riualium, *in Catalogo Scriptorum Lombardiæ Prouinciæ manuscripto, pag. mihi 32. ad annum 1647. lit. H. num. 135.*

Viuebat quoque in Prouincia Lombardiæ eodem Anno millesimo sexcentesimo quadragesimo septimo Fr. Innocentius de Lauda Lombardus, Vir tam in speculatiua Theologia, quàm etiam in practica resolutus, & clarus, in Sacris Scripturis explicandis valde exercitatus, qui olim in Studio Bononiensi, Magistri Studentium munus exercuit, qui pariter ingenij sui euidentissima indicia posteritati reliquit. 1647. *Fr. Innocentius de Lauda.*

Eruditos discursus in Septem Psalmos Pænitentiales.

Sermones de Aduentu Domini.

Sermones de Sanctis per totum annum.

Conciones Quadragesimales valde eruditas, nec non

Volumen speciale, de Laudibus Virginis Sanctissimæ, nundum Typis excussum.

Ex Relationibus *Lombardiæ*, è Conuentu *Laudensi* prouenientibus, apud Vincentium Riualium, *in Catalogo Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 33. ad annum 1647. lit. I. num. 142.*

ANNO 1648.

FR. Paulus Zocca de Sauona Ligur, Mediolanensis Conuentus Sanctæ Mariæ Gratiarum alumnus, Vir doctissimus, & signanter Philosophus, atque Theologus profundissimus, qui in Bononiensi Studio Generali omnium applausu Magistri Studentium primò, deinde Baccalaurei, ac tandem Regentis Cathedræ Sancti Thomæ, munus exercuit, qui similiter firmissimo, eruditissimoque calamo scripsit doctas, ac claras Lucubrationes. 1648. *Fr. Paulus Zocca.*

In Vniuersam Aristotelis Logicam.

In Physicam eiusdem.

In Libros de Anima.

In Metaphysicam.

Item diuersas Controuersias in primam partem Sancti Thomæ, nec non

Et varias Controuersias in tertiam partem Summæ eiusdem Doctoris Angelici.

Atque alia plura Opuscula digna.

Obijt Mediolani in Conuentu Sanctæ Mariæ Gratiarum Anno 1648. ex Relationibus *Lombardiæ*; & apud Vincentium Riualium, *in Catalogo Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ pag. mihi 54. ad annum 1648. lit. P. num. 187. §. Paulus de Sauona Ligur.*

Flo-

1648. Fr. Io: Thomas Gastaldus. Floruit quoque nomine Prouinciæ Lombardiæ hoc Anno millesimo sexcentesimo quadragesimo octauo in Ciuitate Sigestri in Liguria ad Orientalem plagam eximius vir Fr. Ioannes Thomas Gastaldus de Alassio Ligur, Episcopus Brugnatensis, acri ingenio dotatus, & præditus pietate, qui in Bononiensi Studio gratiosè per triennium Regentis munus Summam Sancti Thomæ explicando rexit, quapropter, & Prior Bononiensis fuit electus; qui postea ab Innocentio X. Pontifice Maximo creatus Episcopus Brugnatensis anno millesimo sexcentesimo quinquagesimo secundo; inter cætera præclarissima scripta, in lucem edidit.

Volumina quatuor, de Potestate Angelorum, Romæ Typis impressa.

Reliqua autem eius scripta, nondum Typis fuere missa, & sunt

Doctissima Commentaria in Summam Sancti Thomæ Aquinatis.

Tractatus de Præscientia, atque Prædestinatione.

Tractatus, de Diuinis Auxilijs.

Tractatus, de Peccato Originali.

Tractatus, de Censuris Ecclesiasticis, atque

Tractatus, de Iurisdictione.

Qui præfati Tractatus in Conuentu Sigestrino seruantur.

Cuius meminit Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. p. cap. 5. de Episcopis tit. 107. pag. mihi 147. col. 1. num. 4. §. P. F. Thomas Castaldus de Alassio*, ex Ferdinando Vghello *Tom. 8. in Appendice Italiæ Sacræ.*

ANNO 1649.

1649. Fr. Angelus Maria de Ceriana. FR. Angelus Maria Laurus de Ceriana Albiganensis Diœcesis Ligur, Conuentus Tabiensis Prouinciæ Lombardiæ alumnus. Vir à Theologica doctrina, atque à prædicandæ Euangelicæ veritatis gratia commendandus, qui illustrioribus Prouinciæ Vrbibus sancta prædicatione, maximo cum animarum fructu illustratis, scripsit varia, eruditissimaque opuscula, inter cætera autem.

De Indulgentijs.

De Sacramentali Confessione.

De Vocali, atque Mentali Oratione.

De modo Prædicandi.

De Saluberrimo modo orandi per Rosarium Virginis Sacratissimæ.

Item Sermones Quadragesimales.

Sermones de Sanctis per Annum.

Sermones de Tempore.

Atque Sermones pro Solemnitatibus Beatissimæ Virginis Mariæ.

Quæ Opera in Conuentu Tabiensi seruantur.

Ex Relationibus *Lombardiæ*, nec non Liguriæ, apud Vincentium Riualium, *in Catalogo Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 6. ad annum 1649. lit. A. num. 22. §. Angelus Maria de Ceriana.*

In obitu hoc eodem anno millesimo sexcentesimo quadragesimo nono, Reuerendissimi Patris Fr. Thomæ Turci Cremonensis Magistri Generalis totius Ordinis Prædicatorum in alma Vrbe, cecidit corona, è capite Prouinciæ Lombardiæ, dum in iactura tam eximij Viri, qui gloriosissimam in litteraria Palestra apud omnes Nationes illam reddebat Lombardiæ Prouincia suum amisit splendorem: Quamobrem perennis, atque immortalis apud posteros in memoria æterna erit, tam celeberrimi viri commemoratio, qui ob eximiam sui doctrinam, in docendo claritatem, atque in dicendo, seù decidendo facundiam, non solum in Bononiensi Studio Generali, quando ter Sancti Thomæ Aquinatis Cathedram primam Theologalem rexit; sed etiam eadem facundia, Sanctorum PP. atque Conciliorum authoritatum copia in difficillimis Tractatibus, atque Materi,s diuidendo, in Belgio, in Gallia, atque Hispania, sic primarios Cathedraticos, sui doctrina attraxerit, vt ob admirationis excessum, de eo dictum fuerit. Numquam sic loquutus est homo. Scripsit itaque Sapientissimus, atque facundissimus iste vir, vti eius manuscripta per diuersas Prouinciæ Lombardiæ partes vulgata testantur iuxtà mentem Sancti Thomæ, atque Eminentissimi Caietani. 1649. F. Thomas Turcus.

De Sacra Doctrina.

De Dei Existentia.

De Diuina Visione.

De Diuinis Nominibus.

De Præscientia Dei, atque Diuina Prædestinatione.

De Sanctissimæ Trinitatis Mysterio.

De Angelis, eorumdem natura, atque dignitate.

De

De Vitijs, atque Virtutibus.
De Diuina Gratia, atque Diuinis Auxilijs.
De Ineffabilis Incarnationis Dominicæ Mysterio.
De Scientia Animæ Christi.
De Sacramentis Ecclesiæ.
De Censuris, atque
De Pœnitentia, eiusque Partibus.
Nec non Opusculum de Conceptione, atque
Lecturas super Metaphysicam in Vniuersitate Patauina ab ipso habitas.

Ex Relationibus *Lombardiæ*, signanter è *Cremonensi* Conuentu, atque *Bononiensi*, simul, ac *Patauino* habitis respectiuè.

ANNO 1650.

1650. *F. Franciscus Maria Blancus.* FR. Franciscus Maria Blancus de Garexio Pedemontanus, Vir doctrina, & Religione spectabilis, Prouinciæ Lombardiæ alumnus, qui expletis laudabiliter Lecturis, Taurinensis primò aduersus hæreticam prauitatem Apostolicus Inquisitor factus, deinde Inquisitor Salutiensis denunciatus, erga Virginis Deiparæ famulatum per saluberrimum eius Rosarium promouendum, totum adeo, se dedit, vt breuissimo tempore per cæteras Pedemontis Ciuitates huiusmodi Sacratissimi Rosarij pia Deuotio apud populorum maximum incrementum assumpserit; ad quem Virginis cultum corroborandum præfatus egregius Doctor scripsit.

Opusculum de Sanctissimi Rosarij Virginis Deuotione.
Aliud de Indulgentijs eiusdem.
Et aliud Opusculum de modo contemplandi diuina ipsius Mysteria.
Nec non Tractatum de Laudibus Virginis Deiparæ.

Cuius meminit Vincentius Riualius, *in Catalogo Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 25 ad annum 1650. lit. F. num. 105.*, & Relationes *Lombardiæ*, nec non *Pedemontis*.

ANNO 1651.

1651. *Fr. Vincentius Preti.* FR. Vincentius Preti de Serauallo Dertonensis Diæcesis, Conuentus Papiensis, ac perinde Prouinciæ Lombardiæ alumnus, qui applicatus litteris, Sacroque Theologiæ studio, adeo in eo profecit; vt expletis in principalioribus Prouinciæ Lombardiæ Conuentibus Lecturis, in Studio Bononiensi Generali, primo à superioribus Ordinis ad Sacrorum Canonum Lecturam sustinendam, deinde ad moderandam supremam Sancti Thomæ Cathedram meritò promotus fuerit, & ob singularem sui doctrinam ab Apostolica Sede primò Inquisitor Generalis Cremonensis, deinde Bononiensis, ac postmodum in alma Vrbe Sanctæ, ac Romanæ Vniuersalis Inquisitionis Commissarius Generalis ab Alexandro Papa VII. creatus fuerit, qui & in suæ perspicacitatis testimonium, iuxtà mentem Sancti Thomæ Aquinatis, Bononiæ dictauerat.

Opusculum, de Nominum Analogia.
Opusculum, de materia prima.
Opusculum, de Principio indiuiduationis.
Hæc in Philosophicis.
In Theologicis autem dictauit.
Tractatum de Prædestinatione, atque Præscientia.
Tractatum de materia, atque Peccato Angelorum.
Tractatum de Legibus.
Tractatum, de Diuinis auxilijs.
Tractatum, de Ecclesiasticis Censuris.
Atque Tractatum de Gratia Christi Domini.

Quæ omnia Bononiæ dictauit, ex Relatione habita Romæ Anno 1664. in Ædibus Sancti Officij de Vrbe.

Cuius eximij Doctoris meminit, Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. 3. cap. 2. de Inquisitoribus in Vrbe. tit. 3. de Commissarijs Generalibus Sancti Officij. pag. mihi 546. col. 2. num. 21. §. Defuncto Ioanne Baptista.*

ANNO 1652.

FR. Bernardus è Ponzano Lunensis, siuè Sarzanensis Diæcesis, Conuentus Sarzanensis Prouinciæ Lombardiæ filius, ingenio, doctrina, atque pietate clarus, qui in nostram Religionem admissus, in ea humanioribus, Sacrisque Litteris, non minus, quam in Religione, erga Virginem Deiparam profecit; quapropter, vt deuotionem Genitricis Dei Mariæ (in cuius manibus, spes nostra, & Salus) in populis promoueret, composuit librum atque edidit in lucem. 1652. *Fr. Bernardus de Pōzano.*

De

De Rosario Beatissimæ Virginis Genitricis Dei Mariæ; Serenissimæ Principissæ Ispruchensi dicatum.

Item Opusculum de Laudibus eiusdem Virginis Deiparæ manuscriptum.

Item Sermones prædicabiles de Sanctis per totum annum.

Et alia plura Opuscula, quæ in Conuentu Sarzanensi seruantur.

De quo Scriptore commemorationem facit Vincentius Riualius, *in Catalogo Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto. pag. mihi 17. ad Annum 1649. lit. B. num. 67. §. Bernardus è Ponzano;* & ex Relationibus *Lombardiæ.*

ANNO 1653.

1653. *F. Reymundus Cassina.* FR. Raymundus Cassina è Morbinio Vallis Tarrinæ Comensis Diæcesis, Vir grauis, ac pius, doctrina, atque religione spectabilis; profundus Theologus, celebris Canonista, atque eximius Euangelicæ veritatis concionator, qui suæ perspicacitatis indubitatum dedit testimonium, ac satis erudito calamo in lucem edidit.

Tractatum de Officio; & potestate Præfecti Regularis Ecclesiæ, valde elaboratum.

Item Summam Casuum Conscientiæ; nec non

Tractatum de Iurisdictione Prælati Regularis in eius Subditos.

Aliaque plura Opuscula pro Regularibus, quorum tamen notitia, ad Authorem huius Operis nondum peruenit.

Cuius meminit Vincentius Riualius, *in Catalogo Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 59. ad annum 1653. lit. R. num. 209. §. Raymundus Cassina, è Morbinio.* ex *Relat. Lombardiæ.*

ANNO 1654.

1654. *Fr. Io: Paulus de Maro.* FR. Ioannes Paulus dal Maro, siue de Maro Ligur, Sauonensis Cœnobij alumnus, Vir pius, satisque doctus, ac Concionator celebris, signanter in ijs, quæ Virginis Deiparæ cultum in eius Sacratissimo Rosario concernunt, qua occasione vt hanc nunquam satis laudatam de Psalterio Virginis Deiparæ deuotionem, in populis magis, ac magis promoueret; de mandato speciali sibi facto à Reuerendissimo Fr. Thoma Turco tunc temporis, hoc est de anno millesimo sexcentesimo quadragesimo quinto, compilauit, Typisque in lucem edidit.

Librum de Rosario Beatissimæ Virginis Mariæ, Italico Idiomate conscriptum, cui titulus Gioiello del Santissimo Rosario, Cremæ impressum.

Item Conciones de Tempore, atque de Sanctis per totum annum nondum impressas.

Atque Libellum notabilium pro Laudibus Virginis celebrandis manuscriptum.

Quem Scriptorem citat, & Vincentius Riualius *in Catalogo Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ pag. mihi 45. ad Annum 1649. lit. I. num. 150. §. Ioannes Paulus dè Maro,* ex *Relat. Lombardiæ.*

ANNO 1655.

1655. *Fr. Ludouicus Bona.* FR. Ludouicus Bona Venetus, Prouinciæ Lombardiæ Conuentus Sancti Dominici de Castello Venetiarum alumnus, Vir doctus, humanarum litterarum peritus, non minus, ac diuinarum Scripturarum studiosus; qui ad oratoriam cum se applicuisset Sacram, in ea summa cum laude profecit, vnde & insigniores Prouinciæ Lombardiæ Ecclesias eruditissimis concionibus illustrauit, qui & ab Apostolica Sede primò Bergomensis aduersus hæreticam prauitatem, deinde Vicentinus Generalis Inquisitor creatus fuit. Scripsit elegantissimo calamo plura vndequaque digna.

Volumen Discursuum Panegiricorum pro laudibus omnium Sanctorum Ordinis Prædicatorum celebrandis, valde eruditum Venetijs Typis excussum.

Item aliud Volumen Concionum de Tempore per totum annum.

Item aliud Volumen Concionum Quadragesimalium.

Atque Codicem Concionum de Sanctis per totum annum.

Ita ex Relationibus *Lombardiæ*, signanter ex prouenientibus è Conuentu S. Dominici Venetiarum.

AN-

ANNO 1656.

1656. F. Hyacinthus Maria Baiardus.

FR. Hyacinthus Maria Baiardi de Garbagna Derthonensis Diœcesis, Vir ingenij, & doctrinæ ornamentis decoratus, qui summam Doctrinæ Angelicæ Sancti Thomæ Aquinatis, ex deuotione illustraturus, cum in Bergomensi Conuentu actu esset Tribunalis Sancti Officij Vicarius Generalis, ad instar Afforismorum Hyppocratis, atque Galeni; pro curatione animarum, nonnullos articulos Summæ Angelicæ Diui Thomæ Aquinatis, ad formam spiritualium afforismorum miro ordine in vno grandi Volumine disposuit, cui titulus.

Spiritualis Officina Moralium Afforismorum, ex Hyppocratis, & Galeni corporali medicina ad spiritualem animarum salutem constructa. Bergomi impressa.

Ex Relationibus *Prouinciæ Lombardiæ*, & specialiter prouenientibus è *Conuentu Bergomensi*, vbi præfatum volumen Typis impressum seruatur.

ANNO 1657.

1657. F. Ludouicus Maria Calchi.

FR. Ludouicus Maria Calchi de Mediolano, Conuentus Sanctæ Mariæ Gratiarum Mediolanensis alumnus, Vir auito genere nobilis, ingenio solers, doctrina clarus, iudicio solidus, ac propositi prudenter admissi tenacissimus, qui cum in Scholastica Theologia, Iureque Pontificio esset egregiè versatus, pluribus in Cathedris Prouinciæ Lombardiæ sibi nomen viri præstantissimi vindicauit. Vnde in Comitijs Generalibus Valentiæ sub Reuerendissimo Patre Magistro Generali Fr. Thoma Turco 1647. celebratis pro Prouincia Lombardiæ diffiniuit, & deinde in Studio Generali Bononiensi primam S. Thomæ Aquinatis Cathedram rexit, & postmodum ab Apostolica Sede aduersus hæreticam prauitatem, Comi Inquisitor Generalis Apostolicus denunciatus fuit, & in sufficientiæ litterarum euidentiam præclarissimas lucubrationes, scripsit, ac specialiter.

Varia Volumina manuscripta, super Summam S. Thomæ Aquinatis.

Aliud Volumen super Ius Canonicum, in quo erat valde versatus.

Atque aliud Volumen manuscriptum; super Tractatum, siue Opusculum S.Thomæ de Ente, & Essentia.

Tam eximij Scriptoris meminit Augustinus Castellus *in Fasciculo Florum, Serto 6.de Elogijs funebribus pag. mihi 94.* & Relationes *Lombardiæ*, ex Conuentu Mediolanensi, atque Nouocomensi prouenientes.

ANNO 1658.

FR. Mauritius de Gregorio Siculus, Conuentus Neapolitani Sanctæ Catharinæ apud Formellum Prouinciæ Lombardiæ alumnus, vir præcellentis ingenij, ac litteris celeberrimus, qui cum esset Theologus Illustrissimi, & Reuerendissimi D. Oratij Aquauiua de Aragonia Caiacensis Episcopi, posteritati suæ doctrinæ indubitata reliquit plurima indicia; scripsit itaque inter præclara sui opera. 1658. Fr. Mauritius de Gregorio.

Egregia Commentaria in quatuor Libros sententiarum.

Expositionem Paraphrasticam omnium Bullarum.

Afforismos, siue Summam omnium Conciliorum.

Item Summam omnium Apostolicarum Constitutionum.

Praxim per vtilem pro Officialibus Tribunalis Sanctissimæ Inquisitionis.

Item praxim in Libros prohibitos, atque Hæreticorum.

Confessionale Catholicorum Doctorum, Sermone Italico conscriptum.

Opusculum, cui titulus Viridarium omnium scientiarum.

Item Canones Sacrosancti Concilij Tridentini, cum notis Veteris, ac noui Testamenti.

Item Rosarium cuiuscumque Regionis, vna cum centum quinquaginta pijs contemplationibus adiunctis.

Et alia plura Opuscula tanto Viro digna.

Quæ omnia Typis impressa in Bibliotheca Conuentus Sanctæ Catharinæ apud Formellum Neapolis seruantur. Ex Relationibus *Prouinciæ Lombardiæ* è Conuentu *Neapolitano præfato* prouenientibus.

ANNO 1659.

1659. Fr. Vincentius Maria Cimarellus.

FR. Vincentius Maria Cimarellus Calliensis ex Vmbria, Conuentus Calliensis Prouinciæ Lombardiæ alu-

alumnus, Primus Inquisitor Eugubinus in Vmbria, deinde Mantuanus, postea Cremensis, ac tandem Inquisitor Generalis Apostolicus in Ciuitate Brixiensi, vir doctrina, pietate, ac religione insignis, qui composuit.

Volumen satis grande Historiarum Senonum, siue Senonorum.

Item aliud Volumen in Quarto, cui titulus. Resolutiones Philosophicæ, ac Morales.

Qui obijt Brixiæ anno millesimo sexcentesimo sexagesimo, ex Relationibus *Lombardiæ* è Conuentu *Brixiensi*, atque *Calliensi* prouenientibus.

ANNO 1660.

1660. *Fr. Ioannes Baptista Spadius.* FR. Ioannes Baptista Spadius è Florentiola, Placentinæ Diœcesis Lombardus, Conuentus Sancti Ioannis in Canalibus Placentini filius, vir egregius, Rethor, ac Poeta perexcellens, historicus tam in profanis materiebus, quam Ecclesiasticis annalibus, quemadmodum & in moralibus versatissimus, qui ex Diffinitore Generali pro Prouincia Lombardiæ in capitulo Generali Romano Anni 1644. ad hæc vsq; tempora scripsit solido& elegantissimocalamo.

Libros duos eruditissimis carminibus, Vitam continentes Sancti Raymundi Confessoris Ordinis Prædicatorum descriptam.

Item Præcationem ad eundem Diuum Raymundum, pro Catholico Rege Hispaniarum.

Item Carmen eruditissimum ad Franciscum Pegnam Sacræ Rotæ Auditorem.

Item Idilium in translatione Corporis Diui Dominici, à veteri in nouum Sacellum.

Item decem Opera ad Ducem de Lerma.

Elogium in nuptijs Iacobi Auresij, & Franciscæ Spinulæ.

Epitalamium in Nuptijs Cosmi Magni Ducis Etruriæ.

Elogium Eridanum nuncupatum de Alphonso Principe Estense.

Carmē ad Aloysiū Principem Estensem.

Lusum in Auspicijs Accademiæ Animosorum Cremonæ.

Carmen de Cæsare Primogenito Alphonsi Principis Estensis.

Elogium Matris dictum de Francisco Castri Comite.

Libros tres de Carolo Cardinali Comite.

De Bello Monferratensi, Prosopopeiam Italiæ dictam.

Poematicum de Alexandro Odoardo, & Horatio Principibus Parmæ.

Elogium Alexis dictum in Nuptijs Iulij Stanghi, & Aureliæ Trechæ.

Orationem Dominicam.

Salutationem Angelicam, &

Symbolum Apostolorum.

Epitaphium Petri à Porta Placentini.

Carmina in assumptione Gregorij Papæ XV.

Carmina in assumptione Vrbani Pp. VIII.

Viridarium Epithectorum Poeticorum, de varijs multorum Authorum Carminibus summo labore elucubratum, Bononiæ Typis impræssum.

Et alia quamplura.

Cuius meminit Vincentius Riualius Bononiensis, *in Catalogo Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi* 41. *ad annum* 1649. *lit. I. num.* 143. §. *Ioannes Baptista Spadius*. Ioannes Michael Plodius, *lib.* 4. *p.* 2. *de Viris Illustr. Ordinis* Alphonsus Fernandez, *in concertatione Prædicatorum ad Annum* 1649. & Relationes *Lombardiæ*.

1660. *F. Archangelus Flori.* Eodem anno floruit Fr. Archangelus Flori de Auximo huius nostrę Prouincię, Vir eximia pietate, ac Sac eruditione prę ditus, prout egregia eius scripta testari possunt. Nobis enim, ac posteris reliquit.

Tria Volumina in materia Theologica Mistica de Doctrina Cordis, quæ manuscripta in Conuentu Auximensi seruantur.

Ex Relationibus *Lombardiæ*, & præcipuè supradicti Conuentus Auximen.

ANNO 1661.

1661. *Fr. Ioannes Baptista Briantes.* FR. Ioannes Baptista Prianti Veronensis, Conuentus Sanctæ Anastasiæ Veronæ alumnus; vir pruden tia præditus, pietate, religione, atque doctrina dotatus, qui in Ecclesiasticis Historijs, & signanter in euoluendis Annalibus Ordinis laboriosus, nec non asiduus, vt otio perpetuum indiceret bellum, pijssimo calamo, non sine singulari attentione sub breuissima forma, pro populorum commodo in specialitate Ciuitatis Veronensis dissertissimè Diui Petri Martyris compendiauit vitam; scripsit itaque.

Vitam Sancti Petri Martyris Veronensis Ordi-

Ordinis Prædicatorum, miroque Ordine in Summario descripsit.
Item Horam pro Confratribus de Rosarij Societate, perpetuam elegantissima forma expressit.

Ex Chronico Conuentus Veronensis Ioannis Mariæ Pelegrini manuscripto, exque Relatione *Lombardiæ Prouinciæ.*

ANNO 1662.

1662. *F. Clemens Serraualle.* FR. Clemens Serraualle Genuensis, Conuentus Sanctæ Mariæ de Castello Genuæ, Prouinciæ Lombardiæ alumnus, excelluit ingenij acrimonia, & memoria, vnde vniuersam Sacram Scripturam ferè præ oculis habebat, & Summæ Angelici Doctoris Sancti Thomæ Aquinatis, quidquid legerat, firmissimè retinebat. Et quia Mathematicis, atque Astronomicis disciplinis plurimum delectabatur, exceptis ijs, quæ ad Iudiciariam Astrologiam attinent; quàm plura posteritati reliquit de eisdem Mathematicis, atque Astrologicis Disciplinis scripta, signanter.

Super Euclidem.
Super Ioannem Iucundum.
Super Arguli Ephemerides.
Super Spheram Piccolomini, nec non
Super Ticonem.
Et alia plura Opuscula in Mathematica, & Astrologia, non Iudiciaria; Quæ in Conuentu Sanctæ Mariæ de Castello Ianuensi adhuc seruari dicuntur.

Cuius meminit Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 19. ad annum 1664. lit. C. num.* 78. §. *Clemens Serraualle*, ex Relationibus *Lombardiæ*, ex Conuentu *Sanctæ Mariæ de Castello Genuensi*, prouenientibus.

ANNO 1663.

1663. *Fr. Iacobus Zacchia.* FR. Iacobus Zacchia Sarzanensis, siuè vt alij volunt Sarzanatensis Ligur Conuentus Sanctæ Anastasiæ de Verona Prouinciæ Lombardiæ alumnus, Peripateticus, ac Theologus eminens, tam in morali, quàm in speculatiua siuè scholastica, vnico verbo in Philosophicis disciplinis, atque Theologicis, Astrologicis, atq; Aritmeticis, vir doctus, & concionator egregius, qui postquam principaliores Italiæ Vrbes Diuini Verbi prædicatione illustrasset ab Excellentissimo Senatu Veneto ad moderandam in Vniuersitate Patauina Sacræ Scripturæ Cathedram delectus fuit, qua occasione illo in publico Archigymnasio ex Sanctorum Patrum, reconditarum Historiarum, nec non authoritatum Conciliorum copia, docendo, discurrendo, atque decidendo, incomparabilem sapientiam, atque memoriæ felicitatem ostendit, & elegantissimo calamo compilauit.

Discursus Panegiricos de Sanctis per totum annum.
Discursus quamplures funebres.
Conciones Quadragesimales.
Conciones per annum, nec non.
Fragmenta recondita Lectionum super Sacram Scripturam in Vniuersitate Patauina magno nobilium concursu pro tempore ab ipso habitarum. Omnia tamen sunt manuscripta, & fere inintelligibilia.

Ex Relationibus *Lombardiæ*, ex Conuentu tam *Patauino*, quàm *Veronensi*, vbi respectiuè dum viueret, morabatur, prouenientibus.

ANNO 1664.

FR. Dominicus à Turre Ianuensis Conuentus Sancti Dominici Genuæ filius, Sacræ Theologiæ magister, in Sacris, atque Diuinis Scripturis versatus, non minus ac in Scholasticis, ac Moralibus, qui in Prouincia Lombardiæ, & signanter in originali sui Conuentu, & præfuit, & docuit, expletisque Lecturis, Theologus pariter Eminentissimi, ac Reuerendissimi Domini Cardinalis Donghi Episcopi Ferrariensis declaratus scripsit accuratè. 1664. *Fr. Dominicus à Turre.*

Discursus Panegiricos pro Solemnijs Sanctorum Ordinis Prædicatorum Ferrariæ impræssos.
Tractatum de Censuris Ecclesiasticis, manuscriptum, atque
Tractatum de Immunitate Ecclesiastica, pariter manuscriptum,

Ex Relationibus *Lombardiæ*, & in specialitate ex Conuentu *Ferrariensi* primo, ex Conuentu *Genuensi S. Dominici*, habitis.

ANNO 1665.

1665. F. Michael Angelus Nannius.

FR. Michael Angelus Nannius de Callio in Vmbria Calliensis Conuentus Alumnus, Religionis lacte nutritus, Studio Sacrarum Scripturarum Sacræque Theologiæ, tam Scholasticæ, quàm moralis, adeo se dedit, vt breuissimè in Scholis didicerit, atque docuerit, Magisterque doctissimus in Theologia euaserit, & inter alia pietatis, ac sapientiæ suæ clarissima monumenta, acuratè edidit.

Vitam Diui Dominici, Romæ Typis excussam, omni eruditione refertam.

Item Librum de Rosario Beatissimæ Virginis Mariæ, cuius Deuotionem Romæ summopere promouebat.

Item Librum alterum de Laudibus Virginis Deiparæ manuscriptum.

Et alia plura Opuscula valde pia.

Ex Relationibus *Lombardiæ*, nec non ex Marchesio, *in Diario Sacro Dominicano, ex Relationibus ab ipso habitis.*

ANNO 1666.

1666. F. Consaluus Gritius.

FR. Consaluus Gritius Æsinus Picenus Anconitani Conuentus alumnus, Bononiæ sub Reuerendissimo Fr. Thoma Turco Philosophiæ, ac Theologiæ operam dedit. Lector institutus ab ipso, nec non Lecturis suis insignioribus Prouinciæ Lombardiæ Conuentibus perlustratis, Censor Fidei factus, ex officio summa cum laude Sanctissimæ Inquisitionis Tribunal aduersus hæreticam prauitatem, Placentiæ, Cremonæ, atque Mediolani administrauit, quapropter ab Alexandro Papa VII. Romam vocatus, Vniuersalis Inquisitionis Romæ Commissarius Generalis creatus est. Quo in munere relictis litteris politioribus, quibus egregiè fuerat perantea delectatus, totum se S. Officij causis applicauit, qua ocasione inter suæ doctrinæ monumenta composuit, posterisque reliquit.

Libellum nonnullorum notabilium, pro Causis Sancti Officij Cognoscendis.

Cuius meminit Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. 3. cap. 2. de Inquisitoribus in Vrbe Tit. 3. de Commissarijs Generalibus, pag. mihi 546. col. 2. num. 22. §. P. F. Consaluus Gritius Æsinus*, & Relationes *Lombardiæ*.

ANNO 1667.

FR. Lactantius Guarinonus de Morbinio Vallis Turrinæ Prouinciæ Lombardiæ, Morbiniensis Conuentus alumnus, Vir prudens, pijssimus, ac doctus, atque Sacrosancti Euangelij ardens prædicator, qui inter cætera sui merita, non parum scriptis Sacrum FF. Prædicatorum Ordinem in illis partibus apud Fideles illustrauit, scripsit itaque Italico sermone. 1667. F. Lactantius Guarinonus.

Vitam Sanctissimi nostri Patris Dominici.

Vitam Beati Andreæ de Pescheria Ordinis nostri.

Beneficia à Catholicis in Valle Turrinæ ob deuotionem Imaginis Beatissimi P. Dominici in Soriano recepta.

Librum Miraculorum Sanctissimi Rosarij Virginis Deiparæ.

Et alia quædam ad Ordinis nostri Historiam attinentia.

Cuius Scriptoris Commemorationem facit Vincentius Riualius, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 46. ad annum 1649. lit. L. num. 156. ex Relationibus Lombardiæ.*

ANNO 1668.

FR. Gregorius Pinelli de Catanzano Calaber, Neapolitani Conuentus Sanctæ Catharinæ apud Formellum Prouinciæ Lombardiæ filius, vir quoque doctus, & variarum scientiarum eruditione conspicuus, qui posteris sui acuminis sequentia dedit indicia. In lucem siquidem edidit. 1668. Fr. Gregorius Pinelli.

Opusculum, Politica Christiana, inscriptum. Alexandro Papa VII. dicatum, &

Opusculum aliud, de Sanitate tuenda. Eidem Beatissimo Alexandro Papæ VII. dicatum, Neapoli impressum.

Hæc de visu; dum Author huius Operis Romæ esset, exque Relationibus *Neapolitani Conuentus apud Formellum.*

AN-

ANNO 1669.

1669. Fr. Vincentius Maria Riualius. FR. Vincentius Maria Riualius de Bononia Sacra, & humana doctrina illustris, Historiarumque lectura valdè celebris, qui laudabiliter in Cremonensi, atque Bononiensi insignioribus Prouinciæ Lombardiæ Conuentibus expletis lecturis, ab Apostolica Sede ad regendum aduersus hæreticam prauitatem SS. Inquisitionis Tribunal electus; illud imperterito animo Bergomi, Brixiæ; atque Placentiæ, summa cum Apostolicæ Sedis gloria rexit; & ingenij sui posteritati nonnulla monumenta reliquit; signanter inter alia.

Scripta de Nominum Analogia.
Scripta de Principio Indiuiduationis.
Scripta de Transcendentibus, nec non Catalogum Illustrium Virorum Prouinciæ Lombardiæ, Iussu Reuerendissimi Magistri Fratris Thomæ Turci Generalis Ordinis compilatum; sed nondum perfectum, manuscriptum, apud Authorem huius Operis vsque ad litteram T. inclusiuè, existentem.

Ex Relationibus *Lombardiæ*, & specialiter Bononiensis Conuentus, à quo plura Author accepit; dum ibi esset de Familia.

1669. Fr. Iacobus Philippus Polinus. Claruit pariter eodem anno millesimo sexcentesimo sexagesimo nono in Prouincia Lombardiæ, & signanter in Conuentu Bononiensi Frater Iacobus Philippus Polinus de Brixia, Vir magni nominis, vtpote qui eruditione, morum integritate, obseruantiæque regularis incremento celebris, nedum in Generali Studio Bononiensi Sancti Thomæ Aquinatis Theologalem Cathedram in munere Baccalaurei, atque Regentis apud nostros in Conuentu; sed & in publica Bononiensi Vniuersitate per plures annos conductus gloriosè vsque ad sui obitum rexit. Extitque Prouinciæ Lombardiæ Prior Prouincialis, & vt sui acuminis posteritati monumenta aliqua relinqueret, sequentes Tractatus ordinatos compilauit nimirum.

Tractatum, de Scientia Dei.
Tractatum, de Diuina Voluntate.
Tractatum, de Prædestinatione.
Tractatum, de Sanctissima Trinitate.
Tractatum, de Vitijs, & Peccatis.
Et alia plura digna.

Ex Relationibus *Lombardiæ*, nec non *Romanis*, exq; eius familiaribus, qui fidem in hoc Authori fecerunt.

ANNO 1670.

FR. Iulius Mercorus, siue Mercori Cremonensis Lombardus, vir multigena eruditione præstans, Theologus, atque Canonista excellens, pietate, atque Apostolico zelo commendandus, qui completis in Prouincia Lombardiæ lecturis, à Reuerendissimo Thoma Turco Collegij Sancti Thomæ de Neapoli prius Regens, deinde Rector præficitur, postea Sanctissimæ Inquisitionis Mantuanæ aduersus hæreticam prauitatem Iudex, ac Censor Apostolicus ab Apostolica Sede denunciatus, postmodum Sancti Officij Tribunal Papiæ, & postremo in Mediolanensi Ciuitate rexit, vbi cum fama magni Theologi, atque Canonistæ vltimum clausit diem. Scripsit autem egregie eximius iste vir ex professo in materia Morali aduersus opiniones satis laxas signanter de mandato Romani Pontificis Alexandri Papæ VII., vt idem Author in Epistola ad Lectorem ni fallor profitetur; 1670. Fr. Iulius Mercorus.

Tractatum ad defensionem Doctrinæ Angelicæ in materia Morali, cui titulus est, Basis totius Theologiæ Moralis. Typis impressum.

Item Ad obiecta Ioannis Caramuelis, scripsit Responsiones in materia Morali, cui titulus est, Responsa ad obiecta in materia Probabilitatis, omni eruditione referta. Typis impressa.

Quæ duo Opuscula Author huius Operis in Cremonensi Conuentu valde digna, atque ex Relationibus *Lombardiæ* commemorat.

ANNO 1671.

FR. Ioannes Thomas Puteobonellus de Sauona Ligur Conuentus Sancti Dominici Genuæ alumnus, Philosophus, ac Theologus eximius, hoc est, in speculatiua, profundus, & clarus, & in Morali distinctus, atque versatus, qui expletis Lecturis in Conuentibus Brixiensi, Bononiensi, Ianuensi primò, Ferrariensi Sanctæ Mariæ Angelorum, atque Fauentino, insignioribus Prouinciæ Lombardiæ Conuentibus, tandem in Bo- 1671. Fr. Ioannes Thomas Puteobonellus.

Bononiensi Studio in Officio Regentis Sancti Thomæ primariam Cathedram gloriosè rexit; & ex Priore postea Bononiensi creatus Prior Prouincialis Prouinciæ Lombardiæ, eamdem summa cum omnium animorum iucunditate per biennium gubernauit, & postmodum ab Apostolica Sede Inquisitor Generalis Mantuanus declaratus fuit, in quo munere omnium mœrore breuissimo tempore è viuis decessit, suæ sapientiæ plurimis monumentis post se relictis; scripsit enim.

Super Vniuersam Aristotelis Logicam, atque Philosophiam.

Super primum, secundum, tertium, & quartum Metaphysicæ Libros.

Super totam primam partem Summæ S. Thomæ Aquinatis, &

Super tertiam partem eiusdem S. Thomæ de Mysterio Incarnationis.

Atque Tractatum, de Sacramento Eucharistiæ, valde elaboratum.

Ex Relationibus *Lombardiæ*, *Genuensisque Conuentus*, atque ex certa scientia quoniam Author huius operis, vti eius fidelissimus Discipulus, supradictos Tractatus vidit.

1671. Fr. Constantinus de Placentia. Eodem quoque anno millesimo sexcentesimo septuagesimo primo in Prouincia Lombardiæ, & signanter in Conuentu Placentino viuebat Fr. Constantinus de Placentia præmemorati Conuentus alumnus, Vir in Philosophia, Poesi, Sacra Theologia, Sanctorumque PP. lectura occupatissimus, qui terminatis lecturis, vt otio perpetuum bellum indiceret, dignissimum opusculum composuit, in lucemque Typis impressum edidit; anno a Dominica Incarnatione millesimo sexcentesimo sexagesimo nono; cui titulus est.

Iddio Solo.

Ex Relationibus *Lombardiæ*, exque visu Authoris huius Operis, ad cuius manus illud idem opusculum Bononiæ peruenit Typis Placentiæ excussum.

ANNO 1672.

1672. Fr. Agapitus Vgonius. FR. Agapitus Vgoni de Brixia, Conuentus Sancti Dominici Brixiensis alumnus, Vir ingenio eleganti, & doctus, qui laudabiliter in Conuentibus Brixiensi, Ferrariensi S. Mariæ Angelorum, atque Vincentino respectiuè in Ordine FF. Prædicatorum terminatis lecturis, cursum Philosophicum tam in parte Logicali, quàm in parte Physicali per plures annos in Scholis publicis Brixiensis Ciuitatis publicè iterum per plures annos legit, qui postmodum factus Sancti Officij Vincentiæ primò aduersus hæreticam prauitatem Apostolicus Generalis Inquisitor, deinde translatus ab Apostolica Sede ad Inquisitoratum Venetum, eo in munere, perlectis reconditioribus notulis ad optimum regimen tam Sancti Tribunalis attinentibus, sibi, ac posteris Elenchum obseruandorum pro expeditione Causarum Sancti Officij compilauit. Quare erudito calamo composuit.

Volumen satis grande per modum Promptuarij, pro Causis Sancti Officij manuscriptum.

Item Commentaria super Aristotelis Logicam manuscripta.

Item Commentaria super 8. Libros Physicorum de Auditu Aristotelis manuscripta.

Ac tandem Typis, Brixiæ imprimi fecit Logicam Ortiz.

Ex Relationibus *Lombardiæ*, atque ex Relationibus *Brixiensis Conuentus*, exque notitia priuata Authoris huius Operis, supradicti Scriptoris.

Eodem similiter anno millesimo sexcentesimo septuagesimo secundo in Prouincia Lombardiæ, & signanter in Conuentu Mantuano Fr. Vespesianus Ioseph Burra de Ghaido Brixiensis Diæcesis, acuit eruditum sui calamum, & singulari studio compilauit Tractatum, Typis impressum, cui titulus 1672. Fr. Vespesianus Ioseph Burra.

Il Principe Ottimo organizato dalle lingue di varie imprese. Serenissimis DD. D. Ferdinando Carolo Duci Mantuæ &c. & D. Annæ Isabellæ Coniugi &c. Mantuæ impressum Anno 1672.

Ex Relationibus *Lombardiæ*, & in specialitate ex *Mantuano Conuentu*.

ANNO 1673.

1673. Fr. Petrus Maria Passerius. FR. Petrus Maria Passerinus de Sextula, Cremonensis Conuentus alumnus Theologus tam in Scholastica, quàm in Morali celeberrimus, qui ex Prouinciali Terræ Sanctæ, socioque Reuerendissimi Thomæ Turci, Inquisitor Generalis Apostolicus Bononiensis factus, & ex Inquisitore Bononiensi Procura.

curator Generalis Ordinis, & bis Vicarius Generalis eiusdem factus, cum Cathedram Theologalem Sancti Thomæ Aquinatis in Romana Sapientia duobus, supra viginti annis summa cum laude administrasset, legendo, dictando, docendo, atque decidendo, sapientiæ suæ monumenta posteritati reliquit, inter cæteras autem sui lucubrationes, quas breuissimo tempore dispoſuit recensentur infrascripta Opera hucusque in laudem Lombardiæ Prouinciæ Typis Romæ edita, videlicet.

Volumina 3. in folio, de Statu Hominum.

Volumen aliud in folio, de Electione Canonica.

Volumen aliud à prædictis distinctum in folio, cui titulus Tribunal Regularium.

Volumen aliud in folio à præcitatis distinctum, super 6. Decretalium.

Volumen aliud de Indulgentijs.

Volumen aliud, de Incarnatione Dominica.

Et aliud Volumen, de Sacramentis.

Item Tractatum, de Electione Summi Pontificis.

Nec non, Opusculum variarum Orationum, ab Authore diuersis occasionibus in Apostolico Sacello coram Summo Pont. atq; S. R. E. Cardinalibus habitarum.

Quæ omnia Romæ impressa Author huius Operis vidit, atque legit. Vltra quæ Opera referuntur.

Alia plura Opuscula manuscripta digna nondum tamen Typis impressa. Verum quænam sint, aut apud quem reperiantur non refertur.

Ex Relationibus *Lombardiæ*, *Romanis*; atque *Conuentus Cremonensis* eius originalis, ad quem illius scripta peruenere.

ANNO 1674.

1674. *Fr. Vincentius Maria Grossius.*

FR. Vincentius Maria de Grossis nobilis Mantuanus Lombardus Conuentus Sancti Dominici de Mantua alumnus, magni nominis vir, vtpote qui eruditione, integritate, atque morum probitate terminatis lecturis, summa cum sui laude in spiritualibus, atque temporalibus pro Prouincia Lombardiæ rexit Conuentus infrascriptos videlicet Mantuanum, Romanum, Sanctæ Mariæ Angelorum Ferrariensem, & Bononiensem; Vnde & omnium vocalium votis electus fuit Bononiæ, in Priorem Prouincialem Lombardiæ; qui & in lucem edidit.

Dignissimum Tractatum, de Regimine Principum. Venetijs Typis impressum.

Ex Relationibus *Lombardiæ*, exque *Conuentu Mantuano*.

Eodem similiter anno millesimo sexcentesimo septuagesimo quarto in Prouincia Lombardiæ, Prior Prouincialis florebat Fr. Ioannes Baptista Petrobellus de Brixia Conuentus S. Catharinæ apud Formellum Neapolis filius, incomparabili eruditione, atque multiplici scientia illustris, qui non vulgarem sui doctrina, sibi, Conuentui, Patriæ, atque Lombardiæ Prouinciæ addidit splendorem; siquidem in Generali Studio Bononiensi egregiè munus Magistri Studentium, Baccalaurei, Prioris, atque primariæ Sancti Thomæ Aquinatis Cathedræ, Regentis præstitit Officium; & pro Discipulis in sui obitu iuxtà mirificam Sancti Thomæ doctrinam reliquit præclarissima scripta. 1674. *Fr. Ioannes Baptista Petrobellus.*

De Sacra Doctrina.

De Deo absolutè considerato.

De Deo Trino.

De Natura, Gratia, atque Peccato Angelorum.

De Actibus humanis.

De Vitijs, ac Peccatis.

De Diuina Gratia.

De Legibus.

De Dominica Incarnatione.

Atque de Septem Ecclesiæ Sacramentis.

Ex Relationibus *Lombardiæ*, & specialiter à *Conuentu Bononiensi*, habita vbi vltimum clausit diem, dum esset actu Prior Prouincialis Lombardiæ.

ANNO 1675.

FR. Hyacinthus Maria Granara Ianuensis Conuentus Sanctæ Mariæ de Castello Genuæ Prouinciæ Lombardiæ filius, Vir charitate, & pietate, ac litteris omnibus omnia factus, quem ab Apostolica Sede ad Sanctissimę Inquisitionis Tribunal aduersus hæreticam prauitatem regendum electum, singulari sui laude Apostolicum Inquisitorem habuere infrascriptæ Lombardiæ Vrbes, videlicet, Mutina, Mantua, Ferraria, Ancona, atque Ciuitas Mediolanensis, 1675. *Fr. Hyacintus Maria Granara.*

nensis, quiq; sui ingenij posteris reliquit indicia, dum in lucem edidit.

Librum de Modo acquirendi perfectionem Religiosam, ad id valdè accommodatum.

Librum piarum Meditationum.

Atque Librum alterum de Oratione mentali.

Ex Relationibus *Lombardiæ*, ex Conuentu *Anconitano*, atque *Mediolanensi* prouenientibus.

ANNO 1676.

1676. Fr. Paulus Rechiedeus. FR. Paulus Rechiedeus de Brixia, Brixiensis Conuentus Sancti Dominici alumnus, Vir eruditus, clarissimus pietate, ac perindè merito venerandus, qui in Codicibus antiquis euoluendis sedulus, ac studiosus semper extitit, & cum probatæ vitæ se conseruasset, à Reuerendissimo Thoma Turco Constantinopolitanus Vicarius Generalis Ordinis Conuentuum totius Græciæ creatus fuit; qua occasione studio litterarum, vt otio perpetuum bellum indiceret, totum se dedit; Vnde plura ingenij sui monumenta reliquit, videlicet.

Commentaria egregia super Regulam Sancti Augustini, pro Monialibus.

Tractatum de Arte bene loquendi secundum Regulas, siue bene scribendi.

Opusculum variorum Carminum; in Idiomate Italico confectum.

Varia alia Carmina, canenda in Ecclesia pro Expectatione Sanctissimi Natalis Domini.

Librum Concionum Quadragesimalium valde elaboratum, ac tandem.

Praxim mirabilem pro Conscientijs Religiosorũ, siue Monialium Claustralium Italico Sermone conscriptam, inqua tractatus sequentes habentur, videlicet.

Tractatus de Obedientia.
Tractatus de Paupertate.
Tractatus de Castitate.
Tractatus de Clausura.
Tractatus de Officio Diuino.
Tractatus de Missa.
Tractatus de Silentio.
Tractatus de Oratione.
Tractatus de Charitate.
Tractatus de Humilitate.
Tractatus de Bono Exemplo.
Tractatus de Mortificatione.
Tractatus de Ieiunio.
Tractatus de Bonis Supererogationis.
Tractatus de Examine Conscientiarum.
Tractatus de Confessione.
Tractatus de Sacra Communione.
Tractatus de Perfectione Religiosa.
Tractatus de Auctoritate Priorissæ super Moniales.

Atque Tractatum de Officialibus Monasteriorum.

Volumen Problematicum.

Volumen aliud diuersarum Orationum ab ipso in Academia Errantium Brixiæ habitarum.

Et alia Opuscula Italico versu exarata.

Cuius meminit Leonardus Cozzandus, *in Bibliotheca Brixiensi lit. P. pag. mihi* 286. & ex Relationibus *Lombardiæ*, *Vltimaque impressione facta Brixiæ apud Dominicum Grumum Typographum*, 1689.

ANNO 1677.

FR. Augustinus Cermellus, è Ripalta Montisferrati, siue vt alij volunt Alexandrinus Lombardus, Boschensis Conuentus alumnus, Sacræ Theologiæ Magister in Scholastica, & Expositiua æquè peritus, tantam assequutus Latinæ eloquentiæ facilitatem, vt maiestate orationis, & rotunditate periodi Sanctorum Patrum videretur representare Homilias, atque Sermones. Factus Sanctissimæ Inquisitionis aduersus Hæreticam prauitatem Censor, atque Iudex in Ciuitatibus Anconæ, Ianuæ, Ferrariæ, atque Fauentiæ acerrimè hæreticos persecutus est, opponendo, inquirendo, atque eosdem damnando, quousque penitus è suæ iurisdictionis confinis eos profligauerit, qui & eruditissimo calamo scripsit inter cætera. 1677. Fr. Augustinus Cermellus.

Catenam ex SS. P P. Scriptorumq; Ecclesiæ Sententijs in Librum Iob, valdè eruditam, Eminentissimo, & Reuerendissimo Domino Cardinali Francisco Barberino dicatam.

Vitas Sanctorum Ecclesiæ Doctorum Augustini, & Hieronymi, ex eorundem verbis, scriptis, atque sententijs, operosè excerptas.

Encomia, siue Elogia Sanctorum Pauli primi Anachoretæ Thomæ Aquinatis, Petri Martyris, Dominici Patris nostri, Alexij, & aliorum.

Sa-

Sacra Cantica in laudem plurimorum Sanctorum, nec non in præcipuis solemnitatibus.

Et alia Opuscula, quæ nondum lucem aspexere.

Cuius meminit Vincentius Maria Riualius, *in Catalogo Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto, pag. mihi 11. ad annum 1649. lit. A. num. 40.*, & ex Relationibus *Lombardiæ* apud eiusdem Riualium loco citato.

ANNO 1678.

1678. *Fr. Ioannes Maria Pelegrinus.*

FR. Ioannes Maria Pelegrinus Veronensis, Conuentus Sanctæ Anastasiæ Veronæ alumnus, sanguine illustris, humanæ litteraturæ peritus, & diuinorum, atque Scholasticæ doctrinæ studiosissimus, ac perinde vir consilio prudens, rerumque agendarum peritia celebris, qui sui Conuentus Prior factus, regularem obseruantiam, exemplo sui promouit, & auxit; cumque in euoluendis antiquissimis Conuentus Codicibus studiosissimus esset, in eisdem originalibus, antiquitatis reconditiora, non sine singulari studio, ac labore in euidentem eiusdem Cænobij vetustatem, vtilitatem, ac gloriam ad lucem reuocauit. Qua propter vir iste satis doctus, & grauis, virtuteque multa præditus, omnium tam Religiosorum Ordinis, quàm Veronensium Conciuium animos adeo ad se traxit, vt eius mors, tam toti Vrbi, quàm Conuentui sensibilis euaserit. Qui & in sui obitu posteris reliquit; ex antiquitatum Conuentus Memorijs.

Chronicam Conuentus Sanctæ Anastasiæ Veronensis, quæ in Archiuio præfati Conuentus seruatur.

Ex Relationibus *Lombardiæ*, & signanter à PP. Conuentus Veronensis Oretenus Authori Operis factis, qui & proprijs oculis vidit Chronicam, de qua agitur.

ANNO 1679.

1679. *Fr. Ludouicus Maria Agudi.*

FR. Ludouicus Maria Agudi Mediolanensis Conuentus Sanctæ Mariæ Gratiarum Mediolani alumnus, Vir ingenio, atque iudicio præcellenti dotatus, memoriaque singulari celebris, qui Syluam mirabilem Sermonum, siue Homiliarum è priscis Ecclesiæ Patribus collegit, suique doctrina prædicando plures Lombardiæ Ciuitates illustrauit; & erudito, firmoque calamo plurima scripsit; ac signanter, inter manuscripta.

Volumen, Concionum Quadragesimalium.

Volumen aliud, Concionum de Tempore per totum Annum.

Volumen Tertium, Panegiricorum de Sanctis, atque

Volumen Quartum, de Sacramentis valde elaboratum, Lugduni Typis impressum.

Et alia Opuscula, quæ nondum in lucem prodiere.

Ex Relationibus *Lombardiæ*, exque *Mediolanensi Conuentu Sanctæ Mariæ Gratiarum*, cuius erat filius.

ANNO 1680.

Fr. Albertus Brandanus. 1680.

FR. Albertus Brandanus Mirandulanus Lombardus, Conuentus Corrigiensis Prouinciæ Lombardiæ filius, Vir doctus, & probus, die, ac nocte studiosus, qui vt otio perpetuum bellum indiceret, in euoluendis Sanctorum Patrum Codicibus, in quæ percurrendis eorumdem scriptis occupatissimus; & intentus veluti quamdam Bibliothecam Homiliarum, atque Sermonum è Sanctis Ecclesiæ Patribus pro excellentijs Sacratissimi Rosarij Beatissimæ Virginis Mariæ dignè celebrandis collegit, atque duobus Voluminibus in lucem edi curauit, in qua Bibliotheca Mariana, aut Rosariana plurimæ Sanctorum Patrum sententiæ referuntur, ex quibus facillimè Sacratissimi Rosarij Virginis Deiparæ excellentiæ Concionibus celebrari possunt; scripsit itaq; pijssimus iste Vir.

Volumen primum, cui Titulus, Fasciculus, siue Rosetus Sanctissimi Rosarij.

Volumen secundum, cui Titulus, Promptuarium Sanctissimi Rosarij.

Ex Relationibus *Lombardiæ*, ex *Corrigiensi Conuentu* cuius est filius, dimanatis, quinimo Author huius Operis Bononiæ vidit, ad manusque præfata duo Volumina Bononiæ impressa Typis, habuit.

AN-

ANNO 1681.

1681. F. Raymundus Nidi. FR. Raymundus Nidi Soncinatensis, Conuentus S. Iacobi de Soncino Prou. Lomb. alumnus, Vir magno ingenio, doctrina, & obseruantia clarus, Philosophus, Theologus, atque Canonista magni nominis, qui terminatis Lecturis, Sanctissimæ Inquisitionis Tribunali ab Apostolica Sede in Ticinensi Ciuitate aduersus hæreticam prauitatem applicatus, Mirificè ibidem Censoris Fidei partes egit, & insuper, ne otio in minimo locum daret, reliquum temporis, in eruditissimis voluminibus egregiè compilandis consumpsit. Vnde scripsit.

Grande Volumen super sextum Decretalium, ab illustrissimo, eruditissimo, atque doctissimo Viro Ioanne Caramuelle Vigleuanense Episcopo summopere commendatum.

Item Librum eruditissimum, cui titulus, Instructio Confessariorum.

Item Opusculum de Vera Amicitia.

Item Opusculum, cui Titulus, Lucerna Inquisitorum.

Et plura alia eruditissima scripta, nondum Typis impressa.

Ex Relationibus *Lombardiæ*, à *Conuentu Papiensi*, atque *Soncinatensi* prouenientibus.

Eodem quoque anno millesimo sexcentesimo octuagesimo primo floruit in

1681. F. Michael Archangelus Riuetta. Prouincia, siue nomine Prouinciæ Lombardiæ in Vniuersitate Patauina Fr. Michael Archangelus Riuetta de Montecaluo Casalis Montisferrati Lector Publicus, hoc est Theologus in via Sancti Thomæ Aquinatis ab Excellentissimo Senatu Veneto ad Regendam ibi primariam Theologalem Cathedram conductus; Vir ingenio acri, ac perinde vti doctissimus à nostris satis laudatus, qui in Ferrariensi Conuentu Sanctæ Mariæ Angelorum, nec non Fauentino summa laude Sancti Thomæ Summam per sex annos iam antea explicauerat, ac tandem diuersos Tractatus in Vniuersitate Patauina compilauit signanter.

Tractatum, de Sacra Doctrina.

Tractatum, de Visione Dei.

Tractatum, de Scientia Dei.

Tractatum, de Diuina Præscientia, atque Prædestinatione.

Tractatum, de Mysterio SS. Trinitatis.

Tractatum, de Natura, Gratia, atque Peccato Angelorum.

Tractatum, de Actibus humanis.

Tractatum, de Fide, Spe, & Charitate.

Tractatum, de Vitijs, ac Peccatis.

Tractatum, de Diuina Gratia.

Tractatum, de Dominica Incarnatione.

Tractatum, de Sacramentis.

Tractatum, de Ecclesiasticis Censuris.

Et alia Opuscula plura parata, vt in lucem, quam primum cum supradictis, prodire possent.

Quæ Opera in Bibliotheca Conuentus Sanctæ Mariæ Gratiarum Patauij seruantur, ex Relationibus Lombardiæ, & è Roma, atque Patauio habitis.

ANNO 1682.

FR. Thomas Elias Ardizzonus de Tabia Ligur Conuentus Sanctæ Mariæ de Castello Genuæ alumnus, fuit vir grauis, & doctus, quinimo doctissimus, qui Pragam in Germaniam missus, vt tamquam Regens Sancti Thomæ Aquinatis Cathedram primariam ibi sui doctrina illustrare posset; adeò proprias cumulatissimè partes impleuit; vt tota Vrbs admiraretur sapientiam tanti viri. Quamobrem, & à PP. Bohemis electus fuit vnanimiter in Priorem Prouincialem Bohemæ Prouinciæ. Et postquam ad Italiam redijt, Bononiæ eximiam sui Sapientiam ostendit; dum in munere Regentis Studij Bononiensis, inter disputandum, docendum, atque decidendum Sancti Thomæ doctrinam ita egregie propugnauit], vt posteà à Patribus Vocalibus eiusdem Bononiensis Conuentus, Prior Bononiensis vnanimiter fuerit electus; qui & fælicissimo calamo præclarissima scripta posteritati compilauit; & signanter in materia. 1682. F. Thomas Elias Ardizzonus.

De Absolutis.

De Trinitate.

De Angelis.

De Fide, Spe, & Charitate.

De Voluntario, & Inuoluntario.

De Gratia.

De Incarnatione.

De Sacramentis.

Et plura alia Opuscula valde digna, quæ Author huius Operis proprijs oculis Bononiæ vidit.

Ex Relationibus *Lombardiæ*, exque *Con-*

Conuentu Sanctæ Mariæ de Castello Ianuensi, cuius erat filius.

1682. *F. Clemens de Sali.* Eodem anno millesimo sexcentesimo octuagesimo secundo in Conuentu Sancti Clementis Brixiæ, Prouinciæ Lombardiæ Fr. Clemens de Sali Brixiensis Diæcesis, Historiarum, Genealogiarum, affinitatum, atque gestorum diuersorum Principum studiosus; vt otio perpetuum indiceret bellum, varia elogia in laudem Illustrium Virorum compilauit.

Scripsit itaque Volumen diuersorum Elogiorum nondum Typis excussum.

Item Volumen Historiarum Variorum Principum nondum etiam Typis impressum.

Item Volumen Concionum Quadragesimalium, manuscriptum.

Ac tandem Vitam Beati Pij Papæ V. Brixiæ Typis impressam.

Ex Relationibus *Lombardiæ*, & specialiter *Conuentus Sancti Clementis Brixiæ*, cuius est filius.

ANNO 1683.

1683. *Fr. Ludouicus Augustinus Castellus.* FR. Ludouicus Augustinus Castellus Mediolanensis Conuentus S. Mariæ Gratiarum Mediolani alumnus, Rethor Poeta, ac Theologus; vir eruditione Sacra, atque Scholastica præclarissimus, qui consumatis Lecturis creatus fuit Cremæ aduersus hæreticam prauitatem Generalis Inquisitor deinde Bergomi vbi præcedenti anno millesimo sexcentesimo octuagesimo secundo Typis quædam in lucem edere cæpit perspicacitatis, atque doctrinæ indicia, & postmodum ad administrandum Veronæ Sanctissimæ Inquisitionis Tribunal ab Apostolica Sede missus fuit, in quo munere proprij ingenij dedit præclarissimas lucubrationes, nam scripsit.

Opusculum Elogiorum, cui titulus Fasciculus florum; siuè Elogia Sacra. Bergomi impræssum. In quo continentur ex professo per ordinem Elogia.

Moralia.

Euangelica.

Festiua.

Spiritualia.

Panegirica.

Et Funebria.

Item scripsit. Volumen Concionum Quadragesimalium.

Atque Volumen aliud Concionum de Sanctis.

Ex Relationibus *Lombardiæ*, à Conuentu *Bergomensi*, *Mediolanensi*, atque *Veronensi* respectiuè habitis.

Eodem quoque anno millesimo sexcentesimo octuagesimo tertio in Prouincia Lombardiæ, & signanter in Conuentu Cremensi Sancti Petri Martyris claruit Fr. Ioseph Maria Zucchi de Crema Serenissimi Dominij Veneti, qui dans acriter operam studijs, diligens euasit cultor Philosophiæ, atque Theologus, multæque eruditionis vir, scripsitque. 1683. *Fr. Ioseph Maria Zucchi.*

Super Libros Metaphysicæ Aristotelis, Typis præfatum volumen excussum.

Nec non Codicem, de cingulo Sancti Thomæ Aquinatis ex Deuotione gestando, valde pium, miraque eruditione refertum Typis pariter impressum.

Ex Relationibus *Lombardiæ*, exque *Cremensi Conuentu*, habitis.

ANNO 1684.

FR. Seraphinus Pizzinardus de Brixia, Conuentus Sancti Dominici Brixiensis filius, qui per omnes disciplinarum gradus, ad culmen peruenit Sophiæ, quapropter summa cum sui laude in insignioribus Prouinciæ Lombardiæ Conuentibus Philosophicas, atque Theologicas è Cathedra docuit facultates, & postquam in Patauina Vniuersitate ab Excellentissimo Senatu Veneto conductus publicè honorificè per plures annos Libros Metaphisicorum ad mentem Aristotelis, iuxtà Sancti Thomæ Aquinatis interpretationem exposuisset; Tandem ab eodem Excellentissimo Senatu ad primariam eiusdem Angelici Doctoris Cathedram, in eadem Patauina Vniuersitate, vti Regens, ac Doctor Theologus iterum vocatus, atque conductus fuit, qua occasione sibi data in præclarissimo illo Gymnasio è Cathedra nobilium Litteratorum auditorum continuato amplissimo concursu Theologiam positiuam, Scholasticam, atque Dogmaticam egregiè explanauit. Quinimo tamquam Prouinciæ Lombardiæ eloquentiæ decus, elegantissimo calamo, in suæ Sapientiæ testimonium posteritati scripsit. 1684. *F. Seraphinus Pizzinardus.*

Vo,

Volumina tria Dogmaticæ Philosophiæ, quorum duo priora, Typis in Quarto Patauij impressa fuere.

Volumina tria à supradictis distincta, de Approbatione doctrinæ Sancti Thomæ. Typis in folio Patauij impressa.

Volumen aliud, Appendix de Nouitio Opere, quod inscribitur Prædestinatus, in Quarto Patauij impressum, apud Frambottum Typographum.

Inter manuscripta verò, & Typis edenda.

Tomum contra hæresim Præadamitarum.

Tomos quatuor super Metaphisicam.

Tomos item quatuor super Summam S. Thomæ Aquinatis.

Tomos duos Contra Iansenium.

De Athæismo.

De Theologia Sibillarum.

De Theologia Poetarum.

De Theologia Gentilium.

De Theologia Prophetarum.

Item Opusculum variarum Prolusionum in Lycæo Patauino habitarum.

Et alia Opuscula varia Theologica.

Ex Relationibus *Lombardiæ*, & præcipuè *ex Conuentu Patauino*, atque *Brixiensi*, cuius erat filius, respectiuè habitis.

Claruit eodem anno millesimo sexcentesimo octuagesimo quarto in Conuentu Anconitano in Piceno Prouinciæ Lombardiæ Fr. Thomas Menghini de Albacina Conuentus Fabrianensis alumnus, vir ingenio acri, & præditus pietate, qui ex Inquisitore Anconitano, ab Apostolica Sede factus fuit Inquisitor Generalis Ferrariensis, & quemadmodum valdè pius, ita pariter ex sua doctrina Sanctum Bonauenturam imitans pietatem eliciebat, sic enim ille. *Hic est fructus omnium scientiarum, vt in omnibus ædificetur fides, honorificetur Deus, & componantur mores.* Quapropter scripsit solido calamo.

1684. *F. Thomas Mēghinius.*

Librum piarum affectionum erga Beatissimam Genitricis Dei Mariam.

Item Codicem, de modo tendendi in Deum; prout oportet.

Item Opusculum Spiritualium recreationum.

Ac tandem Praxim Vicariorum Sancti Officij procedendi in Causis fidei, eiusdem Sanctæ Inquisitionis Vicarijs valdè proficuum.

Ex Relationibus *Lombardiæ*, ab *Anconitano Conuentu* prouenientibus.

ANNO 1685.

FR. Thomas Maria Gioui de Genua, Conuentus Sanctæ Mariæ de Castello Ianuensis alumnus, vir non tantum nobilitate sanguinis, quantum doctrinæ titulo celebris, qui expletis Lecturis, studio Commentariorum Eminentissimi Domini Thomæ de Vio Cardinalis Caietani, adeo se totum applicauit, vt breuissimo tempore, ex intimis præfatorum Commentariorum visceribus, germanam intelligentiam litteræ Eminentissimi eiusdem Caietani pro compilando ex Professo Philosophiam, atque Metaphisicam respectiuè Caietaninam penetrauerit: ob eius excellentem doctrinam in Bononiensi studio generali munus Baccalaurei exercuit; & ex præconcepta profundissima Cardinalis Caietani doctrina sui calamo mirificè omnia ordinando cōposuit, atq; in lucem edidit.

1685. *F. Thomas Maria Gioui.*

Primum Volumen, quod inscripsit. Physica D. Caietani, & dum esset Prior Prouincialis,

Volumen Secundum, quod inscripsit Metaphisica Domini Caietani.

Ex Relationibus *Lombardiæ*, à Conuentu *Ianuensi secundo*, à Conuentu *Bononiensi* habitis respectiuè.

Eodem similiter anno millesimo sexcentesimo octuagesimo quinto, in Conuentu Sanctæ Coronæ de Vincentia Prouinciæ Lombardiæ claruit Fr. Hyacinthus Maria Anti Vicentinus, vir pietate, ac litteratura clarus, qui deuotione potissima, qua Sacratissimam Virginem Deiparam prosequebatur, præcedenti anno millesimo sexcentesimo octuagesimo quarto protulit in lucem.

1685. *F. Hyacinthus Maria Anti.*

Vitam Beatissimæ Virginis Mariæ, Italico Idiomate conscriptam Typis excussam.

Ex Relationibus *Lombardiæ*, & à *Conuentu Vicentino* acceptis.

ANNO 1686.

FR. Iulius Vincentius Gentilis Nobilis Ianuensis, Conuentus Sanctæ Mariæ de Castello Genuæ filius, magnus Philosophus, præcellensque Theologus, qui

1686. *Fr. Iulius Vincentius Gentilis.*

qui expletis in insignioribus Prouinciæ Lombardiæ Conuentibus Lecturis, in Bononiensi Studio Generali, summa cum sui laude Aristotelis Metaphysicam primus omnium, post Capitulum Generale Valentinum iussu Reuerendissimi Thomæ Turci ad formam Moderatoris publicè legit, nec non in eodem Bononiensi Studio, egregiè in officio Regentis singulari eloquentia, atque profunditate primariam Sancti Thomæ Aquinatis Cathedram, sua sapientia illustrauit, & ex Regente à Vocalibus præfati studij generalis, in Priorem fuit vnanimiter electus. Et quoniam Prouincia Lombardiæ in omni doctrinarum genere ornatum agnouerat, ac perinde quemadmodum omni laude Virum dignissimum, eum existimauerat; Ita non semel, sed bis in Priorem Prouincialem Lombardiæ eundem elegit, cuius meritis à Sanctissimo Domino nostro Innocentio XI. Pontifice Maximo cognitis, eundem Archiepiscopum Ianuensem anno millesimo sexcentesimo octuagesimo primo creauit, in quo munere adhuc fauente Diuina gratia fæliciter viuit cui enixe ex corde à Diuina Bonitate Nestorianos annos Author huius Operis precatur. Qui Præsul Sapientissimus scripsit egregiè, & luculenter ferè.

Super vniuersam Doctoris Angelici Scholasticam Theologiam.

Super Aristotelis Logicam, ac Physicam.

Et signanter super eiusdem Aristotelis Metaphysicam, quæ præclarissima scripta, vt Typis mandari possent ad totalem perfectionem redegit.

Ex Relationibus *Lombardiæ*, Conuentus præsertim *Ianuensis secundi* habitis.

Floruit eodem anno millesimo sexcentesimo octuagesimo sexto in Prouincia Lombardiæ, signanter in Conuentu Bononiensi Fr. Odoardus Pius Felina de Bononia, Vir litteris illustris, pietate celebris, atque doctrina clarus, qui terminatis lecturis in alijs Prouinciæ Lombardiæ Conuentibus, pro coronide laborum suorum egregiè in Studio Bononiensi Sacram Bibliam singulari eruditione è Cathedra exposuit, vnde clarum, ac illustre nomen sibi comparauit. Et quoniam postmodum Sacris prædicationibus totum se mancipauerat; Idcirco eruditissimo calamo ex Sanctorum Patrum sententijs, atque litteris, in quibus erat valde versatus, scripsit.

1686. Fr. Odoardus Pius Felina.

Volumen Concionum Quadragesimalium valde eruditum.

Aliud Volumen Panegiricorum, pro Solemnitatibus Sanctorum.

Atque Tertium Volumen Concionum de Laudibus Rosarij B. Virginis Mariæ, Bononiæ Typis impressum.

Ex Relationibus *Prouinciæ Lombardiæ, à Bononiensi Conuentu*, habitis.

Eodem similiter Anno millesimo sexcentesimo octuagesimo sexto, nomine Prouinciæ Lombardiæ in Conuentu Sanctæ Catharinæ apud Formellum Neapolis, erudito satis calamo, scripsit Fr. Marcellus de Caualerijs Bergomensis, Eminentissimi, ac Reuerendissimi Domini Cardinalis Fr. Vincentij Mariæ Vrsini Beneuentani Archiepiscopi Theologus, Vir pari religionis zelo, morumque probitate, atque eruditione clarus, qui perennitati, gloriosissimæ Apparitionis in Monte Gargano, Sipontinæ Diæcesis, Sancti Michaelis Archangeli, Historiam texendo; & rectam Methodum procedendi in Diuinissimi Missæ Sacrificij celebratione ad formam Ecclesiasticarum Cæremoniarum, Sacerdotibus præscribendo, sequentia duo volumina scripsit, videlicet.

1686. Fr. Marcellus de Caualerijs.

Volumen primum, Peregrinus ad Garganum, inscriptum, atque Secundum Volumen in eadem subiecta materia Peregrini ad Garganum.

Et aliud Volumen, cui titulus. Statera Sacra, iuxta Ritum Ordinis Prædicatorum, practicè, historicè, & Mysticè expendens. Impressum Neapoli 1686.

Ex Relationibus *Lombardiæ*, & potissimè, ex Conuentu *Neapolitano Sanctæ Catharinæ apud Formellum*, prouenientibus.

ANNO 1687.

FR. Michael Pius Torres ab Alexandria Lombardus, Conuentus Boschensis alumnus, vir tam in Philosophicis, quàm in Theologicis disciplinis peritus, qui dum actu in Bononiensi Studio Generali, Magistri studentium munus exerceret, in maius dicti Studij Discipulorum commodum, Summæ Theologicæ Patris Magistri Serræ

1687. Fr. Michael Pius Torres.

eruditissimi viri, ad primam partem Sancti Thomæ, Tomum primum præclarissimis, formalitatibus illustrauit. Vnde in lucem edidit anno 1672.

Opus formalitatum in primam partem Sancti Thomæ Magistri Serræ Typis impressum.

Ex Relationibus *Lombardiæ*, exque *Bononiensi Conuentu*, collectis.

1687. *Fr. Ioannes Dominicus Nicoluccius.* Claruit similiter hoc eodem anno millesimo sexcentesimo octuagesimo septimo in Lombardiæ Prouincia Fr. Ioannes Dominicus Nicoluccius Meldulensis, Conuentus Meldulensis, Foroliuiensis Diæcesis alumnus, vir magni iuditij, præstantisque litteraturæ Sacrorumque Canonum, atque Conciliorum peritissimus, qui terminatis Lecturis, tam Philosophiæ, quam Theologiæ, vt sui acuminis specimen posteritati daret, erudite scripsit.

Tractatum Theologicum, ad instar scrutinij Sacerdotalis, in quarto Typis excussum.

Item Tractatum alterum Theologicum, de Valore Sacrosancti Sacrificij Missæ, cui titulus. Nouus Thesaurus Sacerdotum, Eminentissimo, ac Reuerendissimo D. Iacobo Franzono S. R. E. Cardinali dicatum Maceratæ Typis impressum anno 1676.

Ex Relationibus *Lombardiæ*, & specialiter à *Conuentu Maceratensi*, prouenientibus.

1687. *Fr. Vincentius Iouaneti.* Eodem quoque anno millesimo sexcentesimo octuagesimo septimo in Prouincia eadem Lombardiæ florebat, Fr. Vincentius Iouaneti de Asculo, Conuentus Asculani alumnus Theologus tam in Scholastica, quam in Morali Theologia doctissimus, qui in Generali Studio Bononensi munus Magistri Studentium, Baccalaurei, atque Regentis egregiè exercuit, qua de causa pro Discipulis, vt illis Sophiæ viam facilitaret, præclarissima scripta, siuè varios Tractatus Theologicos iuxtà Angelicam Sancti Thomæ Summam Theologicam compilauit; scripsit itaque sequentes Tractatus, videlicet.

De Sacra Doctrina.
De Deo absolutè sumpto.
De Deo Trino.
De Natura, Cognitione, Gratia, atque peccato Angelorum.
De Voluntario, & Inuoluntario.
De Vitijs, atque Virtutibus.
De Legibus.
De Gratia.
De Diuini Verbi Incarnatione.
De Pænitentia.
Atque de Mystica Theologia.
Et alia Opuscula digna, quæ omnia, adhuc manuscripta tantum sunt.

Ex Relationibus *Lombardiæ* à Conuentu tam *Bononiensi*, quàm *Asculano*, respectiuè habitis.

ANNO 1688.

1688. *F. Raymũdus Sancta Corona.* FR. Raymundus Sancta Corona Vincentinus, Conuentus Vincentini alumnus, vir longè doctus probatissimisque moribus dotatus, qui vniuersam ferè Sacram Scripturam memoriæ mandans, & Summæ Angelici Doctoris incumbens quidquid legerat, vt ipse dicere consueuerat, firmissimè retinebat. Sicque in priscorum Sanctorum Patrum antiquis lucubrationibus euoluendis sedulus, atque studiosus, ex proprijs Sanctorum Ecclesiæ Doctorum, ac Luminum selectioribus sententijs, pro celebrandis Virginis Sanctissimæ Dei Genitricis Mariæ laudibus in maius Concionatorum Diuini Verbi commodum, Officinam Marianam ex Sanctis PP. Prædicabilem, non sine ingenti labore ad Dei Virginis laudem composuit. Scripsit itaque.

Volumen satis grande, de Laudibus Virginis Deiparæ celebrandis, mira eruditione, ex Sententijs Sanctorum Patrum conflatum, nondum typis in lucem editum.

Ex Relationibus *Lombardiæ*, à *Vicentino Conuentu* emanatis.

1688. *Fr. Thomas Mazza.* Claruit in Prouincia Lombardiæ vsq; ad annum eundem millesimum sexcentesimum octuagesimum octauum, Inquisitor Generalis respectiuè in præscriptis Prouinciæ Lombardiæ Vrbibus, nempè Cremæ, Vincentiæ, Veronæ, Genuæ, atque Bononiæ Fr. Thomas Mazza Foroliuiensis, Conuentus Sancti Iacobi de Foroliuio alumnus, insignis doctrina, nec non probatis moribus dotatus, vir Historicus, Poeta, atque Theologus præcellens, qui ab Innocentio XI. Pontifice Maximo Romam vocatus, Vniuersalis Inquisitionis Romanæ Commissarius Generalis creatus est anno millesimo sexcentesimo octuagesimo secundo; vbi

sum.

summa cum sui laude præterito anno millesimo sexcentesimo octuagesimo septimo de mandato Sacræ, ac Supremæ Congregationis Sancti Officij de Vrbe publicè in Ecclesia Sanctæ Mariæ super Mineruam abiurare fecit famosissimum Michaelem Molinum Hæresiarcam, qui Reuerendissimus Fr. Thomas Mazza plura egregiè scripsit, multaq; in lucem edidit volumina, in quibus vt inquit Franciscus Macedo Minorita elucet multiplex eius doctrina cum singulari eloquentia, & eruditionis laude coniuncta. Extat Panegyricus in Sanctum Raymundum Confessorem planè mirabilis, in quo cum eloquentissimè dicat, & multa lumina sententiarum, venustissimis tropis admixta proferat, semper à Canina littera abstinet, ac sine illa seruare potuit leges dictionis, & implere numeros eloquentiæ, tanta facilitate, vt qui legat, litteram illam non desideret, imò ne illa quidem ad rationem eleganter dicendi quicquam attinere videatur; edidit itaque.

Panegyricum in Diuum Raymundum Confessorem miro artificio sine littera R. conflatum.

Tractatum moralem super prohibitione mulierũ ab Ingressu in Monasteria.

Vitam Claudiani Poetæ cum Apologia pro illius Fide Christiana.

Item Apologiam pro Ioanne Annio Viterbiensi magni nominis.

Item insigne Opus de Historia Veterum Gottorum, Italica lingua conscriptum.

Item præclarissima scripta Philosophica.

Nec nõ scripta Theologica, valde erudita.

Atque Volumen Concionum de Tempore, atque de Sanctis.

Et plura alia Opuscula dignissima.

Cuius meminit Bartholomæus Ricceputus, *in veritate rediuiua*. Et Albertus Baducius Episcopus Cremensis, *in initio Panegyrici*, atque Vincentius Maria Fontana *in Theatro Dominicano p. 3. cap. 3. de Inquisitoribus in Vrbe, tit. 32. pag. 566.* apud Franciscum à Sancto Augustino Macedum Minoritam *in Responsione ad notas Nobilis Critici Anonymi pag. mihi 9.*

Qui obijt Romæ anno 1688. Mense Iulij, relicto in omnium animis magno suæ personæ desiderio.

1688. *Fr. Dominicus Maria Puteobonellus.* Eodem anno millesimo sexcentesimo octuagesimo octauo, eodem mense, ac die, quibus obijt prædictus Reuerendissimus Pater Thomas Mazza Sanctissimæ Inquisitionis de Vrbe Commissarius Generalis, dira Mors è choro viuentium Prouinciæ Lombardiæ rapuit Reuerendissimum Sacri Palatij Apostolici Magistrum, Fr. Dominicum Mariam Puteobonellum præcellentis ingenij Virum, è Sauona Origine natum, Ligurem, Conuentus Sanctæ Mariæ de Castello Genuæ alumnum. Virum inquam pium, & doctum, quinimo multarum scientiarum copia, non minus, ac Litteris Latina, Græca, atque Hæbraica singulariter præditum, qui insignioribus Prou. Lomb. Studijs videlicet Mantuano, Veronensi, atque Cremonensi, nec non Ianuensi Sanctæ Mariæ de Castello eius Lecturis illustratis, & ex socio Reuerendissimi Patris Commissarij Sancti Officij de Vrbe, Inquisitor Placentinus Apostolicus vix institutus, ab Alexandro VII. Pontifice Maximo Romam vocatus, Commissarius Generalis Vniuersalis Inquisitionis Romanæ denunciatus fuit, in quo munere egregiè sui partes egit, quousque ab Innocentio Papa XI. Sacri Palatij Apostolici Magister creatus fuit; in quo officio, quantæ Sapientiæ, sibi comparauerit laudem, vnusquisque, ex eo, quod per cursum viginti trium annorum in Curia Romana continuatorum, hoc Prouinciæ Lombardiæ indeficiens lumen, non sub modio; sed super candelabrum mansit, colligere potest. Scripserat in minoribus eximius iste Vir.

Cursum Philosophicum valde elaboratum, hoc est.

Super Vniuersam Logicam Aristotelis, &

Super Vniuersam eius Philosophiam.

Item in Theologicis; scripsit.

Super præcipuos Summæ Sancti Thomæ Tractatus.

Et Signanter Mirabilem Tractatum de Ente supernaturali summè eruditum.

Item pro sui commodo sibi compilauerat.

Indiculum Sacrorum Canonum, atque Conciliorum.

Nec non Summulam paruam, Memorabilium in Causis Sancti Officij. Ministris eiusdem Sancti Tribunalis, valde vtilium.

Quæ duo Opuscula posteriora, author huius Operis, ob singularem familiaritatem proprijs oculis sibi communicata, ad manusque sibi tradita vidit, in Ædibus Sancti Officij Romæ, anno 1669. aliaque ex Relationibus *Lombardiæ*, *Conuentuumque Mantuani*, *Veronensis*, *Cremonensis*, *atque Ianuensis secundi* Relationibus habitis retulit Author, in cuius robur extat, & Epistola enunciatiua obitus tanti Viri, Reuerendissimi Magistri Generalis Ordinis, qui totius Ordinis iacturam deplorat in tam eximij Patris Ocasu; quæ attestatio stat pro mille.

ANNO 1689.

1689. Fr. Angelus Iuliani. FR. Angelus Iulianus à Mercato Saraceno Cæsenatensis Diæcesis, Conuentusque Sancti Petri Martyris Cæsenatensis alumnus, vir maximo ingenio dotatus, & adeò acutus, vt nulli videatur secundus, Poeta, ac Rethor, Illustris Philosophus, ac Theologus Subtilissimus, Sacrorumque Canonum peritissimus. Religiosa pietate, cæterisque virtutum ornamentis non minus, quam doctrina, atque eximia eruditionis excellentia conspicuus, qui cum sui singulari laude in principalioribus Prouinciæ Lombardiæ Conuentibus tam Philosophicis, quàm Theologicis Lecturis, ex Magistro Studentium Bononiensis Studij Generalis, Vincentinus Inquisitor Apostolicus aduersus hæreticam prauitatem factus, tam omnibus numeris in præfato munere sui partes exercuit, vt ab Apostolica Sede, ex Inquisitore Vincentino ad eiusdem Sancti Officij Bergomense Tribunal administrandum translatus fuerit, deinde Brixiæ, atque Ianuæ successiuè in eodem Sanctissimæ Inquisitionis Officio aduersus suspectos de hæresi præfuerit. Et postmodum Eminentissimi, atque Reuerendissimi Cardinalis Alterij Sacri Ordinis Prædicatorum Protectoris, Theologus, atque dignissimus Bibliothecarius denunciatus fuit, qui adhuc feliciter viuit Prouinciæ Lombardiæ eruditissimus Scriptor, quem postremò in Cesenatensi author huius Operis, elegantissimo calamo de anno 1681. de re Cardinalitia scribentem repererat. Et vltra prædicta scripsit.

Super Vniuersam Aristotelis Logicam.
Super octo Libros Physicorum.
Super Libros de Anima, nec non
Super Aristotelis Metaphysicam.
Item Tractatum de Absolutis.
Tractatum de Scientia Media.
Item Tractatum de Angelis.
Atq; Tract. de Dominica Incarnatione.
Item Opusculum Apologeticum in defensionem Doctrinæ S. Thomæ.
Item aliud Opusculum in Scripto de re Cardinalitia; *nec non*
Et pulcherrimas notas super Decretales valde vtiles.

Ex Relat. Prou. *Lombardiæ*, nec non ex certa scientia Auctoris huius Operis.

Hoc eodem anno, ab Incarnatione Dominica, millesimo sexcentesimo octuagesimo nono in Conuentu Bononiensi extat Fr. Clemens de Genua Conuentus Sanctæ Mariæ de Castello Genuæ alumnus, magnæ obseruantiæ, ac abstinentiæ vir, hæbraicæ linguæ notitia clarus, vtpotè, qui Vrbini Hæbreorum Lector extitit, & postea in Studio Bononiensi per biennium Sancti Thomæ doctrinam ex Baccalaurei officio legit, vbi, & modò in præfato Studio Bononiensi primariam Angelici Doctoris Cathedram Regens Moderatur, qui & extitit Prouinciæ Lombardiæ Prior Prouincialis authoritate Apostolica datus; qui postmodum salutis animarum feruidus, vt commodiùs vnicuique tendendi ad perfectionem, ac perinde ad amorem Dei facilis pateret via, non sine ingenti labore sequentia Thomæ à Kempis, è Latino in Italicam linguam transtulit, nempè Opera. 1689. Fr. Clemens de Genua.

De Imitatione Christi.
De Liliorum Valle.
De Hortulo Rosarum.
De Animæ Soliloquio.
De Vitis variorum Beatorum.
De Tribus Tabernaculis.
De Solitudine.
De Silentio.
De Orationibus varijs.
De Sermonibus ad Nouitios.
De alijs Tractatibus.

Ex Relationibus *Lombardiæ*, & signanter à Conuentu Bononiensi habitis.

Tamquam lumen firmamenti emicat nomine Prouinciæ Lombardiæ, hoc eodem currente anno millesimo sexcentesimo octuagesimo nono in Clero Eminentissimorum, ac Reuerendissimorum DD. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium Fr. Vincentius Maria Vrsinus Romanus Conuentus Sancti Dominici Venetiarum, Prouinciæ Lombardiæ alu- 1689. Fr. Vincentius Maria Vrsinus.

alumnus, factus die 12. Augusti 1668. Vir vltra eximiam sanguinis nobilitatem, inter alia præclarissimarum virtutum lumina, admirandasque animi dotes, Philosophus, Theologus, atque Canonista celeberrimus, & æque clarus Religione, nec non in Scholasticis disciplinis Sacrorum Conciliorum, Sanctorumque Patrum Sententijs sedulo instructus, & adamussim imbutus; siquidem eximius iste vir ex Lectore Philosophiæ Brixiensis Conuentus à Clemente X. Pontifice Maximo anno millesimo sexcentesimo septuagesimo secundo creatus fuit S. R. E. Presbyter Cardinalis Sancti Sixti, & postmodum Archiepiscopus Sipontinus; & deinde ab Innocentio Papa XI. ab Ecclesia Sipontina, translatus fuit ad Ecclesiam Cesenatensem indè ad Archiepiscopatum Beneuētanum in Neapolitano Regno, vbi diuina fauente gratia feliciter viuit; quibus in locis hic Eminentissimus S. R. E. Princeps, super omnia probitate vitæ, ac morum celeberrimus inter alia Opera solicitudinis pastoralis cupidus.

Decreta Ecclesiæ suæ per vtilia condidit.

Acta Synodalia pro Clero Sipontino in duo volumina distributa.

Item Epistolam Pastoralem ad Sipontinos, occasione discessus vt ad Cesenatensem Ecclesiam adiret.

Item Acta Synodalia, pro Clero Cesenatensi publicata.

Item Acta Synodalia pro bono regimine Beneuentanæ Ecclesiæ.

Item varia Decreta pro Ecclesijs Cesenatensi, atque Beneuentana.

Et alia Opuscula tanto Principe digna.

Ex Relationibus Prouinciæ Lombardiæ, Neapolitani Regni, atque Romanæ Curiæ.

1689. F. Thomas Maria Bosius. Pro coronide, atque complemento currentis anni millesimi sexcentesimi octuagesimi pro Prouincia Lombardiæ in alma Vrbe Romæ adhuc fulget Fr. Thomas Maria de Bosijs Bononiensis, Conuentus Sancti Dominici de Bononia alumnus, Vir ab adolescentia acri ingenio, memoria tenaci, atque propensione ad studia clarus, in quibus adeo scientia, doctrina, morumque probitate, profecit, vt breuissimo tempore euaserit planè absolutissimæ virtutis, ac priscæ integritatis, ac perinde singulari laude expletis in principalioribus Prouinciæ Lombardiæ Conuentibus Lecturis, & signanter in Conuentu Bononiensi, Romam vocatus primus Socius Reuerendissimi Patris Commissarij Generalis electus, ex Socio deinde Patris Reuerendissimi Commissarij Generalis, ab Apostolica Sede creatus fuit Inquisitor Generalis Apostolicus Placentinus, postea translatus à Placentina Inquisitione, ad Ianuensem Inquisitoratum, & postmodum ab Innocentio XI. Pontifice Maximo Romam accersitus ex Inquisitore Ianuensi, Commissarius Generalis Sanctæ, & Vniuersalis Inquisitionis Romanæ fuit institutus, in quo munere apud Romanam Curiam summa cum sui gloria mirificè se exercet, quem diù omnipotens conseruare dignetur, & inter cætera scripsit.

Commentaria eruditissima in Cantica Canticorum.

Controuersiasque, atq; Tractatus Theologicos super Summam S. Thomæ Aquinatis, & præsertim.

De Sacra Doctrina.

De Sanctissima Trinitate.

De Angelis.

De Diuina Incarnatione.

Atque de Sacramentis.

Qui & in lucem edidit non nullas Poeticas compositiones eruditasq; Orationes, tanto Viro dignas.

Eodem quoque Anno millesimo sexcentesimo octuagesimo nono, floruit in alma Prouincia Lombardiæ Frater Ludouicus Vincentius de Benedictis Mutinensis; Vir eximiæ eruditionis, Ecclesiastesque facundissimus, qui postquam insigniores Italiæ Vrbes, eius sancta prædicatione summa tum ipsius, tum totius Religionis laude illustrasset, tandem Typis in lucem edidit infrascripta Opera videlicet.

Librum, cui Titulus, Sacri Entusiasmi fabricati per le glorie di molti Santi. Panormi Typis Iacobi Epirri 1689. In quo infrascriptæ Orationes Panegyricæ leguntur.

La Perla Euangelica per le lodi del glorioso Patriarca S. Giuseppe.

Il Precursore Monastico suscitato nello spirito del Patriarca S. Benedetto.

Il Testimonio della vita, e della verità eterna suscitato nel Fondatore de Padri dell'Oratorio di S. Filippo Neri.

La magnificenza di Christo, ò sia il mi-

nimo Magnificatore del Massimo Panegirico dell' Antessignano di Paola S. Francesco.

La Santità nobilitata, e la Nobiltà Santificata nelle glorie del Patriarca S. Domenico.

Il Vicario dell' amore, e sapere del Crocifisso constituito nella persona del Diletto S. Giouanni Euangelista.

La Statua di Babilonia risusa dalla gratia nelle grandezze del Precursore di Christo.

Et il Colosso del Sole riabbozzato nelle funebri memorie dell' Illustre Don Rodrigo Chintana Consultore per Sua Maestà Cattholica, nel Regno di Sicilia.

Item Libellum Panegyricum Neapoli Typis impressum per Haredes Fusci Anno 1687. cui Titulus, la Sibilia di Loreto, della gloriosa Protetrice di Palermo Sancta Rosalia.

Item aliud Opusculum Panegyricum, cui Titulus, la Corsa della Naue Vittoria di S. Chiesa, per le conquiste dell'armi Christiane nell' Vngaria, & Arcipelago. Panormi Typis impressum per Iacobum Epirrum Typographum 1689.

Et alia plura.

Ex Relationibus *Lombardiæ*, atque aliorum respectiuè.

Eodem pariter anno floruit in Prouincia Lombardiæ Fr. Vincentius Maria Saffetti de Macerata, Vir in concionibus celebris, qui illustratis sua prædicatione celebrioribus Regni Neapolitani Vrbibus Typis dedit Orationes aliquas, signanter. *1689. Fr. Vincentius Maria Saffetti.*


Vnam, cui Titulus, Il Soglio eretto à Christo nel Trionfo dell'Ascensione alle glorie del Patriarca S. Francesco d'Assisi, impressam Neapolis 1687.

Alteram, cui Titulus, Li Trionfi della Fede, sotto il Pontificato d' Innocenzo XI. figurata nella Donna dell' Apocalisse, ibidem impressum 1689.

Alteram, cui Titulus, La Scala di Giacobbe, alle glorie di Santa Rosalia. impressam Panormi 1689.

Et tandem aliam, cui Titulus, Maria al Monumento, Oratione funerale recitata in Tempo Pasquale nel Domo di Palermo, ibidem impressam 1689.

Finis Bibliothecæ.



SYNTAXIS
AMPLISSIMORVM VIRORVM
PROVINCIÆ LOMBARDIÆ
SACRI ORDINIS PRÆDICATORVM

Qui ex eadem Prouincia Lombardiæ, ab ordine condito ad hæc vſque tempora, ob eximiæ doctrinæ merita primos Ordinis gradus, atque dignitates obtinuere.

OPVS
HISTORICVM CHRONOLOGICVM

Breui manu, compendioſoque calamo, in Sex Tabulas, ſiuè Partes diſtributum.

In quo per Epitomen recenſentur Litteratiſſimi illi Viri, qui ob præclara doctrinarum merita reſpectiuè, è gremio Prouinciæ Lombardiæ, ad Generalatum, ad Sacri Palatij Apoſtolici Magiſterium, ad Sancti Officij de Vrbe Commiſſariatum, ad conſulendum in Oecumenicis Concilijs, atque dicernendum, ad Apoſtolicæ Sedis Legationes habendas, aut ad Catholicas veritates, etiam cum proprij cruoris profuſione propugnandas meritò aſſumpti fuere.

OPVS DIV DESIDERATVM.

AVTHORE

P. F. ANDREA ROVETTA DE BRIXIA,

Sacræ Theologiæ Magiſtro, atque Inquiſitore Veronenſi, Sacri Ordinis Prædicatorum, eiuſdemque Lombardiæ Prouinciæ Priore Prouinciali.

INDEX TABVLARVM ADDITÆ SYNTAXIS.

TABVLA I.

Illustrium Virorum Prouinciæ Lombardiæ Sacri Ordinis Prædicatorum, qui ob singularem doctrinam, & cæterarum virtutum copiam, è gremio eiusdem Lombardiæ Prouinciæ, ad totius Ordinis FF. Prædicatorum regimen, iuxtà illud (Vide omnia facito secundum exemplar, quod tibi ostensum est in monte) *assumpti fuere.* Exodi cap. 25 Hab. cap. 8.

TABVLA II.

Celeberrimorum Virorum Prouinciæ Lombardiæ Sacri Ordinis Prædicatorum, qui ob eximiam Doctrinam, atque Sapientiam, ab ordine condito ad hæc vsque tempora, à Romanis Pontificibus è gremio eiusdem Prouinciæ Lombardiæ ad munus Magisterij Sacri Palatij Apostolici in Romana Curia exercendum iuxtà illud (Hæc doce, & exhortare) *assumpti fuere.* Tim.p.cap. 6.

TABVLA III.

Præclarissimorum Virorum Prouinciæ Lombardiæ Sacri Ordinis Prædicatorum, qui ob eximiam doctrinam, & Catholicæ Fidei zelum, è gremio præfatæ Prouinciæ Lombardiæ ab Apostolica Sede ad Regimen Commissariatus Generalis Sanctæ Romanæ vniuersalis Inquisitionis, iuxtà illud (In omnibus sumentes scutum fidei) *assumpti fuere.* Ad Ephes. cap. 6.

TA-

TABVLA IV.

AMplissimorum Virorum Prouinciæ Lombardiæ Sacri Ordinis Prædicatorum, qui ob singularem Doctrinam, atq; incomparabilem Sapientiam in Oecumenicis Concilijs, in publicis disceptationibus inque determinatis colloquijs, atque congressibus, siue pro Orthodoxæ fidei deffensione, siue pro Ecclesiæ Vniuersalis vnione, siue pro hæresum hæreticorumque confutatione, aut pro Apostolicæ Sedis exaltatione, arguendo, docendo, declamando, aut respectiuè quoque modo in Concilijs, & extrà iuxtà illud (Assumite, & gladium Spiritus, quod est Verbum Dei) inter fuerunt.

Ad Ephes. cap. 6.

TABVLA V.

ILlustrium Virorum Prouinciæ Lombardiæ Sacri Ordinis Prædicatorum; qui ob singularem doctrinam, & incomparabilis prudentiæ, dexteritatis, cæterarumque virtutum copiam ad diuersa ardua perdifficiliaque Apostolicæ Sedis negotia pertractanda, ab exordio Ordinis ad hæc vsque tempora, è gremio Prouinciæ Lombardiæ à Romanis Pontificibus iuxtà illud (Ego dabo vobis os, & sapientiam) assumpti fuere.

Luc. cap. 21.

TABVLA VI.

INclytorum Athletarum Prouinciæ Lombardiæ Sacri Ordinis Prædicatorum, qui ob singularem doctrinam incomparabilemque constantiam aduersus Hostes fidei strenuè dimicando, aut pro Orthodoxæ Fidei defensione Catholicarumque veritatum propugnatione, siuè imperterrito animo Cēsoris Fidei Inquisitorisque munus aduersus hæreticam prauitatem dignè exercendo iuxtà illud (ad obediendum fidei in omnibus gentibus in nomine eius) proprio sanguine laureati fuere.


Rom. cap. 1.

TA-

TABVLA CHRONOLOGICA I.

Illustrium Virorum Prouinciæ Lombardiæ Sacri Ordinis Prædicatorum, qui propter singularem doctrinam, Virtutumque copiam, iuxtà illud Heb. cap. 8. Vide, omnia facito secundum exemplar, quod tibi ostensum est in Monte. Exod. cap. 25. *E' gremio Prouinciæ Lombardiæ ad totius Ordinis Regimen assumpti fuere.*

TABVLA I.



QVanti Beatissimus noster Pater Dominicus, adhuc viuens fecerit prædilectos eius filios, Fratres Prouinciæ Lombardiæ, quantaque animi teneritudine semper specialiter propensus extiterit ad condecorandam, præ cæteris alijs Ordinis Prouincijs, Lombardiæ Prouinciam, duo priora totius Ordinis Generalia Capitula viuente adhuc Sanctissimo Patriarcha, ita Bononiæ celebrata, quod non alibi; Erectio Conuentus Bononiensis per Diuum Dominicum, in primum Studium generalem totius Ordinis Prædicatorum, ex cuius gremio innumeri Viri, in omni facultate litteratissimi promanare debuerant, vt tractu temporis essent vera Mundi lumina; Sacrorum Cinerum depositio sequentibus signis in Bononiensi Templo, ita vt in nulla alia Ordinis Ecclesia conseruandorum, nec non quod adhuc ipse viuens, sic disponere voluerit res, vt etiam post sui mortem, sic Diuina fauente gratia, in eius locum, ad supremum regimen totius Ordinis eiusque gubernium, immediatè post Diuum Dominicum inquam, ex eodem gremio Lombardiæ Prouinciæ desumi deberet primus Magister Ordinis Prædicatorum; ista omnia supra recensita, collectiuè sumpta, talem erga fratres Prouinciæ Lombardiæ Sanctissimi Patris nostri, redolent pietatem; vt proportionaliter, non solum prædilectos filios illos declarare voluerit, verùm etiam cum addito cælestium Charismatum iuxtà illud Apostoli Pauli ad Galathas, *cap. 4. Quod si filius, & hæres per Deum*. Et quod rerum euentus sic disposuerit, exitus ipsius acta probent.

Post fælicissimum igitur Sanctissimi Patris Dominici transitum in Cælum, 1222. *Fr. Iordanus Theutonicus.*
de Anno millesimo ducentesimo vigesimo secundo in locum Sancti Patris Dominici in Generali Capitulo Parisiensi electus fuit è gremio Prouinciæ Lombardiæ Prior Prouincialis eiusdem Prouinciæ in Magistrum Ordinis Generalem, qui erat P. Fr. Iordanus Theutonicus, natione Saxo Bostergensis, Maguntinæ Diæcesis; Vir litteratissimus, Vitæq; incontaminatæ, atque inculpatæ; qui in numero Religiosorum, atque virtute multum auxit Ordinem. Ex Chronico, *Constitutionum pag. mihi* 274. Iacobo de Susato, *in Chronico Ordinis*, Martyrologio, *Ordinis Prædicatorum*, & Seraphino Razzio, *in Historia Virorum Illustrium Ordinis pag. mihi* 134.

Anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo primo stante renunciatione Sancti Raymundi de Peniafort Tertij Magistri Ordinis, è gremio pariter supradictæ celeberrimæ Lombardiæ Prouinciæ in Capitulo Generali Parisiensi celebrato electus fuit in quartum Magistrum Generalem totius Ordinis Prædicatorum P. Fr. Ioannes Theutonicus VVestphalus Bremensis Diæcesis, dum actu esset Prior Prouincialis eiusdem Prouinciæ 1241. *Fr. Ioannes Theutonicus.*

Lom-

Lombardiæ; Vir eruditissimus. Ex Chronico *Constitutionum Ordinis pag. mihi* 278. Ex Chronico *Iacobi de Susato, fol. mihi* 149. *à tergo*, Martyrologio *Ordinis Prædicatorum*, Hieronymo Bursello, *de Generalibus Ordinis*, & Seraphino Razzio, *in Historia Illustr. Virorum Ordinis pag. mihi* 136.

1264. *Fr. Ioannes Vercellensis.* Anno ab Incarnatione Dominica millesimo ducentesimo sexagesimo quarto è gremio similiter Prouinciæ Lombardiæ in Capitulo Parisiensi, hoc est ex Priore Prouinciali Prouinciæ Lombardiæ electus fuit in Sextum Magistrum Generalem totius Ordinis Prædicatorum P. Fr. Ioannes Vercellensis, dum actu esset Prior Prouincialis Lombardiæ; Vir omni ex parte eruditus, & verè doctus, prout experientia talem eundem demonstrauit. Ex Chronico *Constitutionum Ordinis Prædicatorum pag. mihi* 288. Iacobo de Susato, *in Chronico Ordinis fol.* 155. *à tergo*, Martyrologio, *Ordinis Prædicatorum*, Hieronymo Bursello, *in Vitis Generalium Ordinis*, & Seraphino Razzio, *in Historia Illustrium Virorum Ordinis pag. mihi* 138.

1296. *Fr. Nicolaus de Teruisio.* Anno à Dominica Incarnatione millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, è gremio Prouinciæ Lombardiæ, in Capitulo Argentinensi ex Priore Prouinciali Lombardiæ electus fuit in nonum Magistrum Generalem Ordinis P. Fr. Nicolaus de Taruisio, dum actu esset Prior Prouincialis Prouinciæ Lombardiæ, Vir inculpatæ Vitæ, atque eruditissimus, qui postea factus fuit S. R. E. Presbyter Cardinalis, & tandem creatus Summus Pontifex, & Benedictus Papa XI. nuncupatus. Ex Chronico, *Constitutionum Ordinis Prædicatorum*, Martyrologio, *Ordinis Prædicatorum*, Iacobo de Susato, *in Chronica Ordinis fol. mihi* 162. *à tergo*, & Seraphino Razzio, *in Historia Illustrium Virorum Ordinis pag. mihi* 141. Vincentio Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p p. de Pastor. Eccles. cap.* 1. *tit.* 2. *pag. mihi* 3. *col.* 2.

1300. *Fr. Albertus Clauarus.* Anno à Reparatione Orbis millesimo tercentesimo, assumpto ad Cardinalitiam dignitatem Nicolao de Teruisio Magistro Ordinis in Capitulo Generali Marsiliæ celebrato, electus fuit in eius locum, hoc est in Magistrum Generalem totius Ordinis P. Frater Albertus Clauarus Genuensis Prouinciæ Lombardiæ alumnus; Vir probus, ac doctus in Theologia Baccalaureus Lombardus. Ex Chronico, *Constitutionum Ordinis Prædicatorum pag.* 298. Martyrologio, *Ordinis Prædicatorum*, Iacobo de Susato, *in Chronica Ordinis fol. mihi* 167. Hieronymo Bursello, *in Vitis P P. Generalium Ordinis*; & Seraphino Razzio, *in Historia Illustrium Virorum Ordinis pag. mihi* 142.

Anno Domini millesimo tercentesimo octauo, è gremio Prouinciæ Lombardiæ in Capitulo Generali Tholosano in duodecimum Magistrum Generalem totius Ordinis electus fuit Pater Frater Aymericus Placentinus Lombardus Lector Studij Bononiensis, qui legerat annos viginti tres tam in Philosophia, quàm in Theologia, & gubernauit Ordinem annis septem; Vir in omni facultate eruditissimus, qui Magisterio Generali cessit, & reliquum vitæ tempus vsque ad annum 1327. Bononiæ Sanctissimè vixit. Ex Chronico, *Constitutionum Ordinis Prædicatorum. pag. mihi* 303. Martyrologio *Ordinis Prædicatorum*. Iacobo de Susato, *in Chronico Ordinis fol. mihi* 165. Hieronymo Bursello, *in Vitis Generalium Sacri Ordinis Prædicatorum*. & Seraphino Razzio, *in Historia Ordinis, de Viris Illustribus Ordinis pag. mihi* 144. 1308. *Fr. Aymericus Placentinus.*

Anno ab orbe reparato millesimo tercentesimo vigesimo quarto, vacante per obitum Magistri Ordinis Generalatu, è gremio Prouinciæ Lombardiæ in quintum decimum Magistrum Generalem Ordinis, in Capitulo Generali Burdegalensi electus fuit Pater Frater Barnabas Vercellensis Lombardus, vir in Theologia, atque Iure Canonico, siue Pontificio eximius, qui in Magisterio Ordinis octo annis vixit. Ex Chronico *Constitutionum Ordinis pag. mihi* 307. Martyrologio *Ordinis Prædicatorum*, Iacobo de Susato, *In Chronica Ordinis Prædicatorum in calce fol.* 171. Hieronymo Bursello Bononiensi, *in Vitis P P. Generalium Ordinis*, & Seraphino Razzio, *in Historia de Viris Illustribus Ordinis Prædicatorum pag. mihi* 150. 1324. *Fr. Barnabas Vercellensis.*

Anno humanæ salutis millesimo tercentesimo octuagesimo è gremio Prouinciæ Lombardiæ in Capitulo Generali Bononiæ electus fuit in vigesimum tertium Mag. Generalem Ordinis Fr. Raymundus de Capua Conuentus S. Dominici Venetiarum occasione reformationis filius factus ad quem à Conuentu suo ori- 1380. *Fr. Raymundus de Capua.*

originali transtulerat antea affiliationem; Vir doctus, atque probitate vitæ fulgens. Ex Chronico *Constitutionum Ordinis Prædicatorum pag.* 311. Martyrologio, *Dominicano*, Iacobo de Susato, *in Chronico Ordinis fol. mihi* 174. Hieronymo Bursello de Bononia, *in Vitis PP. Magistrorum Generalium Ord. Præd.* & Seraphino Razzio, *in Historia Illustrium Virorum Ordinis Præd. pag. mihi* 160. qui omnes prædictum Raymundum de Capua ex Priori Prouinciali Lombardiæ electum fuisse in Magistrum Generalem Ordinis asseruere.

1401. *F. Thomas de Firmo.* Anno Domini millesimo quadringentesimo primo in locum Patris Raymundi de Capua defuncti, è gremio Prouinciæ Lombardiæ in Capitulo Generali vltimò celebrato electus fuit in Magistrum Generalem totius Ordinis vigesimum quartum P. Fr. Thomas de Firmo Picenus Prouinciæ Lombardiæ alumnus, Vir prudentia, doctrina, morumque probitate clarus. Ex Chronico *Constitutionum Ordinis Prædicatorum pag. mihi* 311. Iacobo de Susato, *in Chronico Ordinis fol. mihi* 175. Martyrologio, *Ordinis Prædicatorum*, Hieronymo Bursello Bononiensi, *in Vitis PP. Generalium Ordinis*, & Seraphino Razzio, *in Historia Ordinis, de Viris Illustribus Ordinis pag. mihi* 161.

1462. *Fr. Conradus de Ast.* Anno ab Incarnatione Dominica millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo è gremio Prouinciæ Lombardiæ in Capitulo Generali Nouariensi electus fuit in trigesimum Magistrum Generalem Ordinis P. Fr. Conradus de Ast Prouinciæ Lombardiæ, Vir singulari doctrina eximius. Ex Chronico *Constitutionum Sacri Ordinis Prædicatorum pag. mihi* 316. Martyrologio, *Dominicano*, Iacobo de Susato, *in Chronica Ordinis Prædicatorum fol. mihi* 177. *à tergo*, Hieronymo Bursello, *in Vitis Magistrorum Generalium Ordinis*, & Seraphino Razzio, *in Historia Ordinis, de Viris Illustribus Ordinis pag. mihi* 162.

1484. *F. Bartholomeus de Bononia.* Anno ab vniuersali reparatione Orbis millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto è gremio pariter Prouinciæ Lombardiæ in Capitulo Romæ celebrato electus fuit in trigesimum quartum Magistrum Generalem Ordinis P. Fr. Bartholomeus Comatius Bononiensis, ex Vicario Generali Prouinciæ Lombardiæ; litteratissimus Vir, prudentiaque clarus. Ex Chronico *Constitutionum Ordinis Prædicatorum pag. mihi* 318. Martyrologio *Ordinis Prædicatorum*, Iacobo de Susato, *fol. mihi* 178. *à tergo Chronicæ Ordinis*, Hieronymo Bursello, *in Vitis Generalium Ordinis Prædicatorum*, & Seraphino Razzio, *in Historia de Viris Illustribus Ordinis pag. mihi* 163.

Anno nostræ salutis millesimo quadringentesimo octuagesimo sexto, è gremio similiter Lombardiæ Prouinciæ in Capitulo Generali Venetijs celebrato electus fuit in trigesimum sextum Magistrum Generalem totius Ordinis ex Priore Prouinciali Lombardiæ P. F. Ioachimus Turriani Venetus, Vir probus, ac doctus, qui 13. annis, & duobus mensibus laudabiliter Ordinem rexit. Ex Chronico *Constitutionum Ordinis Prædicatorum pag. mihi* 319. Martyrologio *Dominicano*, Iacobo de Susato, *in Chronica Ordinis fol.* 179 Hieronymo Bursello, *in Vitis Generalium Ordinis Prædicatorum*, & Seraphino Razzio, *in Historia Ordinis, de Viris Illustribus Ordinis, pag. mihi* 164 1486. *Fr. Ioachimus de Venetijs.*

Anno salutiferæ Incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo primo è gremio pariter Prou. Lomb. in Capitulo Generali Romano electus fuit in trigesimum septimum Magistrum Generalem Ordinis P. Fr. Vincentius Bandellus de Castronouo Terdonensis Diœcesis Lombardus; Vir sapientia, atque doctrina celebris, singularique Religionis zelo dotatus. Ex Chronico *Constitutionum Ordinis Prædicatorum pag mihi* 321. Martyrologio, *Ordinis Prædicatorum*, Iacobo de Susato, *in Chronica Ordinis Prædicatorum fol. mihi* 180. Hieronymo Bursello, *in Vitis Magistrorum Generalium Ordinis*, & Seraphino Razzio, *in Historia Ordinis de Viris Illustribus Ordinis pag. mihi* 165. 1501. *Fr. Vincentius Bandellus.*

Anno Domini millesimo quingentesimo octauo in capitulo Romæ in Festo Sanctissimo Pentecostes celebrato, communi omnium lætitia, vnanimiter electus est in trigesimum nonum Magistrum Generalem totius Ordinis Pater Frater Thomas de Vio Caietanus Prouinciæ Lombardiæ alumnus prius Conuentus S. Mariæ Angelorum Ferrariæ, deinde Conuentus S. Mariæ Gratiarum Mediolani ad preces Ducis Mediolanensis, ac perinde Lombardus ex Procuratore Generali Ordinis, Vir acutissimo ingenio dotatus, profundissimaq; Sapientia ornatus. Ex Chronico *Constitu-* 1508. *F. Thomas de Vio Caietanus.*

tionum Ordinis Prædicatorum pag. mihi 323. Martyrologio *Ordinis Prædicatorum*, Iacobo de Susato, *in Chronica Ordinis Prædicatorum fol. mihi* 181. Hieronymo Bursello, *in Vitis Magistrorum Generalium Ordinis*, & Seraphino Razzio, *in Historia Ordinis, de Viris Illustribus Ordinis pag. mihi* 166.

1525. *F. Franciscus de Ferraria.* Anno reparatæ salutis millesimo quingentesimo vigesimo quinto è gremio Prouinciæ Lombardiæ in Capitulo Romæ celebrato in quadragesimum Magistrum Generalem Ordinis electus fuit vnanimiter P. Fr. Franciscus Siluestri Ferrariensis, Vir sapientissimus, in omnique facultate, atque disciplina versatissimus, dum actu erat Vicarius Generalis Ordinis.. Ex Chronico *Constitutionum Ordinis Prædicatorum pag. mihi* 329. Martyrologio *Dominicano*, Iacobo de Susato, *in Chronica Ordinis fol. mihi* 183. Hieronymo Bursello, *in Vitis Magistrorum Generalium Ordinis*, & Seraphino Razzio, *in Historia Ordinis, de Vitis Illustribus Ordinis pag. mihi* 171.

1530. *Fr. Paulus Butigella.* Anno salutis humanæ millesimo quingentesimo trigesimo in Capitulo Generali Romano, mortuo Reuerendissimo P. Francisco Siluestro Magistro Generali Ordinis in eius locum item è gremio Prouinciæ Lombardiæ, electus fuit P. Fr. Paulus Butigella Papiensis, qui similiter ex Vicario Generali Ordinis factus fuit Magister Generalis Ordinis, Vir scientia morumq; probitate vndequaq; commendabilis. Ex Chronico *Constitutionum Ordinis Prædicatorum pag. mihi* 329. Martyrologio *Ordinis Prædicatorum*, Hieronymo Bursello, *in Vitis PP. Generalium Ordinis*, atq; Seraphino Razzio, *in Historia Ordinis, de Vitis Illustrium Virorum Ordinis Prædicatorum.*

1539. *Fr. Augustinus Recuperatus.* Anno Reparatæ salutis millesimo quingentesimo trigesimo nono in Capitulo Generali Romæ celebrato è gremio Prouinciæ Lombardiæ electus fuit in quadragesimum tertium Magistrum Generalem Ordinis P. Fr. Augustinus Recuperatus Fauentinus ex Vicario Generali Ordinis, Vir sapientissimus, sagax, acrique ingenio dotatus. Ex Chronico *Constitutionum, Ordinis Prædicatorum pag. mihi* 332. Martyrologio *Dominicano*, nec non Seraphino Razzio, *in Historia de Viris Illustribus Ordinis pag. mihi* 173.

1553. *Fr. Stephanus Vsusmaris.* Anno salutis humanæ millesimo quingentesimo quinquagesimo tertio, è gremio Prouinciæ Lombardiæ in Capitulo Generali Romano ad Festum Pentecostes electus fuit in quadragesimum sextum Magistrum Generalem Ordinis P. Fr. Stephanus Vsusmaris Ianuensis ex Vicario Generali Ordinis, Vir scientia, atque dexteritate vndequaque dignus. Ex Chronico *Constitutionum Ordinis Prædicatorum pag. mihi* 337. Martyrologio *Dominicano*, atque Seraphino Razzio, *in Historia Ordinis Illustrium Virorum Ordinis Prædicatorum pag. mihi* 179.

1558. *Fr. Vincentius Iustinianus.* Anno à Dominica Incarnatione millesimo quingentesimo quinquagesimo octauo, in Capitulo Generali Romæ celebrato è gremio pariter Prouinciæ Lombardiæ assumptus fuit ad supremum regimen Ordinis, ac perinde creatus in quadragesimum septimum Magistrum Generalem Ordinis P. Fr. Vincentius Iustinianus Chiensis Conuentus S. Mariæ de Castello Genuæ alumnus, ex Vicario Generali Ordinis, Vir in omni ferme disciplinarum genere eruditissimus. Ex Chronico *Constitutionum Ordinis Prædicatorum pag. mihi* 330. Martyrologio, *Ordinis Prædicatorum*, atque Seraphino Razzio, *in Historia Ordinis, de Viris Illustr. Ordinis pag. mihi* 180.

1571. *Fr. Seraphinus Caballus.* Anno à Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi millesimo quingentesimo septuagesimo primo è gremio quoq; Prouinciæ Lombardiæ in Capitulo Generali Romano in quadragesimum octauum Magistrum Generalem totius Ordinis Prædicatorum electus fuit P. Fr. Seraphinus Caballus Brixiensis, Vir doctrina, morumque probitate præclarissimus. Ex Chronico *Constitutionum Ordinis Prædicatorum pag. mihi* 344. Martyrologio *Ordinis Prædicatorum*, nec non Seraphino Razzio, *in Historia Ord. de Viris Illustribus Ordinis pag. mihi* 182.

1580. *Fr. Paulus Constabilis.* Anno similiter ab Incarnatione Dominica millesimo quingentesimo octuagesimo, è corpore Prouinciæ Lombardiæ in Capitulo Generali celebrato Romæ ex Magistro Sacri Palatij Apostolici in quadragesimum nonum Magistrum Generalem totius Ordinis Prædicatorum Gregorio XIII. Summo Pontifice annuente electus fuit P. Fr. Paulus Constabilis Ferrariensis, Vir doctrina, Religionisque zelo insignis. Ex Chronico *Constitutionum Ordinis Prædicatorum pag. mihi* 345. Martyrologio *Dominicano*

no, atque Seraphino Razzio, *in Historia Illustrium Virorum Ordinis Prædicatorum pag. mihi* 190.


1583. *Fr. Sixtus Fabri.* Anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo tertio è gremio pariter Prouinciæ Lombardiæ, defuncto Venetijs Paulo Constabili Magistro Generali Ordinis in Magistrum quinquagesimum Generalem totius Ordinis Prædicatorum in Capitulo Generali Romæ celebrato, ex Magistro Sacri Palatij Apostolici electus fuit P. Fr. Sixtus Fabri Lucensis, Vir doctissimus, atque Religionis zelantissimus. Ex Chronico *Constitutionum Ord. Prædicatorum pag. mihi* 345. Martyrologio *Dominicano*, atque Seraphino Razzio, *in Historia illustrium Virorum Ordinis pag. mihi* 192.

1589. *Fr. Hyppolitus Maria Beccaria.* Anno similiter ab Orbe reparato millesimo quingentesimo octuagesimo nono, de Choro PP. Prouinciæ Lombardiæ in Capitulo Generali Romano assumptus, & creatus fuit quinquagesimus primus Magister Generalis in locum Reuerendissimi Sixti Fabri Lucensis P. Fr. Hyppolitus Maria Beccaria de Monte Regali Pedemontanus Filius Conuentus S. Mariæ Gratiarum Mediolani, Vir doctus, atque deuotissimus. Ex Chronico *Constitutionum Ordinis Prædicatorum pag. mihi* 345. Martyrologio *Dominicano*, nec non Seraphino Razzio, *in Historia Illustrium Virorum Ordinis Prædicatorum pag. mihi* 199.

1607. *Fr. Augustinus Galaminus.* Anno quoque ab Incarnatione Dominica millesimo sexcentesimo septimo è gremio Prouinciæ Lombardiæ ad regimen totius Ordinis inque quinquagesimum tertium Magistrum Generalem totius Ordinis Prædicatorum in Capitulo Generali pro Festo Pentecostes Romæ celebrato, electus fuit P. Fr. Augustinus Galaminus Brisichellensis Fauentinæ Diœcesis, ex Magistro Sacri Palatij Apostolici, Vir aliàs doctrina morumque integritate celeberrimus, qui postea à Paulo Papa V. Burghesio factus fuit Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis tituli B. Mariæ de Ara Cœli. Ex Chronico *Constitutionum Sacri Ordinis Prædicatorum pag. mihi* 347. & Martyrologio *Ordinis Prædicatorum*.

Anno à Dominica Incarnatione pariter millesimo sexcentesimo duodecimo è gremio Prouinciæ Lombardiæ in Capitulo Romano ad regimen totius Ordinis FF. Prædicatorum assumptus fuit ex Vicario Generali Ordinis, & creatus fuit quinquagesimus quintus Magister Generalis totius Ordinis Prædicatorum P. Fr. Seraphinus Siccus Papiensis, Vir in omni ferè disciplinarum genere versatissimus, Diuinique cultus obseruantiæ quoque Regularis zelantissimus. Ex Actis Capituli Generalis, *Romæ* 1612. *celebrati*, ex Martyrologio, *Dominicano* nec non ex Chronico *Constitutionum Ordinis Prædicatorum pag. mihi* 347. 1612. *F. Seraphinus Siccus.*

Anno tandem à Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi, millesimo sexcentesimo quadragesimo quarto è gremio Prouinciæ Lombardiæ, in Capitulo Generali Romæ celebrato electus fuit ex Procuratore Generali Ordinis in quinquagesimum sextum Magistrum Generalem totius Sacri Ordinis Prædicatorum, Reuerendissimus P. Fr. Thomas Turcus Cremonensis vnanimi omniũ Vocalium consensu, qui zelo Religionis feruens visitauit Prouincias Germaniæ inferioris, Galliarum, atq; Hispaniarũ, & vbiq; celebratus fuit Phenix ingeniorum sui seculi. Ita ex Actis Capituli Generalissimi Romæ celebrati *Anno Domini M.DC.XLIV. de Mense Maij, ex Denunciatione* 4. *pag.* 2. *Fr. Thomas Turcus.*



TABVLA CHRONOLOGICA II.

Illustrium Virorum Prouinciæ Lombardiæ Sacri Ordinis Prædicatorum, qui propter singularem doctrinam, atque sapientiam per diuersa tempora à diuersis Romanis Pontificibus ad munus Magisterij Apostolici Palatij in Apostolica Curia exercendum assumpti fuere, iuxtà illud Apostoli. Attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ. *Epist. 1. ad Timot. 9.*

TABVLA II.



Vale sit munus dignissimi Officij Magisterij Sacri Palatij Apostolici Sacro Fratrum Prædicatorum Ordini ab Apostolica Sede demandati; Vbi, quando, à quonam Romano Pontifice primo initium habuerit, à quo primo; & postea successiuè administratum fuerit, ad quem similiter finem in Curia Apostolica salubriter fuerit introductum? abundè referunt Illustrissimus D. Christophorus Marcellus Archiepiscopus Corcirensis, siue Corphiensis *lib. 3. Sacrarum Cæremoniarum*, D. Antoninus Archiepiscopus Florentinus *p. 3. Summæ Historialis, tit. 23. cap. 2. §. 3.* Illustrissimus D. Franciscus Ghiacceti Episcopus Fesulanus, *in Vita D. Dominici*, prope finem. Nec non Martinus Nauarra, *in Commentarys, cap. non dicatis, num. 33.* Ioannes Antonius Flaminius, *in Vita Diui Dominici*, Thomas Maluenda, *in Annalibus Ordinis ad annum* 1218. Reginaldus Lucarinus, *de Magistris Apostolici Palatij*, atque Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. 2. cap. 5. de Magistris Sacri Palatij pag. mihi* 408. Vbi non solum recenset singulares tanti muneris Apostolici prerogatiuas, sed vlterius omnes, ac singulos à Diui Dominici tempore primi Apostolici Palatij Magistri vsque in præsentem diem successiuè refert. Nostri autem instituti cum sit Prouinciæ Lombardiæ litteratissimos Viros dumtaxat, qui à Romanis Pontificibus ad hanc sublimem Magisterij Apostolici dignitatem euecti fuere recensere; omissis cæterarum Prouinciarum viris alias in litteraria Palestra, eiusdem Apostolici Palatij Magistris illos dumtaxat è gremio Prouinciæ Lombardiæ assumptos hic referemus.

Primus itaque post Sanctissimum Patrem Dominicum, qui ex Ordine FF. Prædicatorum ab Honorio Papa III. anno millesimo ducentesimo vigesimo primo, è gremio Prouinciæ Lombardiæ ad exercendum dignissimum munus Magisterij Sacri Palatij Apostolici, vnde tanta sublimitas in Ordinem postea FF. Prædicatorum meritò deriuauit; extitit P. Fr. Bartholomeus de Bragantijs Vincentinus Lombardiæ Prouinciæ alumnus, qui postea Necomiensis Episcopus in Cyprio Regno, deinde Legatus Domini Papæ in Syriam ad Sanctum Ludouicum Regem Gallorum missus, ac postremo Vicentinus Episcopus creatus fuit, Vir doctissimus, cunctisque virtutibus quæ dignissimum Ecclesiæ Pastorem exornare consueuerunt dotatus. Ex Ferdinando Vghello, *in Italia Sacra Tom. 5.* Spondano, *in Actuario Chronologico ad Annal. Baronij*, Seraphino Razzio, *in Historia Illustrium Virorum Ordinis pag. mihi* 206. & Vincentio Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. 2. cap. 5. de Magistris Sacri Palatij Apostolici num. 2. pag. mihi* 426. *col. 1.* — 1221. *F. Bartholomeus de Bragantys.*

Anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo quinto, vacante Magisterio Sacri Palatij Apostolici per assum- — 1245. *Fr. Annibaldus de Annibaldis.*

sumptionem Bartholomei de Bragantijs ad Episcopatum Necomiensem in Regno Cyprio, ab Innocentio Papa IV. è gremio Prouinciæ Lombardiæ in Magistrum Sacri Palatij Apostolici subrogatus fuit P. Fr. Annibaldus de Annibaldis Romanus, Conuentus Sanctæ Sabinæ de Vrbe filius; Vir in Theologia eruditissimus, qui & ab Vrbano Papa IV. in numerum Eminentissimorum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium connumeratus fuit. Ex Alphonso Ceuonio, *inter Cardinales*, Seraphino Razzio, *in Historia Illustrium Virorum Ordinis*, *pag. mihi* 206. *num.* 3. & Vincentio Maria Fontana, *in Theatro Dominicano p.* 2. *cap.* 5. *de Magistris Apostolici Palatij num.* 3. *pag. mihi* 426. *col.* 2. ex Lucarino, Plodio, atque Fernandez; *in Catalogo Magistrorum Palatij Apostolici*.

1272. *Fr. Petrus de Angellellis.* Anno à Reparato Orbe millesimo ducentesimo septuagesimo secundo, vacante iterum Sacri Palatij Apostolici Magisterio per obitum Patris Guillelmi Bonderinensis, è gremio Prouinciæ Lombardiæ ad idem officium à Gregorio X. Summo Pontifice assumptus fuit P. Fr. Petrus Angellellus Bononiensis, Conuentus Sancti Dominici Bononiæ alumnus; Vir litteratissimus, qui postea ab eodem Gregorio eodem Anno 1272. Episcopus Lucensis creatus fuit. Ex Ferdinando Vghello, *in Italia Sacra Tom.* 1. *inter Episcopos Lucenses*, Seraphino Razzio, *in Historia Illustrium Virorum Ordinis*, Vincentio Maria Fontana, *in Theatro Dominicano p.* 2. *cap.* 5. *De Magistris Palatij Apostolici, num.* 5. *pag. mihi* 427. *col.* 2. & Vincentio Riualio, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto*, *pag.* 76. *lit. P.*

1326. *F. Bartholomeus de Piscialis.* Anno à Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi millesimo tercentesimo vigesimo sexto è gremio Prouinciæ Lombardiæ à Ioanne Papa XXII. creatus fuit Sacri Palatij Apostolici Magister P. Fr. Bartholomeus de Piscialis nobilis Bononiensis; Vir sapientissimus, qui fuit discipulus, atque auditor Sancti Thomæ Aquinatis, quique postea ob egregias animi dotes ab eodem Ioanne XXII. factus fuit Armeniæ Archiepiscopus. Ex Seraphino Razzio, *in Historia Illustrium Virorum Ordinis pag. mihi* 207. Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustr. Ordinis lib.* 1. *p.* 1. Ferdinando Vghello, *Tom.* 5. *Italiæ Sacræ inter Turcellenses Episcopos*, Vincentio Maria Fontana, *in Theatro Sacro p.* 2. *de Ministris Sedis Apostolicæ cap.* 5. *de Mag. Sacri Palatij Apostolici num.* 13. *pag. mihi* 430. *col.* 1. & Vincentio Riualio de Bononia, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ pag. mihi* 12. *lit. B.*

1334. *F. Armandus de Bellouiso.* Anno Domini millesimo tercentesimo trigesimo quarto, è gremio Prouinciæ Lombardiæ à Benedicto XII. Pontifice Maximo creatus fuit in Mag. Sacri Palatij Apostolici P. F. Armandus de Bellouiso Conuentus Bononiensis filius, Vir eruditissimus. Ex Sebastiano Olmeda, *in Vita Seruati Magistri Ordinis*, Vincentio Maria Fontana, *in Theatro pag.* 431. Ludouico Prælormitano, *in Catalogo filiorum Conuentus Bononiensis*, & Vincentio Riualio, *in Catalogo Illustr. Virorum Prouinciæ Lombardiæ pag. mihi* 10. *lit. A.*

1379. *F. Vgolinus de Camerino.* Anno Reparatæ Salutis millesimo tercentesimo septuagesimo nono è gremio Prouinciæ Lombardiæ ab Vrbano VI. Pontifice Maximo ad dignitatem Magisterij Sacri Palatij Apostolici promotus fuit P. Fr. Vgolinus de Camerino Prouinciæ Lombardiæ alumnus; Vir in Sacra Theologia, Diuinaque Scriptura eruditissimus. Ex Seraphino Razzio, *in Historia Illustrium Virorum Ord. pag. mihi* 209. Leandro Alberti, *de Viris Illustr. Italiæ*, Hieronymo Bersello, *in Vitis Generalium Ordinis*. Reginaldo Lucarino, *de Magistris Apostolici Palatij*, Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustribus Ordinis p.* 2. *lib.* 3. Alphonso Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, & Vincentio Maria Fontana, *in Theatro Sacro p.* 2. *pag. mihi* 435. *col.* 1.

1395. *Fr. Iacobus Arigonus.* Anno similiter nostræ salutis millesimo tercentesimo nonagesimo quinto, è gremio Prouinciæ Lombardiæ ad Magisterium Sacri Palatij Apostolici à Bonifacio Papa IX. in locum P. Vgolini de Camerino assumptus fuit P. Fr. Iacobus Arigonus de Lauda Lombardus, Vir omni doctrinarum copia dotatus, qui postea à Gregorio Papa XII. Laudensis Episcopus creatus, Concilijs Pisano, atque Constantiensi interfuit, contraque Hieronymum de Praga Hæresiarcham gloriosè disputauit. Ex Ferdinando Vghello, *in Italia Sacra Tom.* 2. 4. & 5. Reginaldo Lucarino, *de Magistris Sacri Palatij Apostolici*, Leandro Alberti, *de Viris Illustr. Italiæ*, Seraphino Razzio, *in Historia Ordinis*, *de Viris Illustr. Ord.*

pag. mihi 210. & Vincentio Maria Fontana, *in Theatro Sacro p. 2. cap. 5. pag. mihi* 435. *col.* 2.

1492. *Fr. Paulus de Monelia.* Anno quoque à Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo, è choro Religiosorum Prouinciæ Lombardiæ ab Alexandro Papa VI. ad Magisterium Apostolici Palatij assumptus fuit P. Fr. Paulus de Monelia Ligur ex Inquisitore Ianuensi; Vir litteratissimus, qui postea ob egregia sui merita erga Sanctam Sedem Apostolicam ab eodem Alexandro Papa VI. ad Ecclesiam Chiensem, illiusque Episcopatum promotus fuit; ex Seraphino Razzio, *in Historia Ordinis, de Viris Illustr. Ordinis pag. mihi* 214. Sebastiano Olmeda, *in Vitis Generalium,* Reginaldo Lucarino, *de Magistris Sacri Palatij Apostolici*, Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustr. Ordinis p.* 2. *lib.* 2. & Vincentio Maria Fontana, *in Theatro Sacro p.* 2. *cap.* 5. *pag. mihi* 441. *col.* 2. *num.* 36.

1502. *Fr. Ioannes Maria de Ferraria.* Anno similiter millesimo quingentesimo secundo è gremio Prouinciæ Lombardiæ ad Magisterium Sacri Palatij Apostolici Alexander Papa VI. assumpsit P. Fr. Ioannem Mariam de Ferraria Virum sapientissimum, dum esset actualis Inquisitor Ferrariensis; de cuius litteratura scripsere Sebastianus Olmeda, *in Vitis Generalium Ordinis signanter in Vita Vincentij Bandelli,* Reginaldus Lucarinus, *de Magistris Palatij Apostolici*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ord. p.* 2. *lib.* 2. Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, Seraphinus Razzius, *de Viris Illustr. Ordinis pag. mihi* 214. & Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p.* 2. *cap.* 5. *pag. mihi* 442. *col.* 2. *num.* 38. *& alij.*

1512. *F. Syluester de Prierio.* Anno ab Incarnatione Dominica millesimo quingentesimo duodecimo; vacante Magisterio Apostolici Palatij per obitum P. Fr. Ioannis Mariæ de Ferraria Sacri Palatij Apostolici, à Iulio Papa II. in eius locum è gremio Prouinciæ Lombardiæ subrogatus fuit, & electus Magister Sacri Palatij Apostolici P. Fr. Syluester de Prierio natione Pedemontanus Prouinciæ Lombardiæ alumnus, qui cum esset litteratissimus vir, prius factus fuit Studij Bononiensis Regens, Vicarius Generalis Congregationis Lombardiæ Inquisitor deinde Brixiensis, postmodum Mediolanensis, ac tandem Sacri Palatij Apostolici Magister, qui & egregiè scripsit contra Lutherum, vt suo loco referemus. Ex Parisio de Grassis Bononiensi Pisaurensi Episcopo primo Ceremoniarum Magistro, *de Substitutione Thomæ Badiæ*, Vincentio Maria Fontana, *in Theatro Dominicano p.* 2. *cap.* 5. *de Magistris Palatij Apostolici*, *tit.* 39. *pag. mihi* 443. *col.* 1. & Vincentio Riualio, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ manuscripto pag. mihi* 62. *num.* 117. atque Ambrosio de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis ad Annum* 1523. *pag. mihi* 245. *col.* 2. §. *Syluester Mazulensis, siue Mazolius, Patria Prieras.*

Anno pariter à Dominica Incarnatione millesimo quingentesimo vigesimo tertio post mortem P. Syluestri Prierij à Clemente Papa VII. creatus fuit P. Fr. Thomas Badia Mutinensis Sacri Palatij Apostolici Magister, vir doctrina, atque eruditione famosissimus, qui summa cum sui laude, Venetijs, Ferrariæ, atq; Bononiæ iam antea publicè Philosophiam, atque Theologiam docuerat. Vnde & à Paulo III. Pontifice Maximo S. R. E. Presbyter Cardinalis creatus fuit. Ex Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustr. Ordinis p.* 2. *lib.* 4. *inter Cardinales*, Reginaldo Lucarino, *de Magistris Sacri Palatij Apostolici*, Sebastiano Olmeda, *in Vita Thomæ de Vio Caetani; siue vt melius dicam, in Vita Pauli Butigellæ Magistris Generalis Ordinis*, Vincentio Maria Fontana, *in Theatro Sacro p.* 2. *cap.* 5. *de Magistris Sacri Palatij Apostolici pag. mihi* 444. *col.* 1. & Ambrosio de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis pag. mihi* 294. *ad annum* 1547. *col.* 1. 1523. *F. Thomas Badia.*

Anno similiter à Natiuitate Domini millesimo quingentesimo quadragesimo secundo promoto ad Sacram Purpuram P. Thoma Badia Mutinensi Magistro Sacri Palatij Apostolici, Sanctissimus in Christo P. Paulus Papa III. in Magistrum Sacri Palatij Apostolici creauit P. Fr. Bartholomeum Spinam de Pisis Prouinciæ Lombardiæ, signanter Conuentus Sanctorum Thomæ, & Appollinaris Papiensis alumnum, virum vndequaque sapientissimum, qui antea in Bononiensi, summa sui laude exercuerat munus Magistri Studentium, Baccalaureatus, nec non Regentis; qui, & egregie scripserat aduersus errores Petri Pomponatij, antequam in Concilio Lateranensi sub Leone Papa X. publicè proscribe- 1542. *Fr. Bartholomeus Spina.*

ren-

rentur. Ex Cardinali Pallauicino, *in Historia Concilij Tridentini lib. 8. cap. 1, num. 1.* Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustr. Ordinis*, Reginaldo Lucarino, *de Magistris Sacri Palatij*, Vincentio Maria Fontana, *in Sacro Theatro p. 2. cap. 5. pag. 444. col. 2.* Ambrosio de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis ad annum 1546. pag. mihi 292. col. 1.* & Vincentio Riualio, *in Catalogo Illustr. Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ pag. mihi 14. num. 53. ad annum 1542.*

1546. *Fr. Petrus Martyr de Brixia.* Anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo sexto; sequuto P. Bartholomei Spinæ obitu in Magistrum Palatij Apostolici, à Paulo III. Pontifice Maximo creatus fuit P. Fr. Petrus Martyr de Brixia Prouinciæ Lombardiæ alumnus, vir eruditissimus Eminentissimi Domini Cardinalis Badiæ Amicissimus, inter Theologos sui æui præstantissimus, qui in Studio Bononiensi Regens meritissimus fuit; & vix expleto suæ assumptionis anno morte præuentus, suæ litteraturæ potiora indicia posteritati reliquit; scripta nonnulla tanto viro digna. De quo Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. Ordinis p. 2. lib. 4.* Reginaldus Lucarinus, *de Mag. Palatij Apostolici*, apud Vincentium Mariam Fontanam, *in Theatro Sacro p. 2. cap. 5. de Mag. Sacri Palatij Apostolici pag. mihi 445. tit. 42. col. 2.*

1547. *Fr. Ægidius Fuscararius.* Anno ab Incarnatione Dominica millesimo quingentesimo quadragesimo septimo è gremio Prouinciæ Lombardiæ vacante Magisterio Sacri Palatij Apostolici per obitum Reuerendissimi Patris Petri Martyris de Brixia, à Paulo III. Pontifice Maximo in eius locum, creatus fuit Magister Sacri Palatij Apostolici, P. Fr. Ægidius Fuscararius nobilis Bononiensis ex Inquisitore, atque Priore Bononiensi, vir doctrina omnibus numeris præclarissimus, vnde & creatus fuit Episcopus Mutinensis, nec non Missalis, atque Breuiarij Romani de mandato PP. Concilij Tridentini corrector Apostolicus, cui pariter, & demandata fuit cura formandi Chatechismum Romanum. Ex Ferdinando Vghello, *tom. 2. Italiæ Sacræ*, Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustr. Ordinis p. 2. lib. 8.* Reginaldo Lucarino, *de Mag. Apostolici Palatij*, Vincentio Maria Fontana, *in Theatro Sacro p. 2. cap. 5. de Mag. Sacri Palatij Apostolici tit. 43. pag. mihi 446. col. 1.* & Vincentio Riualio, *in Catalogo Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ pag. mihi 21. lit. R. num. 94.*

1550. *F. Hieronymus Muzarellus.* Anno similiter à Reparatione Orbis millesimo quingentesimo quinquagesimo promoto ad Episcopatum Mutinensem, P. Ægidio Fuscarario, è gremio Prouinciæ Lombardiæ Sanctissimus in Christo Pater Iulius Papa III. creauit Magistrum Sacri Palatij Apostolici egregium virum P. Fr. Hieronymum Muzarellum nobilem Bononiensem; Ex Inquisitore Bononiensi virum doctissimum, famaque per Orbem clarissimum, qui postea ob singulares animi dotes ab eodem Iulio Papa III. Archiepiscopus Compsanus in Neapolitano Regno præconizatus fuit; de quo scripserat, Ferdinandus Vghellus, *Tom. 6. Italiæ Sacræ*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustr. p. 2. lib. 4. in Appendice*, Reginaldus Lucarinus, *de Magistris Sacri Palatij Apostolici*, & Vincentio Maria Fontana, *in Theatro Sacro p. 2. cap. 5. de Magistris Sacri Palatij Apostolici tit. 44. pag. mihi 446. col. 1.*

1564. *Fr. Daniel de Crema.* Anno pariter à reparato Orbe millesimo quingentesimo sexagesimo quarto è gremio Prouinciæ Lombardiæ à Sanctissimo in Christo Patre Pio Papa IV. assumptus fuit Pater Fr. Daniel de Crema ex Inquisitore aduersus hæreticam prauitatem ad Magisterium Sacri Palatij Apostolici, vir cordatus, atque doctus, de quo Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, Reginaldus Lucarinus, *de Magistris Sacri Palatij Apostolici*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustribus Ordinis p. 2. lib. 4.* apud Vincentium Mariam Fontanam, *in Theatro Sacro p. 2. cap. 5. de Magistris Palatij Apostolici. tit. 46. pag. mihi 447. col. 2.*

1573. *Fr. Paulus Constabilis.* Anno quoque à Dominica Incarnatione millesimo quingentesimo septuagesimo tertio è sinu Prouinciæ Lombardiæ, à Gregorio XIII. Pontifice Maximo assumptus fuit ad Magisterium Sacri Palatij Apostolici ex Inquisitore primo Ferrariensi; deinde Mediolanensi Pater Frater Paulus Constabilis de Ferraria, Conuentus Sanctæ Mariæ Angelorum alumnus; Vir eruditissimus, qui & postea Magister Generalis Ordinis, post obitum Reuerendissimi Patris Seraphini Caballi Brixiensis, denunciatus fuit.

Ex

Ex Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustribus Ordinis p. 2. lib. 4.* Reginaldo Lucarino, *de Magistris Sacri Palatij Apostolici*. Alphonso Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, & Vincentio Maria Fontana, *in Sacro Theatro Dominicano p. 2. cap. 5. de Magistris Sacri Palatij Apostolici tit. 48. pag. mihi 448. col. p.*

1580. Fr. Sixtus Fabri. Anno similiter à reparato Orbe Millesimo quingentesimo octuagesimo è gremio Prouinciæ Lombardiæ ad Magisterium Sacri Apostolici Palatij Gregorius Papa XIII. promouit Patrem Fratrem Sixtum Fabri Lucensem Neapolitani Conuentus Sanctæ Catharinæ super Formellum alumnum; Virum litteratissimum in Alma Vrbe, fama clarissimum, qui postea ob egregia sui merita totius Ordinis Prædicatorum Magister Generalis creatus fuit; cuius meminere Ioannes Michael Plodius *de Viris Illustribus Ordinis p. 2. lib. 4.* Reginaldus Lucarinus, *de Magistris Sacri Palatij Apostolici*. Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*; nec non Vincentius Maria Fontana, *in Sacro Theatro Dominicano p. 2. cap. 5. de Magistris Apostolici Palatij tit. 49. pag. mihi 448. col 2.*

1583. Fr. Thomas Zobius. Anno pariformiter a Dominica Incarnatione Millesimo quingentesimo octuagesimo tertio è gremio Lombardiæ Prouinciæ Pater Fr. Thomas Zobius de Brixia, dum actu esset Sancti Officij de Vrbe Generalis Commissarius, promotus fuit à Sanctissimo in Christo Patre Gregorio XIII. Pontifice Maximo ad sublimem Sacri Palatij Apostolici Magisterij gradum, in qua dignitate doctrinæ fama, in alma Vrbe per sex annos sanctissimè Religionis obseruantiæ exemplar vixit, sepultusq; est post eius obitum in Ecclesia Sanctæ Sabinæ, Anno Domini millesimo octuagesimo nono. Ex Ferdinando Vghello, *Tom. 8. Italiæ Sacræ*. Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustribus Ordinis p. 2. lib. 4.* Reginaldo Lucarino *de Magistris Sacri Palatij Apostolici*. Alphonso Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, & Vincentio Maria Fontana, *in Sacro Dominicano Theatro, p. 2. cap. 5. de Magistris Sacri Palatij Apostolici, tit. 50. pag. mihi 449. col. p.*

1597. Fr. Ioannes Baptista Lancius. Anno pariter à Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi millesimo quingentesimo nonagesimo septimo, è gremio Prouinciæ Lombardiæ à Clemente Papa VIII. assumptus fuit ex Inquisitore Ianuensi ad munus Magisterij Sacri Palatij Apostolici Pater Fr. Ioannes Baptista Lancius Regiensis Lombardus, qui & præcedenter munus Secretarij Sacræ Congregationis Indicis in Romana Curia exercebat; Vir vndequaque celeberrimus; De quo, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustribus Ordinis p. 2. lib. 4.* Reginaldus Lucarinus, *de Magistris Sacri Palatij Apostolici*, & Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*; apud Vincentium Mariam Fontanam, *in Sacro Dominicano Theatro p. 2. cap. 5. de Magistris Sacri Palatij Apostolici tit. 53. pag. mihi 450. col. p.*

1598. Fr. Io: Maria Guanzellus. Anno similiter humanę salutis millesimo quingentesimo nonagesimo octauo è viuentium luce Io: Baptista Lancio sublato Sanctissimus in Christo Pater Clemens VIII. Pontifex Maximus è gremio Prouinciæ Lombardiæ ad munus Magisterij Sacri Palatij Apostolici assumpsit Patrem Fr. Ioannem Mariam Guanzellum Brisichellensem Fauentinæ Diœcesis Prouinciæ Lombardiæ alumnum; Virum eruditissimum, in Euangelicaque prædicatione celeberrimum sui temporis, qui & tandem ob egregias animi dotes, à Paulo Papa V. anno millesimo sexcentesimo septimo ad Polynianensem Ecclesiam in Apuliam promotus fuit; Vbi & anno millesimo sexcentesimo decimo nono, cum morte vitam commutauit, in Cathedralique Ecclesia sepultus est. Ex Ferdinando Vghello *Tom. 7. Italiæ Sacræ*, Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustribus Ordinis p. 2. lib. 4.* Alphonso Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, & Reginaldo Lucarino, *de Magistris Sacri Palatij Apostolici*; apud Vincentium Mariam Fontanam, *in Theatro Sacro Dominicano, p. 2. de Ministris Apostolicæ Sedis cap. 5. de Magistris Sacri Palatij Apostolici tit. 56. pag. mihi 450. pag. 2.*

1607. F. Augustinus Galaminus. Anno pariformiter à Redemptione Orbis millesimo sexcentesimo septimo, vacante Magisterio Sacri Palatij Apostolici per assumptionem ad Ecclesiam Polynianensem Reuerendissimi Patris Magistri Guanzelli, è gremio pariter Lombardiæ Prouinciæ, a Paulo V. Pontifice Maximo, ad Magisterium Sacri Palatij Apostolici ex Commissario Generali Sancti Officij de Vrbe assumptus fuit Pater Frater Augustinus Galaminus, de

de Brisighella Fauentinæ Diæcesis Lombardiæ Prouinciæ alumnus, signanter Fauentini Conuentus Filius; Vir non minus morum integritate, quàm doctrina celebris, qui ex Inquisitore primum Brixiensi, deinde Placentino, nec non Genuensi, atque Mediolanensi, tandem ex Commissario Sancti Officij Romæ Sacri Palatij Apostolici Magister omnium gratulatione denunciatus fuit; Qui & postea sequenti anno electus fuit Magister Generalis Ordinis Prædicatorum, ac tandem ob singularis animi dotes anno millesimo sexcentesimo vndecimo ab eodem Sanctissimo Domino nostro Paulo Papa V. Burghesio, dum Galliarum Cœnobia visitaret inter Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales numeratus fuit relinquens post se anno millesimo sexcentesimo trigesimo nono, in quo Cœlum, vt piè credimus, ascendit, perennem suæ doctrinæ, atque Sanctitatis memoriam. Cuius laudes celebrant, Ferdinandus Vghellus, *Tom. p. Italiæ Sacræ inter Episcopos Auximenses, ac Lauretanos*. Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustribus Ordinis p. 2. lib. 4.* Reginaldus Lucarinus, *de Magistris Sacri Palatij Apostolici*. Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*. Acta Capituli Generalis Valentiæ Ordinis Prædicatorum 1647. §. *In Prouincia Lombardiæ, fol. mihi* 50. & Vincentius Maria Fontana, *in Sacro Theatro Dominicano p. 2. De Ministris Apostolicæ Sedis, cap. 5. de Magistris Sacri Palatij Apostolici. tit. 55. pag. mihi* 451. *col. p.*

1639. Fr. Vincentius Maculanus. Anno similiter ab Orbe reparato millesimo sexcentesimo trigesimo nono vacante in alma Vrbe Magisterio Sacri Palatij Apostolici per obitum Reuerendissimi Patris Magistri Fratris Nicolai Riccardi Ianuensis, *il Padre Mostro*, nuncupati, è gremio Prouinciæ Lombardiæ Sanctissimus in Christo Pater Vrbanus, Diuina Prouidentia Papa VIII. ex Commissario Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & Vniuersalis Inquisitionis ad Magisterium Sacri Palatij Apostolici assumpsit Patrem Fratrem Vincentium Maculanum de Florentiola Nobili Insubriæ Oppido Placentinæ Lombardiæ Diœcesis, Conuentus Ticinensis Sanctorum Thomæ, & Appolinaris alumnum; Virum cordatum, ac doctum, qui gloriosè in principalioribus Prouinciæ Lombardiæ Conuentibus expletis Lecturis, Papiensis primo, Ianuensis deinde Inquisitor, aduersus hæreticam prauitatem declaratus, quinimo & Procurator Generalis Ordinis, nec non Vicarius Generalis eiusdem, deinde Commissarius Generalis Sancti Officij de Vrbe, ac tandem Magister Sacri Palatij Apostolici institutus fuit, qui & anno secundo eiusdem Magisterij, hoc est de anno millesimo sexcentesimo quadragesimo primo creatus fuit ab eodem Sanctissimo Domino Vrbano Papa VIII. Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis. Cuius meminit P. Vincentius Maria Fontana, *in Sacro Dominicano Theatro p. p. de Pastoribus Ecclesiarum cap. 2. de S. R. E. Cardinalibus num.* 42. *pag. mihi* 40. *col. p. cap. 4. de Archiepiscopis tit.* 13. *pag. mihi* 60. *col* 2. *num.* 3. *inter Archiepiscopos Beneuentanos, & p. 2. de Ministris Apostolicæ Sedis, cap. 5. de Magistris Sacri Palatij Apostolici num.* 60. *pag. mihi* 453. *col.* 2. & Ferdinandus Vghellus *Tom.* 8. *Italiæ Sacræ*.

1682. Fr. Dominicus Maria Puteobonellus. Postremo anno ab Incarnatione Dominica millesimo sexcentesimo octuagesimo secundo, vacante Magisterio Sacri Palatij Apostolici ob assumptionem Reuerendissimi Patris Fratris Raymundi Capisucij Magistri Sacri Palatij Apostolici ad Sacram Purpuram Sanctissimus Dominus noster Innocentius Diuina Prouidentia Papa XI. è gremio similiter Prouinciæ Lombardiæ, ad præfatam Magisterij Sacri Palatij Apostolici dignitatem assumpsit Reuerendiss. Patrem Fratrem Dominicum Mariam Puteobonellum de Sauona, Sanctæ Romanæ Vniuersalis Inquisitionis Generalem Commissarium ex Prouincia Lombardiæ Conuentus Sanctæ Mariæ de Castello Genuæ alumnum; Virum doctrina, morumque probitate præclarissimum Ordinis Prædicatorum lumen, in quo munere per sex annos, hoc est, vsque ad annum millesimum sexcentesimum octuagesimum octauum egregiè è Cathedra docendo in Romana Curia, omnium animos in suæ Sapientiæ, morumque probitatis admirationem conciliauit, Ex Pastorali, funebrique Reuerendissimi Patris Fratris Antonini Cloche Magistri Generalis totius Ordinis Prædicatorum, *Epistola ad Fratres, Data Romæ anno* 1688.

Qui circa Sacri Palatij Apostolici Magisterium in genere plura alia notatu digna, tum ratione Officij, tum

ratione Personæ singulorum, qui in Magisterio Diui Dominici vsque ad nostra tempora ad tam sublime munus assumpti fuere desiderat, euoluat Historiam *de Viris Illustribus Ordinis*, Reginaldi Lucarini *de Magistris Sacri Palatij Apostolici*: nec non Patris Magistri Vincentij Mariæ Fontanæ, *Sacrum Dominicanum Theatrum*, *signanter parte secunda*, *de Ministris Apostolicæ Sedis*, *capite 5. de Magistris Sacri Palatij Apostolici*. Vbi quicquid humana mens desiderare poterit, veluti in summario, siue in compendio habebit.



TA-

TABVLA CHRONOLOGICA III.

Amplissimorum Virorum Prouinciæ Lombardiæ Sacri Ordinis Prædicatorum, qui propter singularem doctrinam, è gremio Prouinciæ Lombardiæ ab Apostolica Sede ad regimen Commissariatus Generalis Sanctæ Romanæ, ac Vniuersalis Inquisitionis assumpti fuere, iuxtà illud Apostol. Sumentes Scutum Fidei, &c.

TABVLA III.



Voniam iuxtà Apostoli dicta. Ex Fide iustificat gentes Deus, & hi tantum, qui ex fide sunt, benedicentur cum Fideli Abraham, ad Galatas cap. 3. Idcirco ad abolendum pœnitus è Christi Fidelium mentibus omnem hæresis notam, prouidè per Apostolicam Sedem, sub Pontificatu Sanctissimi in Christo Patris Pauli Papæ III. de Officio Inquisitoris, siuè Generalis Commissarij Sanctissimæ Inquisitionis Romanæ instituendo, qui contra suspectos de hæresi etiam in alma Vrbe inquirere ex officio deberet, statutum fuit; idque totum à persona amplissimi, litteratissimique Viri exequendum, cui ex Commissariatus Generalis Officio, formatio processus, respectu eorum, qui Romæ degunt, ac eorumdem carceratio, carceratorumque custodia incũbere deberet, verum etiam respectu eorum, qui extrà Vrbem sunt; præcipuarum Causarum Vrbis, & Orbis in materia hæresis, fidelissimum statum in Sacra, atque suprema Eminentissimorum, ac Reuerendissimorum Dominorum Cardinalium Sancti Officij Congregatione, coram præfatis Eminentissimis, ac Reuerendissimis Dominis Cardinalibus, pro meritorum præfatarum Causarum digno examine, atque expeditione, exponere. Ac tandem ad eumdem Reuerendissimum Patrem Commissarium Generalem ex Officio eorundem Eminentissimorum, atque Reuerendissimorum Dominorum Cardinalium præfatæ Congregationis Sancti Officii de cæteris Inquisitoribus exteris, per litteras Eminentissimi, atque Reuerendissimi Domini Cardinalis Sigilli præmemoratæ Sacræ Congregationis Sancti Officij Romæ, respectiuè terminatarum propriarum Causarum significare. Et istud est Reuerendissimi Patris Generalis Commissarij Sancti Officij de Vrbe munus, ab Apostolica Sede pro recto regimine summi fidei negotij eidem demandatum. Ad tam itaque sublimem Commissariatus Generalis gradum ex amplissimis, litteratissimisque Prouinciæ Lombardiæ Patribus.

Anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo è gremio Prouinciæ Lombardiæ ex Inquisitore Bergomensi à Iulio Papa III. primus omnium promotus fuit Pater Frater Michael Ghislerius de Prouincia Lombardiæ in Oppido Boschi Alexandrinæ Diœcesis ortus, Vir litteratissimus, morumque integritate præclarissimus, qui Lecturis, atque Præfecturis insignioribus Prouinciæ Lombardiæ Conuentibus perlustratis, tandem Commissarius Sancti Officij Generalis de Vrbe, deinde Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis, & postremò Summus Pontifex creatus fuit anno millesimo quingentesimo sexagesimo sexto. Quem summopere celebrant, Abraham Bzouius, *in Annalibus Ecclesiasticis, in Tomo inscripto Summus Pontifex, siue Pontifex Romanus.* Antonius Gabutius, *in Vita B. Pij Papæ V.* 1551. *Fr. Michael Ghislerius.*

V. Plodius, *de Viris Illustribus Ordinis p.* 2. *lib.* 4. & Vincentius Maria Fontana *in Theatro Sacro p.p. de Pastor. Eccles. cap. p. tit.* 3. *& p.* 3. *tit.* 3. *num.* 2. *pag. mihi* 541. *col. p.*

1554. *Fr. Iulius Pauesius.* Anno millesimo quingentesimo quinquagesimo quarto, facta promotione B. Pij V. à Paulo Papa IV. Fr. Iulius Pauesius de Quinzano Brixiensis Diœcesis, vir morum probitate, parique doctrina conspicuus, qui à Iulio Papa III. Michaeli Ghislerio in locum Commissariatus Sancti Officij de Vrbe subrogatus, fuit, postquam Pius Papa V. ad Ecclesiam sibi ab Apostolica Sede designatam perrexit, qui postmodum promotus fuit ad Ecclesiam Sancti Leonis in Calabria, & deinde ad Vestanensem sedem translatus fuit; ac tandem ad Archiepiscopatum Seuerentianum. Ex Vincentio Maria Fontana *in Theatro p.p. cap.* 4. *tit.* 95. *pag. mihi* 101. *col.* 2. *num.* 2. 1654. *Promoto Iulio Pauesio videlicet Paulus Papa IV.*

1656. *F. Thomas Scotus.* Anno à Partu Virginis millesimo quingentesimo quinquagesimo sexto, promoto Beato Pio V. ad Episcopatum Montis Regalis, Paulus Papa IV. è gremio Prouinciæ Lombardiæ ex Inquisitore, ad Commissariatum Generalem Sancti Officij de Vrbe assumpsit Patrem Fratrem Thomam Scotum de Rochegiano Vigleuanensis Diœcesis Lombardum, Virum doctrina, atque prudentia celeberrimum, qui postea à Pio Papa IV. Anno millesimo quingentesimo sexagesimo quinto creatus fuit Episcopus Interamnenses in Vmbria. De quo Ferdinandus Vghellus, *in Italia Sacra Tom. p. inter Interamnenses Episcopos.* Ioannes Michael Plodius, *de Viris illustribus Ordinis p.* 2 *lib.* 4. Ludouicus à Paramo, *de Origine Sanctissimæ Inquisitionis lib.* 2. *tit.* 2. *cap. p.* Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, & Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro. p.* 3. *cap.* 3. *de Commissarijs Generalibus Sancti Officij. tit.* 3. *pag. mihi* 541. *col.* 2. *num.* 3.

1561. *F. Archangelus Blancus.* Anno similiter humanæ salutis millesimo quingentesimo sexagesimo quinto vacante Commissariatu Generali Sancti Officij de Vrbe per assumptionem Patris Thomæ Scoti ad Ecclesiam Interamnensem, è gremio Lombardiæ Prouinciæ, in eius Locum à Pio Papa IV. creatus fuit Commissarius Generalis Sanctæ Romanæ Vniuersalis Inquisitionis Pater Fr. Archangelus Blancus de Gambalò Vigleuanensis Diœcesis; Vir in omni disciplinarum genere eruditissimus, qui ob singulares animi dotes à B. Pio Papa V. prius promotus fuit ad Theanensem Ecclesiam in Neapolitano Regno; deinde ab eodem Beatissimo Pio Papa V. creatus fuit Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Præsbiter Cardinalis, sub tit. Sancti Cæsarij anno millesimo quingentesimo septuagesimo, ex Ferdinando Vghello, *Tom.* 6. *Italiæ Sacræ*, nec non *Tom.* 7. *ejusdem Italiæ Sacræ*, Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustribus Ordinis p.* 2. *lib.* 4. Alphonso Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, & Vincentio Maria Fontana, *in Theatro Sacro p. p. de Pastor. Eccles. cap.* 2. *de Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus. tit.* 36, *pag. mihi* 37. *col.* 2. *& p.* 3. *de Ministris Apostolicæ Sedis cap.* 3. *de Commissarijs Generalibus Sancti Officij. tit.* 3. *pag. mihi* 542. *col. p. num.* 4. *§. Scoto igitur successor datur.*

1566. *Fr. Vmbertus Locatus.* Anno quoque à reparato Orbe, millesimo quingentesimo sexagesimo sexto; post assumptionem ad Theanensem Ecclesiam Patris Archangeli de Gambalò, ex delectu Beatissimi Pij Papæ V. declaratus fuit Commissarius Generalis Sancti Officij de Vrbe, Pater Fr. Vmbertus Locatus Placentinus Lombardus, ex Inquisitore prius Placentino deinde Papiensi, Vir sui æui in omni facultate, & signanter in Iure Pontificio versatissimus, qui & eruditissimum illud volumen, omnibus Inquisitoribus per necessarium, opus Iudiciale inscriptum, compilauit. Qui & à Beato Pio Papa V. ob egregia sui merita erga Sanctam Sedem Episcopus Balneoregiensis creatus fuit anno millesimo quingentesimo sexagesimo octauo; cuius meminit Ferdinandus Vghellus, *tom.* 8. *Italiæ Sacræ*. Ludouicus de Paramo, *de Origine Sanctissimæ Inquisitionis lib.* 2. *tit.* 2. *cap. p.* Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustribus Ordinis p.* 2. *lib.* 4. apud Vincentium Mariam Fontanam, *in Sacro Theatro Dominicano p.* 3. *de Ministris Apostolicæ Sedis cap.* 3. *de Commissarijs Sancti Officij de Vrbe tit.* 3. *pag. mihi* 542. *col. p. num.* 5.

1588. *Fr. Antonius Balducius.* Item Anno ab Incarnatione Dominica millesimo quingentesimo sexagesimo octauo promoto Patre Vmberto Locato ex Commissario Generali Sancti Officij de Vrbe ad Balneoregiensem Ecclesiam

in

in Vmbria, è gremio Prouinciæ Lombardiæ à Beatissimo Pio Papa V. in locum Generalis Commissarij Sancti Officij Vniuersalis, atque Generalis Inquisitionis Romanæ subrogatus fuit Pater Fr. Antonius Balducius Foroliuiensis Prouinciæ Lombardiæ Alumnus, qui ob singularem sui doctrinam in Prouincia Lombardiæ meritò extitit Prior Prouincialis, cum antea extitisset Prior, atque Inquisitor Bononiensis; quemadmodum & à Gregorio Papa XIII. ex Commissario Generali Sancti Officij creatus fuit Episcopus Treuisanus, Anno millesimo quingentesimo septuagesimo sexto. De quo Ferdinandus Vghellus, *Tom.* 8. *Italiæ Sacræ*. Ludouicus de Paramo, *de Origine Sanctissimæ Inquisitionis*. Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustribus Ordinis p.* 2. *lib.* 4. & Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p.* 3. *cap.* 3. *de Commissarijs Generalibus Sancti Officij tit.* 3. *pag. mihi* 542. *col.* 2. *num.* 6.

1576. *Fr. Thomas Zobbius.* Anno pariformiter à Virgineo partu millesimo quingentesimo septuagesimo sexto in locum Reuerendissimi Patris Antonij Balducij ex Commissario Generali ad Tricanam Sedem promoti à Gregorio XIII. Pontifice Maximo ad munus Commissarij Generalis Sancti Officij Vrbis, & Orbis, è gremio Prouinciæ Lombardiæ nominatus fuit Pater Frater Thomas Zobbius de Brixia; Vir tam in Theologia Scholastica, quàm in Iure Pontificio Sapientissimus, tantæ praxis in materia Sancti Officij, vt ipse idem fuerit, qui ad vltimam perfectionem redegit Opera Francisci Pegnæ in materijs ad Sanctum Tribunal Inquisitionis spectantibus; qui & ab eodem Gregorio Papa XIII. postea creatus fuit Magister Sacri Palatij Apostolici anno millesimo quingentesimo octuagesimo tertio. Quem celebrant inter cæteros Franciscus Pegna, *in Epistola Proemiali Directorij Sancti Officij*, Ludouicus Paramus, *de Origine Sanctissimæ Inquisitionis lib.* 2. *cap. p. tit.* 2. Alfonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, Riginaldus Lucarinus, *de Magistris Sacri Palatij Apostolici*, & Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p.* 3. *cap.* 3. *tit.* 3. *pag. mihi* 542. *col.* 2. *num.* 7.

1583. *Fr. Lactantius de Vrceis.* Anno quoque à Dominica Incarnatione millesimo quingentesimo octuagesimo tertio, è gremio Prouinciæ Lombardiæ, in locum Reuerendissimi Zobbij ad Magisterium Sacri Palatij Apostolici promoti, à Sanctissimo Domino nostro Gregorio XIII. creatus fuit Commissarius Generalis Sancti Officij de Vrbe ex Inquisitore Papiensi, Pater Frater Lactantius Rampholdus ab Vrceis Brixiensis Diæcesis vir doctrina, atque prudentia clarus, postquam sua sapientia, atque prælatura insigniores Prouinciæ Lombardiæ Conuentus illustrauerat. Quod munus per quinquenium laudabiliter rexit, Defunctusque Romæ anno millesimo quingentesimo octauo, sub Pontificatu Sixti Papæ V. Sepultus fuit in Sanctæ Sabinæ Ecclesia; cuius meminit, Ludouicus à Paramo *de Origine Sanctissimæ Inquisitionis, lib.* 2. *cap p. tit.* 2. & Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, relati à Vincentio Maria Fontana, *in Sacro Theatro Dominicano p* 3. *cap.* 3. *de Ministris Sanctæ Inquisitionis tit.* 3. *de Commissarijs Generalibus Sancti Officij. pag. mihi* 543, *col. p. num.* 8.

Anno similitèr nostræ salutis millesimo quingentesimo octuagesimo octauo; in locum præmortui Reuerendissimi P. Magistri Lactantij Rampholdi Commissarij Generalis è gremio Prouinciæ Lombardiæ institutus fuit Generalis Commissarius Sancti Officij in Alma Vrbe, à Sixto Papa V. Pater Frater Hippolitus Maria Beccaria à Monte Regali Pedemontanus Conuentus Sanctæ Mariæ Gratiarum Mediolanensis alumnus, vir omnium sui temporis in qualibet facultate eruditissimus, qui sui Lecturis Conuentibus Prouinciæ Lombardiæ insignioribus illustratis, Prior Bononiensis primò, deinde factus Prior Prouincialis vtriusque Lombardiæ, in Capitulo Prouinciali Mantuano nondum annum suæ ætatis trigesimum octauum ingressus, tandem denuntiatus fuit Commissarius Generalis Sanctissimæ Inquisitionis Romanæ; & postremo ex Commissario Generali Sancti Officij ob egregia sui merita, electus fuit Magister Generalis totius Ordinis Prædicatorum anno millesimo quingentesimo octuagesimo nono. Quem celebrant. Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustribus Ordinis p.* 2. *lib.* 4. Ludouicus à Paramo *de Origine Sanctissimæ Inquisitionis lib.* 2, *tit.* 2. *cap.* 1. Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, & Vincentius Maria Fon- 1588. *Fr. Hyppolitus Maria Beccaria.*

 tana,

tana, *in Sacro Theatro Dominicano p. 3. cap. 3. tit. 3. pag. mihi 543. col. p. num. 9.*

1589. *Fr. Vincentius de Monte Sancto.* Item de Anno ab Incarnatione Dominica millesimo quingentesimo octuagesimo nono assumpto Reuerendissimo Patre Magistro Hippolito Maria Beccaria ad Generalatum totius Ordinis Prædicatorum, è gremio Prouinciæ Lombardiæ à Sixto V. Pontifice Maximo ad sublime munus Commissariatus Generalis Sancti Officij Sanctæ Romanæ, & Vniuersalis Inquisitionis assumptus fuit Pater Frater Vincentius de Monte Sancto Picenus, Conuentus Sancti Seuerini filius, de Prouincia Lombardiæ. Theologus celebris, qui in principalioribus Prouinciæ Lombardiæ Conuentibus docuit, præfuit, atque in Officio Prioris Prouincialis vtriusque Prouinciæ Lombardiæ Conuentus rexit, atque visitauit; quemadmodum, & in Ciuitatibus Cremensi, atque Fauentina Sanctissimæ Inquisitionis Tribunal administrauit, sicque ex Inquisitore Fauentino Commissarius Generalis creatus fuit, ac tandem cum impositum sibi munus ab Apostolica Sede per trienium summa cum sui laude sustinuisset à Clemente Papa VIII. Aprutinus Episcopus denuntiatus fuit, Anno millesimo quingentesimo nonagesimo secundo, cuius meminit Ferdinandus Vghellus, *Tom. p. Italiæ Sacræ, inter Episcopos Aprutinos*, & cum eo Ioannes Michael Plodius, *in Appendice ad 2. p. Virorum Illustrium Ordinis lib. 4.* apud Vincentium Mariam Fontanam *in Sacro Theatro Dominicano. p. 3. de Ministris Sanctissimæ Inquisitionis cap. 3. tit. 3. de Commissarijs Generalibus Sancti Officij de Vrbe, pag. mihi 543. col. 2. num. 10.*

1592. *Fr. Albertus Dragus.* Anno Virginei partus millesimo quingentesimo nonagesimo secundo, promoto ad Aprutinam Sedem Reuerendissimo Patre Vincentio à Monte Sancto, creatus fuit à Clemente Papa VIII. Commissarius Generalis Sancti Officij de Vrbe Pater Frater Albertus Dragus de Florentiola, Insuber Placentinæ Diœcesis Lombardus, vir doctrina, morumque probitate clarus, qui iam antea Sanctissimæ Inquisitionis Tribunal aduersus hæreticam prauitatem respectiue dignissime Ianuæ, Fauentiæ, atque Mediolani per plures annos administrauerat, & tandem ex Commissario Generali Sancti Officij vniuersalis Inquisitionis Romanæ ab eodem Clemente VIII. Pontifice Maximo anno millesimo quingentesimo nonagesimo nono creatus fuit Termulanus Episcopus. Ex Ferdinando Vghello, *Tom. 8. Italiæ Sacræ*, Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustribus Ordinis p. 2. lib. 4.* Alphonso Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum.* & Vincentio Maria Fontana, *in Sacro Theatro Dominicano p. 3. cap. 3. de Commissarijs Generalibus Sancti Officij tit. 3. pag. mihi 544. col. p. num. 11.*

Anno similiter nostræ salutis millesimo quingentesimo nonagesimo nono, promoto Reuerendissimo Patre Alberto Drago ad Termulanam Ecclesiam ex Commissario Generali, è gremio Prouinciæ Lombardiæ assumpsit idem Clemens VIII. Pontifex Maximus Patrem Fratrem Deodatum Gentilem Ianuensem virum vndequaque Sapientissimum, in Commissarium Generalem S. Officij de Vrbe. Quem tandem idem Clemens Papa VIII. ob singulares eius animi dotes, ex Commissario Generali Sancti Officij ad Casertanam Ecclesiam in Regno Neapolitano transtulit Anno millesimo sexcentesimo quarto. Quem celebrant Ferdinandus Vghellus, *Tom. 6. Italiæ Sacræ*, Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*. Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustribus Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 4.* & Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. 3. cap. 3. tit. 3. de Commissarijs Generalibus Sancti Officij de Vrbe pag. mihi 544 col. p. num. 12.* 1599. *Fr. Deodatus Gentilis.*

Anno similiter nostræ salutis millesimo sexcentesimo quarto, promoto ad Casertanam Sedem in Neapolitano Regno Reuerendissimo Deodato Gentili Commissario Generali Sancti Officij subrogatus fuit in eius locum in Commissarium Generalem Sanctissimæ Inquisitionis vniuersalis Romanæ è gremio Prouinciæ Lombardiæ, à Clemente Papa VIII. Pater Frater Augustinus Gallaminus Brisichellensis Fauentinæ Diœcesis Prouinciæ Lombardiæ, signanter Fauentini Conuentus alumnus, vir doctrina, morumque integritate clarissimus, qui Conuentu Mantuano primò, deinde Fauentino, ac tandem Bononiensi sui Lectura illustratis, Sacroque Sanctissimæ Inquisitionis Tribunali integerrimè Apostolico zelo, parique prudentia Brixiæ, Placentiæ, Ianuæ, atque Mediolani administrato; Postremo ex Inquisitore Mediola- 1604. *Fr. Augustinus Galaminus.*

diolanensi promotus fuit ad Commissariatum Generale Sancti Officij, & inde à Paulo Papa V. ad Magisterium Sacri Palatij Apostolici; deinde ad Generalatum totius Ordinis Prædicatorum euectus, ac tandem ob egregia doctrinæ integerrimæ atque inculpate vitæ insignia, ab eodem Paulo Papa V. inter Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales nominatus fuit Anno millesimo sexcentesimo duodecimo. Cuius merita celebrant nostrates. Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*. Alphonsus Ciacconus, *in Vitis Eminentissimorum S. R. E. Cardinalium*, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustribus Ordinis p. 2. lib. 4.* & ex exteris Ferdinandus Vghellus, *Tom. p. Italiæ Sacræ*; apud Vincentium Mariam Fontanam, *in Theatro Sacro Dominicano p. p. de Pastoribus Ecclesiarum. Cap. 2. de S. R. E. Cardinalibus tit. 40. pag. mihi 38. col. p. & parte 3. cap. 3. De Commissarijs Generalibus Sancti Officij de Vrbe tit. 3. pag. mihi 544. col. 2. num. 13.*

1608. *Fr. Stephanus de Vicarijs.* Anno pariter Domini millesimo sexcentesimo octauo instituto ex Commissario Generali Sancti Officij de Vrbe Reuerendissimo Patre Augustino Galamino, Sacri Palatij Apostolici dignissimo Magistro, Sanctissimus in Christo Pater Paulus Papa V. è gremio Prouinciæ Lombardiæ in eius locum creauit Commissarium Generalem in causis fidei in Vrbe Patrem Fratrem Stephanum de Vicarijs à Garexio Pedemontanum Prouinciæ Lombardiæ alumnum, virum doctum, atque cordatum, qui iam antea egregiè in Ciuitatibus signanter Anconæ; Fauentinæ, atque Mediolani aduersus hæreticam prauitatem Sanctissimæ Inquisitionis Tribunal, administrauerat, & ob singulares eius animi dotes ab eodem Paulo Papa V. Nuceriæ Paganorum in Neapolitano Regno Episcopus denunciatus fuit anno millesimo sexcentesimo decimo. Cuius mentionem dignissimam faciunt, Ioannes Michael Plodius *de Viris Illustribus Ordinis p. 2. lib. 4.* Ferdinandus Vghellus, *Tom. 7. Italiæ Sacræ*. Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*; & Vincentius Maria Fontana, *in Sacro Theatro Dominicano p. 2. cap. 3. de Commissarijs Generalibus Sancti Officij de Vrbe tit. 3. pag. mihi 544. col. 2. num. 14.*

Anno itidem Domini millesimo sexcentesimo decimo in locum Reuerendissimi Patris Stephani de Vicarijs aliàs Commissarij Generalis Vniuersalis Inquisitionis Romanæ promoti ad Nuceriæ Paganorum Ecclesiam à Paulo Papa V. Burghesio, è gremio Prouinciæ Lombardiæ substitutus fuit Pater Frater Andreas Iustinianus Ianuensis, Conuentus Sanctæ Mariæ de Castello Genuæ alumnus, vir in omni scientiarum genere, signanter verò in lingua Græca versatissimus, qui postmodum ob sui erga Sanctam Sedem in administrando Commissariatu Generali in Vrbe, egregia merita ab eodem Paulo Papa V. Insulanus Pastor creatus fuit, Anno millesimo sexcentesimo quartodecimo. Ex Ferdinando Vghello, *Tom. 9. Italiæ Sacræ*; Testimonioque Seniorum Patrum *Prouinciæ Lombardiæ*, qui tunc temporis extare dicebantur, apud Vincentium Mariam Fontanam, *in Theatro Sacro Dominicano p. 3. cap. 3. de Commissarijs Generalibus Sancti Officij de Vrbe, tit. 3. pag. mihi 544. col. p. num. 15.* 1610. *F. Andreas Iustinianus.*

Anno quoque à Virgineo partu millesimo sexcentesimo quartodecimo promoto ad Insulanam Sedem in Neapolitano similiter Regno Reuerendissimo Patre Andrea Iustiniani ex Commissarij Generalis Sancti Officij dignitate, ad supradictum munus Commissarij Generalis Vniuersalis Sanctæ Romanæ Inquisitionis exercendum idem Paulus Papa V. Burghesius è gremio Lombardiæ Prouinciæ assumpsit Patrem Fratrem Michaelem Angelum Seghetium Laudensem Lombardum; Virum doctissimum; qui non solum sui doctrina principaliores Prouinciæ Lombardiæ Religiosorum domus illustrauerat, sed & insuper in ciuitate tum Cremonensi, tum Mediolanensi Sanctissimæ Inquisitionis Tribunal summa cum laude rexerat. Quem posteà idem Paulus Papa V. propriæ Patriæ, in præmium meritorum Episcopum denunciauit, Anno millesimo sexcentesimo sextodecimo. Cuius meminit Ferdinandus Vghellus, *Tom. 4. Italiæ Sacræ*; relatus à Vincentio Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. 3. cap. 3. de Commissarijs Generalibus Sancti Officij de Vrbe tit. 3. pag. mihi 545. col. 1. num. 16.* 1614. *F. Michael Angelus Seghetius.*

Anno pariter à Dominica Incarnatione millesimo sexcentesimo sexto decimo, vacante Commissariatu Generali Sancti Officij de Vrbe, ob assumptionem ad Sedem Laudensem sub Metropolitana 1616. *Fr. Desiderius Scalea.*

Ecclesia Mediolanensi Reuerendissimi Seghetij, ab eodem in Christo P. Paulo Papa V. creatus fuit in eius locum Commissarius Generalis Supremi Tribunalis Sanctissimæ Inquisitionis Vrbis, & Orbis P. Fr. Desiderius Scalea de Brixia Lombardus Conuentus Cremonensis alumnus; Vir ingenij excellentis, ac versatissimus in litteris humanis, ac Diuinis, vtpotè, qui Cremonæ, Brixiæ, atque Mantuæ docuerat, & deinde gloriosissimè Papiæ, Cremonæ, nec non Mediolani Sanctissimæ Inquisitionis iura sustinuit, atque exercuit, quemadmodum, & Romæ in officio Commissarij Generalis Apostolicum zelum in sui munere exercendo, summopere ostendit; qui tandem ab eodem Paulo Papa V. ob præclara sui merita Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbiter Cardinalis sub titulo Ecclesiæ Sancti Caroli ad Cursum creatus est anno millesimo sexcentesimo vigesimo primo. Cuius meminit Ferdinandus Vghellus, *in Italia Sacra Tom. 5. inter Episcopos Comenses, siue Nouocomenses*, apud Vincentium Mariam Fontanam, *in Theatro Sacro p. p. de Pastoribus Eccles. cap. 5. de Episcopis tit. 195. pag mihi 177. col. 1. num. 3.* & idem Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. 3. cap. 3. de Commissarijs Generalibus S. Officij de Vrbe tit. 3 pag. mihi 545. col. 1. num. 16.*

1621. *Fr. Hippolitus Maria Lancius.* Anno pariter ab Incarnatione Dominica millesimo sexcentesimo vigesimo primo; promoto ad Sacram Purpuram Cardinalitiamque dignitatem Reuerendissimo P. Desiderio Scalea, à Paulo Papa V. in illius locum subrogatus fuit in Commissarium Generalem P. Fr. Hyppolitus Maria Lancius de Aqua nigra Dominij Sereni limæ Gonzaghæ familiæ Mantuanæ, vir vitæ probitate, æqualique doctrina conspicuus, nec non subtilis Sacrorum voluminum perscrutator, qui Cremonæ, atque Mediolani iam antea Inquisitor Apostolicus Sacrum Ius dixerat; & tādem postquam per duodecim annos in hoc Sacro Tribunali Commissariatus Generalis laudabiliter præfuisset dimisso munere in Conuentu Sanctæ Sabinæ de Vrbe vbi ad ducendum reliquos vitæ dies, dignitatibus, etiam Episcopalibus ab Vrbano Papa VIII. sibi oblatis humillimè reuocatis; se recepit placidè obdormiuit in Domino anno millesimo sexcentesimo trigesimo quarto. Cuius meminit Vincentius Maria Fontana, *in Sacro Dominicano Theatro p. 3. cap. 3. de Commissarijs Generalibus Sancti Officij de Vrbe, tit. 3. pag. mihi 545. col. 1. num. 18.*

Anno similiter Domini nostri Iesu Christi millesimo sexcentesimo trigesimo secundo, Dimisso Commissariatu Generali Sancti Officij de Vrbe, ab eodem Reuerendissimo Patre Hyppolito Maria Lancio, ab Vrbano Papa VIII. in eius locum subrogatus fuit Commissarius Generalis Sanctissimæ Inquisitionis P. Fr. Vincentius Maculanus de Florentiola oppido Placentinæ Diœcesis, Conuentus Papiensis alumnus; vir multiplici eruditione, tam sacra, quàm prophana, nec non insigniter in Mathematicis disciplinis imbutus, dexteritate, prudentiaque maxima in agendis præditus, qui aliàs Papiæ primò, deinde Ianuæ singulari cum sui laude Inquisitor præfuit, atque Romam vocatus est Procurator Generalis Ordinis Prædicatorum institutus, inde Commissarius Generalis Sancti Officij de Vrbe; postmodum Reuerendissimo P. Fr. Nicolao Riccardio Magistro Sacri Palatij Apostolici demortuo, ab Vrbano Papa VIII. Magister Sacri Palatij Apostolici institutus fuit, ac tandem ab eodem Vrbano VIII. Pontifice Maximo ob singulares animi dotes inter Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyteros Cardinales coaptatus fuit Anno Domini millesimo sexcentesimo quadragesimo primo. Quem celebrant Alphonsus Ciacconus, *in Vitis Eminentissimorum DD. Cardinalium*, & Vincentius Maria Fontana, *in Sacro Theatro Dominicano p. p. cap. 2. tit. 42. pag. mihi 40. col. 1. & p. 3. cap. 3. de Commissarijs Generalibus Sancti Officij tit. 3. pag. mihi 546. col. p. num. 19.* 1632. *Fr. Vincentius Maculanus.*

Anno itidem à Christi Domini Natiuitate millesimo sexcentesimo trigesimo nono; promoto ad munus Magisterij Sacri Palatij Apostolici Reuerendissimo P. Vincentio Maculano Commissario, in ipsius locum, è gremio Prouinciæ Lombardiæ ab Vrbano Papa VIII. ex Inquisitore Cremonensi substitutus fuit Commissarius Generalis Sancti Officij de Vrbe P. Fr. Ioannes Baptista de Martiuengo Lombardus Conuentus Sanctæ Mariæ Angelorum Ferrariæ alumnus; vir excellentis ingenij, doctrinarumque copia præditus, Theologus, atque Philosophus 1639. *F. Ioannes Baptista de Martinengo.*

sophus præclarissimus, eidem Vrbano Papæ VIII. acceptissimus, qui demandatum sibi onus in alma Vrbe, vsque ad annum millesimum sexcentesimum quadragesimum nonum summa cum sui laude sustinuit, & tandem hydropis diuturno morbo correptus, totius Lombardiæ Prouinciæ mœrore decessit. Cuius meminit Vincentius Maria Fontana, *in Sacro Theatro Dominicano p. 3. cap. 3. de Commissarijs Sancti Officij de Vrbe tit. 3. pag. mihi 546. col. p. num. 28.*

1649. *Fr. Vincentius Preti.* Anno à reparato Orbe millesimo sexcentesimo quadragesimo nono; vacante Commissariatu Generali Sancti Officij de Vrbe per obitum Reuerendissimi P. Ioannis Baptistæ de Martinengo, in eius locum ex Apostolica dispositione Sanctissimi Domini Nostri Innocentij Papæ X. successit P. Fr. Vincentius Preti Sarrauallensis Terdonensis Diæcesis, Statusque Mediolanensis Conuentus Papiensis alumnus Lombardus; Vir magni ingenij, atque doctrinæ, qui nedum in Prouincia Lombardiæ primas Magistrales Cathedras obtinuit, in Generaliq; Studio Bononiensi, non solum Regentis munus exercuit, sed & Sacros Canones ex professo elegantissimè explicauit, verū etiam Sanctissimæ Inquisitionis Tribunal laudabiliter Cremonæ, atque Bononiæ per plures annos administrauit, indeque ex Inquisitore Bononiensi Commissarius Generalis Sancti Officij de Vrbe assumptus fuit, in quo munere vsq; ad annum millesimum sexcentesimum sexagesimum quartum vixit; obijtq; die vltima Iulij, breui morbo correptus. Cuius meminit Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. 3. cap. 3 de Commissarijs Generalibus Sancti Officij de Vrbe tit. 3. pag. mihi 546. col. 1. num. 2.*

1664. *Fr. Consaluus Gritius.* Anno pariter à Natiuitate Domini millesimo sexcentesimo sexagesimo quarto defuncto Reuerendissimo Vincentio Preti Commissario Generali Sancti Officij de Vrbe è gremio Prouinciæ Lombardiæ Sanctissimus Dominus noster Alexander Papa VII. in modernum Commissarium Generalem Vniuersalis Inquisitionis Romanæ substituit P. Fr. Consaluum Gritium Æsinum Picænum, Conuentus Anconitani alumnum, virum ingenio, pietate, prudentia, nec non singulari doctrina dotatum; qui expletis in principalioribus Prouinciæ Lombardiæ Conuentibus lecturis, ex Socio in Vrbe Reuerendissimi P. Commissarij de Martinengo, factus fuit Inquisitor Placentinus, deinde Cremonensis, & postremo Mediolanensis, sicque ex Mediolanensi Inquisitore ad Commissarij Generalis Sancti Officij munus assumptus fuit, quo in officio per biennium dumtaxat vixit; obijt enim anno millesimo sexcentesimo sexagesimo sexto. Ex his, quæ habet Vincentius Maria Fontana, *in Sacro Theatro Dominicano p. 3. cap. 3. de Commissarijs Generalibus Sanctæ Vniuersalis Inquisitionis Romanæ tit. 3. pag. mihi 546. col. 2. num. 22.*

Anno à Virgineo Partu, millesimo sexcentesimo sexagesimo sexto in locum Reuerendissimi P. Gritij Commissarij Generalis prædefuncti, è gremio Prouinciæ Lombardiæ à Sanctissimo Domino nostro Alexandro Papa VII. meritò subrogatus fuit P. Fr. Dominicus Maria Puteobonellus de Sauona Ligur; Vir præcellenti, perspicacissimo ingenio dotatus, quinimò pari pietate, prudentia, atque singulari in omni litteratura eruditione, & signanter lingua Hebraica, atque Græca insignitus, qui ex Inquisitore Placentino ad summum Commissariatus Generalis Sancti Officij de Vrbe translatus fuit; & tandem ob egregia sui merita ab Innocentio Papa XI. ex Commissario Generali S. Officij de Vrbe ad Magisterium Sacri Palatij Apostolici promotus fuit Anno millesimo sexcentesimo octuagesimo secundo. 1666. *Fr. Dominicus Maria Puteobonellus.*

Anno pariter à Dominica Incarnatione millesimo sexcentesimo octuagesimo secundo, promoto Reuerendissimo P. Dominico Maria Puteobonello ex Commissario Generali Sancti Officij de Vrbe, ad Magisterium Sacri Palatij Apostolici; idem Sanctissimus Dominus noster Innocentius Papa XI. in Commissarium Generalem Sanctæ, & Vniuersalis Inquisitionis Romanæ creauit P. Fr. Thomam Mazzam Foroliuiensem Conuentus Foroliuiensis alumnum; Virum Studiosum, ac doctum, qui postquam eruditissimis sui Lecturis insigniores Prouinciæ Lombardiæ Religiosorum Domus illustrasset, Apostolicæ Sedis, Catholicarumque Doctrinarum defensioni applicatus, Sanctissimæ Inquisitionis Tribunal Cremæ, Vincentiæ, deinde Veronæ, postmodum Ianuæ; ac perinde Bononiæ egregiè administrauit, & tandē ex Inquisitore Bononiensi ad Commissariatum 1682. *Fr. Thomas Mazza.*

Generalem Sancti Officij de Vrbe translatus fuit; In quo munere singulari attentione Processum in Causa Michaelis Molinos, aliorumque complicium non sine ingenti labore cõpilauit qua propter innumeros eiusdem Michaelis Molinos impijssimos errores, durante eius Commissariatu, Apostolica Sedes, proscripsit, atque perpetuo damnauit anno millesimo sexcentesimo octuagesimo septimo duodecimo kal. Decembris; Sequentique anno millesimo sexcentesimo octauo omnium mœrore obijt. Ex Pastorali Epistola Reuerendissimi P. Magistri Ordinis, *ad Fratres Ordinis Prædicatorum*.

Anno tandem Reparatæ salutis millesi-
1688. mo sexcentesimo octuagesimo octauo,
Fr Thomas vacante Commissariatu Generali San-
Maria Bosius. ctissimæ Inquisitionis de Vrbe per obitum Reuerendissimi Patris Thomę Mazzæ, e gremio Prouinciæ Lombardiæ Sanctissimus Dominus noster Innocentius Diuina prouidentia Papa XI. delegit P. Fr. Thomam Mariam Bosium de Bononia in dignissimum Commissarium Generalem Sancti Officij de Vrbe Conuentus Bononiensis alumnum, Virum in diuinis, humanisque rebus præclarissimum, ingenio acutum, in Disciplinisque Philosophicis, ac Theologicis valdè eruditum; nec non morum candore, ardentique zelo, præsertim in exercendo Sanctissimi Tribunalis Officio celeberrimum; qui in insignioribus Prouinciæ Lombardiæ Conuentibus laudabiliter expletis lecturis, ac Placentiæ, nec non Ianuæ Sanctissimæ Inquisitionis egregiè munere administrato, postremo ob singulares sui animi dotes, ex Inquisitore Ianuensi ad Summum Commissarij Generalis Sancti Officij de Vrbe gradum assumptus fuit, in quo dignissimè viuit Prouinciæ Lombardiæ gloria, ordinisque Prædicatorum decor; quem Deus ad Nestorianos præseruet annos in maius Prouinciæ Lombardiæ incrementum, vt & corde enixè præcor.

Hæc de Commissariorum Generalium Sancti Offici de Vrbe Chronologica Historia sunt, quæ hucusque in maius Prouinciæ Lombardiæ ornamentum ex probatis Authoribus colligere potui. Diu viuas milector.



TA-

TABVLA CHRONOLOGICA IV.

Amplissimorum Virorum Prouinciæ Lombardiæ Sacri Ordinis Prædicatorum, qui ob singularem doctrinam, atque incomparabilem Sapientiam in Oecumenicis Concilijs, in publicis disceptationibus, inque dessignatis colloquijs, atque congressibus, siue pro Orthodoxæ Fidei defensione, siue pro Ecclesiæ Vniuersalis vnione, siue pro hæresum hæreticorumque confutatione, aut pro Apostolicæ Sedis exaltatione, arguendo, docendo, declarando, aut respectiuè quoquò modo in Concilijs, & extra, iuxtà illud (assumite, & gladium spiritus, quod est verbum Dei) *interesse voluere.*

Ad Ephes. cap. 6.

TABVLA IV.

1215. *Diuus Dominicus.*



Rimus omnium de inclyto FF. Prædicatorum genere, qui in aliquo ex Concilijs Generalibus coram Patribus, nec non coram Romano Pontifice in materia fidei, seù in defensione Catholicarum veritatum cum suspectis de Hæresi exprofesso disputauerit, extitit Sanctissimus Patriarca Dominicus Hispanus ex Regio stipite natus, Sacri Ordinis Prædicatorum, nec non Conuentus Bononiensis Prouinciæque Lombardiæ Fundator, qui in Concilio Oecumenico Lateranensi Romano 2. sub Innocentio Papa III. Anno millesimo ducentesimo quintodecimo, debellatis iam atque deuictis in partibus Galliarum Hæreticis Albigensibus, coram Romano Pontifice, ac Patribus in alma Vrbe congregatis occasione præfati Lateranensis Concilij Præsidente Innocentio Pontifice Maximo, contra Ioachimi Abbatis Florensis errores perorauit, nec non in eodem Concilio contra deliramenta Almerici Carnotensis Lutetiæ Parisiorum, impietatis Doctoris tam facundo ore tamque ardenti zelo disputauit, vt Episcopi contra hæreticos inquirerent. Ex Abrahamo Bzouio, *in Annal. Eccles. ad Annum* 1215. Bartholomeo Carranza, *in Summa Conciliorum*, & Alphonso Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*. Et quoniam Regis ad exemplum totus componitur Orbis; Hinc est, quod ad exemplum Diui Dominici in subsequentibus Oecumenicis Concilijs, per seriem de Sacra Dominicana Familia, Prouinciæ Lombardiæ interesse voluere, & infrascripti PP. respectiuè.

Indicto itaque, Anno millesimo ducentesimo quadragesimo quinto, ab Innocentio Papa IV. Concilio Lugdunensi primo, pro reformatione morum, pro tollendo Græcorum Schismate, nec non pro frænanda Saracenorum audacia, Tartarorumque Seuitia tollenda, atque pro recuperanda Hierusalem, simul eripiendo ab Infidelium manibus Domini nostri Sepulchro. In quo Generali Concilio summa veneratione Ludouico Galliæ Rege accepto, astitere in Templo Maximo Lugdunensis Vrbis, viri vndequaquè celeberrimi, inter quos Balduinus II. Imperator Orientalis; qui propè Inocentium IV. Pontificem Maximum sedit, & complures S. Romanæ Ecclesiæ Cardinales, Patriarchæ Constantinopolitanus, & Antiochenus, centum quadraginta Archiepiscopi, & Episcopi, 1245.

quàm

quàm plures Priores, Abbates, atque Theologi celeberrimi diuersorum Ordinum, & signanter de Ordine Prædicatorum, inter quos de Prouincia Lombardiæ interfuit.

Fr. Stephanus Stirpanus. Fr. Stephanus Stirpanus Archiepiscopus Turritanus Conuentus Bononiensis alumnus, in quo Conuentu extitit simul Prior, atque aduersus hæreticam prauitatem dignissimus Inquisitor, qui & de facto ob singulares animi dotes, profundamque doctrinam à Gregorio Papa IX. ex Inquisitore Bononiensi, Prioreque Prouinciæ Lombardiæ, translatus fuit ad Archiepiscopatum Turritanum in Sardinia ad annum millesimum ducentesimum trigesimum septimum. Ex Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustr. Ordinis lib.* 1. Ambrosio Taegio, *inter Monumenta p. p.* Alphonso Fernandez, *in Catal.* & Abrahamo Bzouio, *in Annal. Eccl. ad annum* 1254. *num.* 1. apud Fontanam, *in Theatro Sacro Dominicano p.* 2. *de Ministris Sedis Apostolicæ cap.* 3. *de Patribus in Concilijs tit.* 4. *pag. mihi* 368. *col.* 2.

Fr. Gregorius Fauentinus. Item eidem Concilio Lugdunensi I. ex Patribus Prouinciæ Lombardiæ interfuit, Fr. Gregorius Fauentinus, Episcopus Fanensis; vir omni eruditione clarus Prouinciæ Lombardiæ alumnus, qui in præparatione Euangelica eminens à Clero electus in Episcopum Fanensem, à Gregorio Papa IX. postea confirmatus fuit anno millesimo ducentesimo quadragesimo. Ex Diuo Antonino *in* 3. *p. Historiali*, Ferdinaudo Vghello, *tom.* 1. *Italiæ Sacræ*, Bzouio, *in Annal. Eccles. ad annum* 1254. apud Vincentium Mariam Fontanam, *in Sacro Theatro p.* 2. *de Ministris Apostolicæ Sedis cap.* 3. *de PP. in Concilijs tit.* 4. *pag. mihi* 368. *col.* 2.

F. Vgolinus de Ariraino. Interfuit quoque eidem Lugdunensi Concilio I. Fr. Vgolinus Episcopus Ariminensis, alumnus Prouinciæ Lombardiæ, quem Gregorius Pap. IX. ob scientiæ morumque excellentiam propriæ Patriæ Episcopum creauit circa annum millesimum ducentesimum trigesimum secundum. De quo Sebastianus Olmeda, *in Vita Reuerendissimi Ioannis Theutonici Magistri Ordinis*, Ferdinandus Vghellus, *tom.* 2. *Italiæ Sacræ*, Abraham Bzouius, *in Annalibus Eccles. ad annum* 1254. *num.* 1. apud Fontanam, *in Sacro Theatro Dominicano p.* 2. *de Ministris Apostolicæ Sedis cap.* 3. *de Patribus in Concilijs tit.* 4. *pag. mihi* 368. *col.* 1.

Item præfato Lugdunensi Concilio I. adfuit inter cæteros Patres, Reuerendissimus P. Ioannes Theutonicus Magister Ordinis Prædicatorum, qui ex Priore Prouinciali Prouinciæ Lombardiæ electus fuerat Magister Generalis totius Ordinis Prædicatorum, vir doctrina, atque sapientia, morumq; probitate clarus, cui discurrenti Romano Pontifici, quod ex Ordine Prædicatorum Apostolica Sedes tot Archiepiscopos, atque Episcopos, in dies assumpserit; Respondit Innocentius sub ridendo, Non esse necesse ponendam lucernam sub modio; sed super candelabrum. Ex Bzouio, *in Annal. Eccl. ad annum* 1254. apud Vincentium Mariam Fontanam, *in Theatro Sacro Dominicano p.* 2. *de Ministris Apostolicæ Sedis cap.* 3. *de PP. in Concilijs tit.* 4. *pag. mihi* 368. *col.* 2. *Fr. Ioannes Theutonicus.*

1247. *Fr. Petrus Martyr de Verona.* Anno Domini millesimo ducentesimo quadragesimo septimo, Fr. Petrus de Verona Lombardus vir doctrina, atque morum integritate clarus, cum esset Florentiæ Inquisitor ab Hæreticis Manichæis ad publicè disputandum de Articulis Fidei cum ipsis, prouocatus, fretus in Domino, cuius auxilium sibi promittebat ex alto; in manibus Catholicorum Sanctissimæ Crucis deposito Vexillo, ad decertandum cum Manichæis, atque Fraticellis Hæreticis in platea publica tota circumspectante Ciuitate descendit Fr. Petrus, qui postea factus fuit Christi Martyr; descendit inquam in arenam cum Hæreticis publicè disputando, docendo, arguendo, respectiuèque decidendo, atque damnando tali Fidei Catholicæ zelo, atque spiritu, vt validissimis victi Hæretici rationibus, se præcipites dederint. Sicque Manichæis, alijsque Hæreticis deuictis Diuus Petrus Martyr Triumphi Vexillum, quod quot annis in eiusdem rei beneficium ostenditur; militibus dederat ad fugandos rebelles, quod per totam Ciuitatem Florentinam etiam modo summa Religione in Festo S. Petri Martyris defertur, in titulum obtentæ præmemoratæ victoriæ, nec non in honorem eiusdem Sancti in loco certaminis erecta fuit Sancti Petri Martyris, Statua. Ex Abrahamo Bzouio, *in Annal. Eccles. ad Annum* 1234. *num.* 5. & Dominico Grauina, *in Sacro Deposito cap.* 22. apud Fontanam, *in Theatro Sacro Dominicano p.* 3. *cap.* 3. *de Inquisitoribus in Vrbe, tit.* 36. *pag. mihi* 577. *col.* 1. §.

1. §. *In Generalem Inquisitorem.*

1250. *Fr. Petrus Martyr de Verona.* Anno similiter ab Incarnatione Dominica millesimo ducentesimo quinquagesimo, cum esset Inquisitor Generalis Mediolanensis ad nouum conflictum cum Hæreticis habendum circa articulos Fidei publicè prouocatus est in Platea magna Mediolanensis Vrbis suscepitque partes Catholicæ Fidei ne coram tota Ciuitate ab impijs Manichæis labefactaretur, & cum præmunitus descenderet in arenam Diuinaque Gratia implorata, tam ardenti spiritu descendit in arenam, ac tanto fidei calore accensus vt tanquam sagittæ ignitæ de ore ipsius egrederentur Catholicæ veritates, quibus percussi pugnare amplius non valentes, ac conuictos plures se esse affirmantes cum Diuo Petro Martyre se contendere non posse fassi sunt, quam victoriam, & Deus euidentissimis signis Mediolani confirmare voluit, nam cum esset acrior pugna, Solque æstiuo tempore disputationem aliqualiter perturbaret ad orationem Sancti Petri Martyris, athletæ Domini statim apparuit candida nubes in cælo quasi illius triumphum coronatura, sicque Catholica fides signis, atque eiusdem Diui Petri Martyris virtute publicè confirmata fuit, hoc Anno millesimo ducentesimo quinquagesimo. Ex Ecclesiasticis Historijs. Alphonso Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum ad Annum* 1245.

1262. Circa Annum millesimum ducentesimum sexagesimum secundum cum PP. Ordinis Nostri pro Sacro Inquisitionis Officio in partibus Cathaloneæ plurima mala sustinerent, Beatus Vmbertus tunc temporis Magister Generalis Ordinis ad illas partes ex Prouincia Lombardiæ misit P. Paulum Christiani de Fabriano, qui fuerat Baccalaureus in Studio Bonouiensi, & Petrum de Genua alterum virum eruditissimum, qui cum cæteris Religiosis Ordinis nostri in Vinea Domini Sanctique Euangelij propagatione viriliter laborarunt. Quare.

1263. *Fr. Paulus Christiani.* Anno millesimo ducentesimo sexagesimo tertio sub die vigesima Iulij, coram Iacobo Aragoniæ Rege, eiusque Curiæ Nobilibus, Episcopis, Inquisitoribus, ac omnium Religionū præstantioribus Patribus in Barchinonensi Vrbe habita fuit publica, atque solemnis disputatio in materia Fidei, ab eodem P. Fr. Paulo Christiano Fabrianensi viro doctissimo Hæreticorum, atque Hæbreorum malleo, cum quodam Rabbino Moyse Gerundense, quem viuissimis rationibus, validissimisque argumentis ita confudit, vt illicò obmotuerit, maxima cum Iudæorum confusione, ex quibus plurimi ad agnitionem veritatis venientes, Sacro regenerationis lauacro fuere purificati. Ex Alphonso Fernandez, *in Concertatione ad annum* 1623. Riago *lib.* 1. *cap.* 4. apud Vincentium Mariam Fontanam, *in Sacro Theatro p.* 3. *de Ministris Sanctissima Inquisitionis cap.* 3. *de Inquisitoribus in Vrbe tit.* 3. *pag mihi* 549. *col. p.* §. *Anno millesimo ducentesimo sexagesimo tertio.*

Neque otiosa fuit commoratio in partibus Cathaloneæ Petri Ianuensis supradicti Pauli Christiani Socij. Nam cum à perfidis Iudæis vulgati fuerint per totum Aragoniæ Regnum libri contra Christum Dominum Virginemque Sanctissimam Dei Matrem vndequaque blasphemi Anno sequenti videlicet millesimo ducentesimo sexagesimo quarto ad instantiam, atque requisitionem Patris Guillelmi Sanctij, Inquisitoris Barchinonæ, cæterorumque Fratrum Sacri Ordinis Prædicatorum, & signanter F. Petri Ianuensis, Iacobus Aragoniæ Rex. sexto kal. Aprilis Anni 1628 sub grauissimis pænis tam pecuniarijs, quàm corporalibus Regia Constitutione edita, Habreis iussit, vt in cunctis eorum libris obraderentur blasphemiæ, dicteriaque contra Christum Dominum, ac Beatissimam Virginem Mariam, vel publicè igne comburerentur; proque præfatorum librorum expurgatione Regio publico Edicto designauit Sanctum Raymundum, Fr. Arnaldum Segarram, Fr. Raymundum Montinum, & Fr. Petrum Genuensem, omnes de Ordine Fratrum Prædicatorum; tanta erat fama præfati viri. Ex Alphonso Fernandez, *ad annum* 1265. & ex Riago *lib.* 1. *cap.* 15. apud Vincentium Mariam Fontanam, *in Theatro Sacro Dominicano p.* 3. *cap.* 3. *de Inquisitoribus in Vrbe tit.* 3. *pag. mihi* 549. *col* 2. §. *Iacobus Aragonia Rex.* 1264. *Fr. Petrus Ianuensis.*

Anno verò Domini millesimo ducentesimo septuagesimo quarto indictum fuit pro vnione Latinæ, & Græcæ Ecclesię Concilium Lugdunense Oecumenicum II. à Gregorio Papa X. cui idem Sanctissimus Pontifex pręfuit adsistentibus Patriarchis Constantinopolitano, & 1274.

An-

Antiocheno, vnà cum Legatis Michaelis Imperatoris Græcorum, atque Metropolitanorum Orientis cum Oratoribus septem Regum, nec non quingentis Archiepiscopis, & Episcopis, atque quam plurimis Abbatibus, Prioribus, nec non Theologis diuersarum Religionum, inter quos de Sacro Fratrum Prædicatorum Ordine, inter Infulatos, & Theologos triginta tres PP. enumerabantur in præfato Concilio Generali, quorum aliqui desumpti erant è gremio Lombardiæ Prouinciæ, & fuere sequentes videlicet.

Fr. Herbordus de Panonia. Fr. Herbordus ex Pannonia Conuentus Bononiensis alumnus, qui à Ioanne Theutonico dum esset Prior Prouincialis Lombardiæ Prouinciæ ex Bossina in Lombardiam ductus fuit; Bononiæque Sacrum Religionis Dominicanæ habitum è manibus præfati Ioannis Teutonici suscepit; tantumque in Ordine scientia, atque sapientia profecit, vt inter litteratissimos homines Studij Bononiensis nemini esset secundus; quamobrem ab Vrbano Papa IV. vacante Bergomensi Ecclesia, ipse Fr. Herbordus creatus fuit Episcopus Bergomensis, atq; Lugdunensi huic Concilio II. Generali interfuit. Ex Vghello *Tom. 4. Italiæ Sacræ*, Sigismundo Ferrario, *de Rebus Hungaricis lib. 1. p. 3.* Sebastiano Olmeda, *in Vita Ioannis Vercellensis*, Ferdinando Castello, *in Historia Ordinis p. p. lib. 3. cap. 39.* apud Vincentium Mariam Fontanam, *in Theatro p. 2. cap. de PP. in Concilijs tit. 5 pag. mihi 370. col p.*

Fr. Seruulus Ianuensis. Adfuit quoque huic Generali Concilio Lugdunensi II. Fr. Seruulus Genuensis Lombardus, qui cum Magni Theologi famam sibi comparasset à Clemente IV. Pontifice Maximo Brugnatensis Episcopus denunciatus fuit in magnum Prouinciæ Lombardiæ decus, atq; huic Sacræ Synodo interesse voluit. Ex Ferdinando Vghello, *Tom. 4. Italiæ Sacræ*, Ambrosio Taegio, *in Monument. Ordinis*, & Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. 1. cap. 5. de Episcopis tit. 107. num 1. pag 146. col. 2. & 3. p. cap. 2. de PP. in Concilijs tit. 5. pag. mihi 370. col. 1.*

Fr. Rogerius Calcagninus. Item huic eidem Sacro Concilio Lugdunensi II. ex nostra Prouincia Lombardiæ adiuit Fr. Rogerius Calcagninus origine Ferrariensis, Episcopus Castrensis, Vir eruditissimus, qui ex Inquisitore Apostolico Tusciæ ad Castrensem Ecclesiam à Celestino Papa IV. circa finem anni millesimi ducentesimi quadragesimi primi promotus fuit; eratque Conuentus Ferrariensis alumnus. Cuius meminit Leander Alberti, *de Viris Illustribus Italiæ lib. 5.* & cum ipso Vghellus, *Tom. 1. Italiæ Sacræ*, Alphonsus Fernandez, *ad annum 1238.* apud Fontanam, *in Sacro Theatro p. p. cap. 5. de Episcopis, Tit. 148. num. 1. pag. 189 col. 2. & p. 2. cap. 3. de Patribus in Concilijs tit. 5. pag. mihi 370. col. 1.*

Fr. Franciscus Lampugnani. Interfuit similiter, & huic Oecumenico Concilio II. Lugdunensi Fr. Franciscus Lampugnani Mediolanensis Lombardus, Conuentus Mediolanensis alumnus Episcopus Cesenatensis in Romandiola Prouincia, qui cum esset Vir doctrinæ copia, cæterarumque virtutum cumulo ornatus, ab Vrbano Papa IV. Anno millesimo ducentesimo sexagesimo tertio ex Inquisitore Mediolanensi, atque Nouariensi Cesenatensis Ecclesiæ Pastor creatus fuit; quem Fontana facit de Prouincia Romana, verum neque cognomen, neque Patriam, neque exercitium, siue munus, neque Conuentum cuius fuerit filius nominat. Vide Ioannem Michaelem Plodium, *de Viris Illustribus Ordinis p. 2. lib. 3* Ferdinandum Vghellum,, *Tom. 2. Italiæ Sacræ* apud Fontanam, *in Sacro Theatro p. p. cap. 5. de Episcopis tit. 162. num. 1. pag. mihi 165. col. 2. & p. 2. cap. 3. de PP. in Concilijs tit. 5. pag. mihi 370. col. 1.*

F. Iacobus de Vrbeueteri. Adfuit item huic Generali Lugdunẽsi Concilio II. Fr. Iacobus Vrbeuetanus Episcopus Sulmonensis; Vir doctissimus Prouinciæ Lombardiæ decor, qui egregiè summa cum Ordinis gloria plurimis Cathedris sui doctrina perlustratis ab Vrbano IV. Pontifice Maximo ad Ecclesiam Sulmonensem Apostolicæ Sedi immediate subiectam assumptus fuit Anno millesimo ducentesimo sexagesimo tertio, & postea eidem Lugdunensi Oecumenico Concilio II. interfuit. Ex Ferdinando Vghello, *Tom. 1. Italiæ Sacræ*, apud Vincentium Mariam Fontanam, *in Sacro Dominicano Theatro p. p. cap. 5. de Episcopis tit. 567. num. p pag. 301. col. p. & p. 2. cap. 3. de PP. in Concilijs tit. 5. pag. 370. col. p.*

Fr. Petrus de Angelellis. Fr. Petrus Angelellius Episcopus Lucanus Conuentus Bononiensis alumnus, cum in Studio Bononiensi in scientiarum

rum omniũ genere fignāter in Theologia, Iureque Pontificio fuiſſet inſtructus, atq; laureatus, poſt Guillelmum Bonduriensem, è Bononia Romam vocatus à Clemente Papa IV. primò Sacri Palatij Apoſtolici Magiſter creatus, deinde à Gregorio Papa X. Anno millesimo ducenteſimo ſeptuageſimo ſecundo Epiſcopus Lucanus denunciatus fuit. Contendit Fontana eumdem fuiſſe Lucæ natum; verùm celebris iſte Vir ortus fuit Bononiæ ex nobiliſſimo illo ſtipite de Angellellis, qui alias è Lucanis Angellellis originem traxere. Ita ex priuatis relationibus è Bononia habitis. Conſtans tamen res eſt quod Fr. Petrus Angellellius, de quo loquimur Concilio Lugdunenſi Generali II. interfuerit. Ex Vghello, *Tom. 1. Italiæ Sacræ*, Ptolomeo Lucenſi, *in Annal.* & Vincentio Maria Fontana, *in Sacro Theatro p. p cap. 5. de Epiſcopis tit. 346. num. 1. pag. mihi 218. col. 2. & p. 2. cap. 3. de PP. in Concilijs, tit. 5. pag. mihi 370. col.* 1.

Fr. Ioannes Vercellēſis. Neque ab hoc Oecumenico Concilio Lugdunenſi II. abfuit Magiſter æternæ memoriæ Ioannes Vercellenſis Lombardus, qui ob dotes animi ſingulares ex Priore Prouinciali Lombardiæ electus fuit Magiſter Generalis totius Ordinis Prædicatorum, vir vndequaque doctiſſimus, atque litteratiſſimus, nemini ſtudioſo ſui æui ſecundus; de quo Vincentius Maria Fontana ſic loquitur. *Adfuit quoque Ioannes de Vercellis Magiſter Generalis cum præſtantiorum Virorum Ordinis nobiliſſima Corona*. Ita in Sacro Dominicano Theatro *p. 2. cap 3. de PP. in Concilijs tit. 5. pag. mihi 371. col. 1. §. Adfuit quoque*. Hæc quò ad Concilium Lugdunenſe II.

De Concilio Viennenſi.

1311. ANno poſtea milleſimo tercenteſimo vndecimo in finibus Allobrogum celebratum fuit Concilium Viennenſe, pro reformandis tam Eccleſiaſticorum, quam Laycorum moribus, à Clemente Papa V. indictum, & pariter pro dignoſcenda Templariorum Cauſa, nec non pro cognoſcendis Begardorum, Beguinorumque erroribus, quibus Sancta Mater Eccleſia plurimum vexabatur, cui Oecumenico Concilio intereſſe voluit idem Summus Pontifex nobili S. R. E. Cardinalium, Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum corona tercentum circiter ſociatus, nec non adſtantibus quamplurimis Diui Dominici filijs, inter quos duo ampliſſimi S. R. E. Cardinales Viri litteratiſſimi Nicolaus de Prato, & Nicolaus Farinula. Prouinciæ vero Lombardiæ huic Viennenſi Concilio Generali interfuere viri doctiſſimi.

Videlicet Fr. Lucas de Neapoli, Conuentus Anconitani Prouinciæ Lombardiæ alumnus, Vir doctrina, morumque probitate clarus, qui à Benedicto Papa XI. cum fuiſſet in minoribus eidem coætaneus poſtmodum eius meritis benè cognitis ad Epiſcopatum Caſtrenſem promotus eſt, anno milleſimo tercenteſimo tertio, qui poſtea inter PP. Vienenſis Concilij interfuit. Ex Taegio, *in Monument. Ordinis*, & Ferdinando Vghello, *tom. 8. Italiæ Sacræ*. apud Vincentium Mariam Fontanam, *in Theatro Sacro Dominicano, p p. cap. 5. de Epiſcopis tit. 149. & p. 2. cap. 3. de Patribus in Concilijs tit. 6. pag. mihi 371. col. p.* *F. Lucas de Neapoli.*

Et Fr. Matthæus de Medicis, Conuentus Sancti Marci Florentiæ Prouinciæ Lombardiæ tunc temporis vniti, Vir doctrina, atque ſapientia celebris, qui ex Regente Studij Generalis Sancti Dominici Bononiæ à Bonifacio Papa VIII. Clutinus Epiſcopus ſub Metropolitana Eccleſia Centenſi creatus Viennenſi huic Concilio Generali intereſſe voluit anno duodecimo poſt eius promotionem ad Clutinam Eccleſiā, quæ facta fuerat à Bonifacio Papa VIII. anno milleſimo duceteſimo nonageſimo nono. Ex Ferdinando Vghello, *tom. 3. Italiæ Sacræ*, apud Vincentium Mariam Fontanam, *in Sacro Theatro Dominicano, p. p. cap. 5. de Epiſcopis tit. 191. pag. 175. col. p. & p. 2. cap. 3. de Patribus in Concilijs tit. 6. pag. mihi 371. col. 2.* *F. Matthæus de Medicis.*

Ad idem Concilium Generale Viēnenſe Summus Pontifex ex Prouincia Lombardiæ vocauit quoque Reuerendiſſimum Patrem Aymericum Placentinum Magiſtrum Generalem Ordinis licet impeditus accedere non potuerit. Ex Sebaſtiano Olmeda, *in Vita Aymerici Mag. Ordinis*, apud Fontanam, *in Sacro Theatro Dominicano p. 2. cap. 3 de Patribus in Concilijs. tit. 6. pag. mihi 371. col. 2.* *F. Aymericus de Placentia.*

1312. *Fr. Franciſcus Grananus.* Eidem Oecumenico Concilio Viennenſi ex Prouinciæ Lombardiæ Patribus in-

interfuit, Fr. Vincentius Grauanus Venetus Antibarensis Archiepiscopus in Sclauonia, siuè vt alij volunt in Albania, Vir in Sanctis Patribus Græcis, atque eorundem litteris versatissimus à Clemente Papa V. ad præfatum Viennense Concilium accersitus. Ex Ambrosio Taegio, *in Monumentis Ordinis*; apud Ambrosium de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Centuria 2. ad annum 1312. pag. mihi 92. col. p. §. Franciscus Grauanus Venetus.*

De Concilio Generali Pisano.

1409. POst Cócilium Oecumenicum Viennense, collectum fuit Anno ab Incarnatione Dominica millesimo quadringentesimo nono Concilium Generale apud Pisas pro diù optata tranquillitate, pace, atque vnione Catholicæ Ecclesiæ reddenda, cui Pisano Concilio Cardinales S.R.E. viginti sex interfuere, vna cum Archiepiscopis, & Episcopis centum octuaginta numero, & Abbatibus Monasteriorum tercentum, nec non Theologis centum septuaginta. Inter quos PP. de Familia Sancti Dominici specialiter è gremio Prouinciæ Lombardiæ assumpti consedere; videlicèt.

Fr. Ioannes Dominici. Fr. Ioannes Dominici Archiepiscopus Ragusinus S. R. E. Cardinalis priùs Conuentus Sancti Marci Florentiæ; deinde facta translatione de licentia Magistri Ordinis Patris Raymundi de Capua eius affiliationis ad Conuentum Sancti Dominici de Venetijs, Conuentus Veneti alumnus. Vir omnium sui æui doctissimus, qui dignitate, & ordine prior præfato Concilio Pisano interfuit. Ex Fontana, *in Sacro Theatro, p. 2. cap. 3. de Patribus in Concilijs. tit. 7. pag. mihi 372. col. 2.*

Fr. Gregorius Malesardus. Item Fr. Gregorius Malesardus de Cæsena Lombardiæ Prouinciæ, Episcopus Cesenatensis, Vir in Sacra Theologia celeberrimus, qui ob egregia sui merita ab Innocentio Papa VII. patriæ Episcopus creatus fuit, anno millesimo quadringentesimo quinto, qui postea eidem Pisano Concilio interesse voluit. Cuius meminit, Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustribus Ordinis p. 2. lib. 2.* vna cum Ferdinando Vghello, *Tom. 2. Italiæ Sacræ*, & Fontana, *in Sacro Theatro p. p. cap. 5. tit. 162. pag. mihi 165. col. 2. num. 3. & p. 2. cap. 5. de Patribus in Concilijs, tit. 7. pag. 372. col. 2.*

Fr. Iacobus Arigonus. Huic etiã Pisano Concilio adfuit, F. Iacobus Arigonus de Lauda Lombardus, vir eruditissimus, qui ex Regente Studij Bononiensis Romam vocatus, factus fuit Sacri Palatij Apostolici Magister, & post modum à Gregorio Papa XII. Patriæ Episcopus Laudensis creatus fuit, anno millesimo quadringentesimo septimo, qui postea Pisano Concilio adfuit, & deinde Concilio Constantiensi interfuit. Ex Ferdinando Vghello, *Tom. 4. Italiæ Sacræ*, & Fontana, *in Sacro Theatro p. p. cap. 8. de Episcopis tit. 317. pag. mihi 211. col. 2. num. 2.*

Fr. Petrus Monticellus. Eidem Pisano Concilio Generali interfuit inter Patres ibidem assistentes, Fr. Petrus Monticellus natione Cremonensis Episcopus Comaclensis, vir eruditissimus, quem vix in Studio Bononiensi completis Lecturis Gregorius Papa XII. ad regendam Comaclensem Ecclesiam sublimauit. Ex Fontana, *in Sacro Theatro p. 2. cap. 3. de Patribus in Concilijs tit. 7. pag. mihi 372. col. 2.*

Fr. Antonius Corrarius. Interfuit quoque eidem Pisano Concilio Fr. Antonius Corrarius Venetus Lombardus, Gregorij Papæ XII. Cenetensis Episcopus, Vir tam in Theologia, quam in Iure Pontificio excellens, qui eloquentissimus cum esset, vnioni Ecclesiæ in præfato Concilio multum contribuit, suscipiendo in se partes Gregorij XII. Romani Pontificis. Ex Vincentio Maria Fontana, *in Sacro Theatro p. 2. cap. 3. de Patribus in Concilijs tit. 7. pag. mihi 372. col. 2.*

Fr. Thomas de Firmo. Eidem pariter Concilio Generali Pisano adfuit, Fr. Thomas de Firmo Magister Generalis Ordinis Prædicatorum ex gremio Prouinciæ Lombardiæ assumptus, qui pluribus cum alijs sui Ordinis Filijs pro vnione, pace, atque tranquillitate Ecclesiæ simul plurimum laborauit in præfato Concilio: ex Vincentio Maria Fontana, *in Theatro Sacro p. 2. cap. 3. de Patribus in Concilijs tit. 3. pag. mihi 372. col. 2.*

De Concilio Constantiensi.

COncilium Generale Constantiense opere Sigismundi Imperatoris, aliorumque Principum Christianorum pro pace, vnioneque Sanctæ Romanæ Ecclesiæ restituenda, nec non pro erroribus Ioannis Viclephi, & Ioannis Hus 1414.

con-

congregatum fuit anno millesimo quadringentesimo quartodecimo in Annal. Eccles. ad annum supradictum. In qua Synodo Generali adsistentes fuere è gremio Prouinciæ Lombardiæ Sacri Ordinis Prædicatorum infrascripti amplissimi, & litteratissimi viri, videlicet.

Fr. Ioannes Dominici. Fr. Ioannes Dominici S. R. E. Cardinalis de Ragusia nuncupatus, vir doctissimus, ac summæ auctoritatis in præfato Constantiensi Concilio, de quo supra in Concilio Pisano, qui omnes partes peregit ibidem pro Ecclesiæ vnione, atque incremento, Orbisque Christiani ædificatione.

Fr. Petrus de Ripa Transona. Adfuit eidem Constantiensi Concilio, Fr. Petrus de Ripa Trausona, Corinthi Archiepiscopus, Lombardiæ Prouinciæ alumnus, vir perspicacissimo ingenio dotatus, in Philosophia, atque Theologia omnibus numeris clarus, cuius merita respiciens Gregorius Papa XII. anno millesimo quadringentesimo sexto, eum Archiepiscopum Chorinthi nominauit. Ex Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustribus Ordinis, p. 2. lib. 5.* & Fontana, *p p. cap. 4. lit. 33. & p. 2. cap. 5. tit. 8. pag. mihi 373. col. 2.*

Fr. Simon de Thomasijs. Interfuit pariter eidem Concilio Constantiensi, Fr. Simon de Thomasijs origine Brixiensis, Episcopus Brugnatensis, tantæ doctrinæ fama ornatus, vt dum actu esset Prior in Conuentu Ianuensi motu proprio, à Prioratu Sancti Dominici Genuæ, à Ioanne Papa XXIII. anno millesimo quadringentesimo duodecimo translatus fuerit ad regendam Ecclesiam Brugnatensem. Ex Ambrosio Thaegio, *in Monument. Ordinis.* & Vghello, *tom. 4. Italiæ Sacræ*; apud Fontanam, *in Theatro Sacro p. p. cap. 5. de Episcopis tit. 107. pag mihi 145. col. 2. num. 2. & p. 2. cap. 3. de Patribus in Concilijs tit. 8. pag. mihi 374. col p.*

Fr. Antonius Corrarius. Adfuit similiter inter PP. Concilij Constantiensis, Fr. Antonius Corrarius Venetus, Nepos Gregorij XII Episcopus Cenetensis, de quo supra in Concilio Pisano, ex Vincentio Maria Fontana, *in Sacro Theatro Dominicano p. 7. cap. 3. de Patribus in Concilijs tit. 8. pag. mihi 374. col. p.*

Fr. Gregorius Malisardus. Eidem quoque Constantiensi Concilio interfuit Fr. Gregorius Malisardus Cæsenatensis Episcopus, de quo supra in Concilio Pisano. Ex eodem Fontana loco citato, *Theatri Dominicani cap. 3. tit. 8. pag. mihi 374. col. p.*

Fr. Petrus Monticellus. Adstitit inter Patres concilij Constantiensis F. Petrus Monticellus Comaclensis Episcopus, de quo supra inter PP. Concilij Generalis Pisani, ex Vincentio M. Fontana, *in Sacro Theatro Dominicano p 2 cap. 3. de PP. in Concilijs. tit. 8. pag. 374. col. p.*

Fr. Thomas Thomasinus. Item adfuit eidem Constantiensi Concilio, Fr. Thomas Thomasinus Venetus, Emoniensis Episcopus Prouinciæ Lombardiæ lumen, vir vndequaque clarissimus, quem Gregorius XII. ad regendam Emoniensem Ecclesiam sub Patriarchali Aquilæ Metropolitana, destinauit anno millesimo quadragentesimo decimo, ex Vincentio Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. p. cap. 5. de Episcopis tit. 235. pag. 189. col. p. & p. 2. cap. 3. de Patribus in Concilijs tit. 8. pag. mihi 374. col. p.*

Fr. Iacobus Arigonus. Præfato pariter Constantiensi Concilio interesse voluit, Fr. Iacobus Arigonus Episcopus Laudensis, de quo supra in Pisano Concilio, ex Fontana *in Theatro Sacro Dominicano p. 2. cap. 3. de Patribus in Concilijs tit. 8. pag mihi 374. col. p. & pag. 375. col. p. §. Pater Frater Iacobus Arigonus de Balardis.*

Fr. Petrus de Ripa Transona. In quo Concilio Constantiensi aduersus; & contra errores VVicleffi, pro eorum confutatione Sessione octaua strenuam nauauit operam, inter alios Petrus noster de Ripa Transona Archiepiscopus Corinthi. Ex Bartholomeo Caranza, *in Summa Conciliorum*, & Alphonso Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum, ad annum* 1414. apud Fontanam, *p. 2. Theatri, cap. 3. tit. 8. pag. mihi 375. col. p. §. In Sessione 8.*

Fr. Iacobus Arigonus. Neque hic prætereundum censeo, quod in eodem Constantiensi Generali Concilio euenisse affirmatur, videlicèt, quod Sessione 21. Fr. Iacobus Arigonus Laudensis Episcopus, aduersus Hieronymum de Praga perfidum Hæresiarcam, solita sui eloquentia incomparabili, accerrime perorauerit coram consedentibus, & audientibus dicti Concilij PP. cuius orationem transcripsit Cochleus;, *Lib. 3. Historiæ Hussitarum*; Ex Reginaldo Lucarino, *in adnotationibus ad Indicem Librorum prohibitorum.* & Ferdinando Vghello, *tom. 1. Italiæ Sacræ in Episcopos Laudenses*; apud Fontanam, *in Theat. Sacro Dominicano p. 2. cap. 3. de Patribus in Concilijs tit. 8. pag. mihi 375. col. p. §. Pater Frater Iacobus*

Arigonus, Hæc quo ad Concilium Constantiense.

De Concilio Basileensi.

1431. INdictum fuit Basileense Concilium Generale Anno Domini millesimo quadringentesimo trigesimo primo à Sanctissimo Domino nostro Martino Papa V. apud Basileam contra Hussitarum errores, nec non pro Ecclesiæ reformatione, perdurauitque prædictum Concilium annis pluribus; verùm à visibili capite postea declinans, atque deficiens, versum fuit tandem in Conciliabulum, seù Concilium Sathanæ, seù in Sathanicam Congregationem: In quo Basileensi Concilio in prioribus annis ex Patribus è gremio Prouinciæ Lombardiæ assumptis interfuere sequentes, videlicet.

F. Andreas Doria. Fr. Andreas Doria Nobilis Ianuensis Lombardus vir acri ingenio dotatus, in Theologia, Iureque Pontificio Summè versatus, à Martino Papa V. Andrensis Episcopus circa annum millesimum quadringentesimum vigesimum secundum creatus; qui inter PP. in eodem Basileensi Concilio considentes sui partes egregiè pro bono Ecclesiæ præstitit, ex Vincentio Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. 2. cap. 7. de Patribus in Concilijs. tit. X. pag. mihi 377. col. 2.*

F. Matthæus Bonimportus. Adfuit eidem Basileensi Generali Concilio Fr. Matthæus Bonimportus Nouariensis Lombardus, Episcopus Mantuanus, vir sapientissimus, qui ob singulares animi dotes à Martino V. Pontifice Maximo, anno millesimo quadringentesimo vigesimo octauo ad regendam Ecclesiam Mantuanam præconizatus fuerat, in quo Concilio egregiè partes visibilis Ecclesiæ Capitis sustinuit, Ex Fontana, *in Sacro Theatro Dominicano p. 2. cap. 3. de Patribus in Concilijs tit. 10. pag. mihi 377. col. 2.*

Fr. Antonius Corrarius. Interfuit similiter in præmemorato Basiliensi Concilio Generali, Fr. Antonius Corrarius Venetus Episcopus Cenetensis Gregorij Papæ XII. Nepos Prouinciæ Lombardiæ alumnus, de quo supra, tam in Concilio Pisano, quam in Concilio Constantiensi, mentionem fecimus cum Vincentio Maria Fontana, *in Sacro Theatro Dominicano p. 2. cap. 3. de Patribus in Concilijs tit. 7. & 8. pag. 372. col. 2. & pag. 374. col. p.* Hucusque de Basiliensi Concilio.

De Concilio Generali Ferrariensi.

EXecrato, atque damnato Basileensi Conciliabulo, Sanctissimus in Christo Pater Dominus noster Eugenius Papa IV. Anno millesimo quadringentesimo trigesimo octauo, Feria 4. 1438. Diei 8. Octobris Concilium Generale, pro vnione Ecclesiæ Græcæ cum Latina, stabilienda euocauit Ferrariam, ad quod Oecumenicum Concilium accessere Eugenius IV. Pontifex Maximus, Ioannes Paleologus Orientis Imperator, vnà cum Iosepho Patriarca Constantinopolitano, Marco Ephesino Archiepiscopo Bissarione Archiepiscopo Niceno, viro doctissimo, nec non cum plurimis infulatis, ac Prælatis Græcis, atq; Armenis Ex Latinis autem astitere octo Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, Archiepiscopi, atque Episcopi ad numerum sexaginta; & Abbates, atque Priores quatuor supra quadraginta diuersorum Ordinum.

Inter quos quamplures Archiepiscopi, Episcopi, atque Theologi Sacri Ordinis Prædicatorum diuersarum Prouinciarum, atque Nationum, quos refert Spondanus, atque Bzouius, cum Alphonso Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum, ad annum millesimum quadringentesimum trigesimum octauum.* Quorum famosiores fuere in illa Sacra Synodo.

Fr. Andreas Rhodius Græcus Collossensis Archiepiscopus, qui ad publicè disputandum cum Græcis, seù vt melius dicamus contra Græcos à Romano Pontifice assumptus fuit, & defacto egregiè disputauit cum Marco Ephesino Sessione 2. Sessione 3. Sessione 4. atque Sessione 8. ex Abrahamo Bzouio *in. Annal Eccles. ad annum* 1438. & Spondano *ibidem* apud Vincentium Mariam Fontanam *in Theatro Sacro p. 2. cap. 3. de Patribus in Concilijs tit. 11. pag. mihi 378. col. 2.* *F. Andreas Rhodius.*

Et Fr. Ioannes de Monte Nigro Prior Prouincialis Lombardiæ, qui in præfato Generali Concilio Ferrariensi disputando publicè coram Eugenio Papa IV. atque tot Patribus cum doctissimo Bissarione Archiepiscopo Niceno, Sessione Decima, celebrata sub die Sabbati 8. Nouembris gloriosa pro Ecclesia Latina, pace aliorum Doctorum, noster Fr. Ioannes, inter tot amplissimos PP. Ordinis nostri quot quot aderant, vt Sol efful- *Fr. Ioannes de Montenigro.*

effulsit. Sic referente Spondano, *in Annal. Ecclesiasticis ad annum 1438. num. 19.* apud Vincentium Mariam Fontanam, *in Theatro Sacro Dominicano p. 2. cap. 3. de Patribus in Concilijs tit. 11. pag. mihi 378. col. 2. §. Execrato Basiliensi, versus finem.*

Quod Oecumenicum Concilium postea in vltima Sessione ex Eugenij Papæ IV. Ioannis Paleologi Imperatoris, nec non communi omnium Patrum ibi considentium consensu, ac voto decretum fuit transferendum Florentiam ob ingrauescentem pestilentiam; ea tamen conditione seruata; vt Summus Pontifex Orientalibus Patribus, qui accessere de alimentis, ac alijs vitæ necessarijs interim prouideret, sicquè terminatum fuit Ferrariense Concilium. Ex Abrahamo Bzouio *in Annal. Eccles. ad annum 1438. num. 18.* & Spondano, *ibidem num. similiter 18.* apud Vincentium Mariam Fontanam, *in Theatro Sacro Dominicano p. p. cap. 3. de Patribus in Concilijs. tit. 11. pag. mihi 379. col. 2. §. in Sessione verò 1. circa medium vers. & 18. in Vltima verò Sessione.*

De Concilio Florentino.

1439. IN executione Decreti Apostolici super translatione Concilij Generalis à Ciuitate Ferrariensi occasione pestilentiæ ad Vrbem Florentinam de Communi partium consensu adunati, Anno millesimo quadringentesimo trigesimo nono Patres conuenere Florentiæ pro terminando præmemorato Concilio pro vnione Græcorum, & Armenorum, in Conuentu Sanctæ Mariæ Nouellæ Florentiæ Sacri Ordinis Prædicatorum: in quo Concilio assistens iterum fuit Eugenius Papa IV. & Ioannes Paleologus Orientis Imperator, iste cum Patriarchis, Archiepiscopis, atque Episcopis Græcis; & ille cum plurimis S. R. E. Dominis Cardinalibus, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, atque doctissimis Theologis, Latinis, inter quos adstitere quamplures ex Ordine FF. Prædicatorum, & specialiter Prouinciæ Lombardiæ.

Præcipue autem PP. de Ordine inclyto Prædicatorum in præfato Concilio Florentino, promemorata vnione Græcorum, & Armenorum promouenda fuere.

Fr. Andreas Rhodius Græcus Archiepiscopus Collossensis vir eruditissimus, potens in opere, ac sermone, qui quemadmodum in Concilio Ferrariensi pluries publicè disputauit cum Marco Ephesino Sessione 3, & cum Bessarione Sessione 4. & Sessione 7; Ita pariter & in isto Concilio Florentino gloriosè se gessit cum alijs Patribus ibidem considentibus: quemadmodum, & Decreto vnionis cum alijs Patribus Latinis se subscripsit. *Ex Summa Conciliorum* Ludouici Bail. Spondano *in Annal: Eccles. ad annum 1439.* & Fontana *in Sacro Theatro Dominicano p. 2. cap. 3. de Patribus in Concilijs tit. 12. pag. mihi 380. col. 2.* *F. Andreas Rhodius.*

Alter vir sapientissimus è gremio Sacri Ordinis Prædicatorum assumptus, qui Florentino Concilio Generali interfuit cum singulari Ordinis gloria fuit Fr. Bartholomeus Lapatius Cortonensis Episcopus, vir in lingua Græca, atque auctoritatibus Græcorum Patrum versatissimus, qui non solum magnam partem præfatæ vnioni Græcorum, & Armenorum in eodem Generali Concilio Florentino contulit; sed vlterius, vt notat noster Vincentius Maria Fontana, de mandato Serenissimi Imperatoris Paleologi, Procerumque Curiæ eius in Constantinopolitana Vrbe coram præfatis publicum certamen cum Marco Ephesino Archiepiscopo habuit de his, quæ iam in Florentina Synodo fuerant definita, in quo certamine, Spiritu Æterni Patris linguam eius mouente, tali, ac tanta facundia, atque Sacra Patrum eruditione cuncta probauit, vt confusus Marcus, argumentis respondere non valens sibi propositis intra paucos dies (subdit, idem Fontana) animam inferno in sua obstinatione pertinaci rediderit. Ex Alphonso Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum ad annum 1439.* apud Vincentium Mariam Fontanam, *in Sacro Theatro Dominicano p. 2. cap. 3. de Patribus in Concilijs tit. 12. pag. mihi 380. col. 2. §. Terminato Concilio.* *Fr. Bartholomeus Lapatius.*

Tertius autem Theologus de Sacro FF. Prædicatorum Ordine ad disputandum in eodem Concilio Florentino in materia vnionis Græcorum, & Armenorum de ordine Sanctissimi specialiter electus, atque nominatus à Patribus fuit noster Prior Prouincialis Lombardiæ Fr. Ioan- *Fr. Ioannes de Monte Nigro.*

Ioannes de Montenigro, qui postquam in Studio Bononiensi Theologalem Sancti Thomæ doctrinæ Cathedram plurimum condecorasset postmodum in Concilio Ferrariensi primò, deinde in Generali Florentino Concilio incomparabili sapientia, atque eloquentia, cum Marco Ephesino Archiepiscopo, nec non Bissarione Niceno viris Græcis præstantissimis ita gloriosè, & egregie coram Sanctissimo Eugenio Papa IV. Ioanne Paleologo, ac Patribus in eadem Synodo congregatis in sessionibus decima; Decima octaua, decima nona, vigesima, vigesima prima, vigesima secunda, vigesima quarta, atque vigesima quinta indeffessè ad-miraculum, atque continuè in præfato Florentino Oecumenico sic disputauerit, vt Græci, atque Armeni eius validissimis argumentis ex Græcorum Patrum authoritatibus conuicti fuerint; non minus, ac Summum Concilij Florentini negotium Prouincia Lombardiæ doctrina sui Prioris Prouincialis pro viribus sustinuerit. Hæc *ex Summa Conciliorum* Ludouici Bail. Spondano *in Annal Eccles. ad annum 1439. num. 1. & num. 3. atque num. 11.* Alphonso Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum ad annum* 1439. & Vincentio Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. 2. cap. 3. de Patribus in Concilijs tit. 12. pag. mihi* 380. *col. 1. & 2.*

Ex quorum Authorum lectura, apertissimè apparebit, quomodo in Concilio Florentino pro vnione Græcorum, atque Armenorum, tam ex Actis Ferrariæ quàm Florentiæ per Fratrem Ioannem de Monte Nigro, Prouincia Lombardiæ super cæteras Ordinis Prouincias, in hac parte, vt Sol effulserit; cum actu eius Prior Prouincialis in præfata Synodo, inter disputandum signanter circa Processionem Spiritus Sancti, in qua erat potior difficultas, ita strenuè se gesserit in continuatis Sessionibus Coram Eugenio Papa IV. Ioanne Orientis Imperatore, ac Patribus, vt omnes antecellere videretur, vnde quodamodo Ioannes Prouincialis Lombardiæ solus pro millibus, sit numerandus. Hæc quò ad Generale Florentinum Concilium de Vnione Græcorum, & Armenorum.

De grauissima Controuersia in materia Sanguinis Christi Domini in Passione effusi.

PRimam huius controuersiæ de Christi Domini sanguine in Passione effuso, originem, hucusque exactè, atque radicitus inuenire non potui. Hoc vnum scio, quod hæc controuersia de Sanguine Christi Domini effuso, aliàs Barchinone de mandato Clementis Papæ VI. sub silentio posita, atquè sigillata. Anno Domini postea millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo sub Pontificatu Sanctissimi in Christo Patris Pij II. Pontificis Maximi, nescio à quo, vel à quibus suscitata, atque etiam in lucem de nouo producta fuit; quæ controuersia consistebat in hoc, videlicet. Num Diuinitas fuerit separata à Sanguine Domini nostri Iesu Christi, pro Redemptione totius generis humani, in Cruce effuso; Fratribus Sacri Ordinis Prædicatorum asserentibus pro parte negatiua, adducentibus rationibus, atque Sanctorum Patrum Authoritatibus ad hoc facientibus, nec non contrariæ opinionis condemnationem factam in Ecclesia Cathedrali Barchinonensi de mandato Domini Clementis Papæ VI. allegantibus; ex aduerso verò Fratribus Ordinis Minorum pro parte affirmatiua opiniones Fr. Francisci Mayronis deducentibus. Tandem causa præfatæ controuersiæ; coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa II. deducta, post longas disputationes conclusum, atque sententiatum fuit ad fauorem siue pro Fratrum Prædicatorum opinione; Verùm ad scandalum euitandum, perpetuum silentium vtrique parti fuit impositum. Ità ex *antiquissimo Chronico Ordinis,* Iacobi Susati, *circa annum* 1562. *fol. mihi* 178. *& ex Chronico Constitutionum Ordinis pag. mihi* 317. *de Generalatu P. Magistri Conradi de Ast Generalis Ordinis, ad annum* 1462. 1462.

Qui nam eruditissimi Theologi siue de Ordine FF. Prædicatorum, siue de Ordine FF. Minorum fuerint illi, qui hanc famosissimam, de Sanguine Domini in Passione effuso, controuersiam, vt par erat coram Romano Pontifice dignè disputauerint, mihi non constat; solum, quantum ad FF. Ordinis Prædicatorum attinet, inuenio quod Fratres

missi

missi ad disputandum coram Sanctissimo Domino nostro Pio Papa II. fuerunt; Fr. Gabriel Barchinonensis, Fr. Iacobus de Brixia, & Fr. Vercellinus de Vercello, siue Vercellensis, singuli è gremio Lombardiæ Prouinciæ, specialiter ad hanc difficillimam Controuersiam de Sanguine Christi Domini in eius Passione effuso, coram Summo Pontifice disputandam assumpti fuere.

Fr. Gabriel Barchinonensis. Frater Gabriel Barchinonensis Sacræ Theologiæ Magister, Prior, atque Inquisitor Bononiensis, Vir doctissimus, atque Conuentus Bononiensis alumnus, qui primus omnium coram eius sanctitate strenuè disputauit.

Fr. Iacobus de Brixia. Alter fuit Fr. Iacobus de Brixia pariter Sacræ Theologiæ Doctor, Inquisitor Brixiensis aduersus hæreticam prauitatem acerrimus, atque strenuissimus, in Pontificio Iure versatissimus, qui secundò loco coram Pio Papa II. in materia de qua agitur gloriosè disputauit. Et

Fr. Vercellinus de Vercellis. Tertius Theologus Romam missus hac de Causa ad disputandum coram Romano Pontifice, de Sanguine Domini in Cruce effusi, fuit Fr. Vercellinus de Vercellis; Vir apprimè doctus, & eruditus, qui simul munus Regentis in Studio Bononiensi summa cum laude exercebat, quiq; vltimam manum disputationi posuit. De quibus Chronicon Ordinis Ioannes de Surato *fol. mihi* 178. & Chronicon *Constitutionum Ordinis pag. mihi* 317.

Fr. Conradus de Ast. Quarè autem in hac per difficili causa coram Romano Pontifice in Alma Vrbe examinanda ex parte Ordinis Prædicatorum omnes, ac singuli Theologi, qui eandem pertractare publicè tenebantur, è gremio Prouinciæ Lombardiæ desumi debuerint; causam non lego. Hanc tamen crediderim, quod tunc temporis Magister Generalis totius Ordinis Prædicatorum, qui de idoneis Viris Theologis omni ex parte sapientissimis, atque doctissimis ad tam arduum negotium prouidere ex officio tenebatur pro bono totius Ordinis; voluerit de Viris à se optimè notis prouidere. Vel dicendum forsitan erit, quod cum & ipse fuerit origine Lombardus, siquidem Magister Generalis, qui erat tunc temporis, erat Reuerendissimus P. Fr. Conradus de Ast, Lombardiæ Prouinciæ alumnus. Dicendum erit inquam, quod forsan hanc Prouinciæ Lombardiæ conferre voluerit gloriam, vt quemadmodum Prouinciæ Lombardiæ extitit pugna, ita pari passu voluerit, quod eiusdem Prouinciæ propria esse deberet, & victoria. Hæc satis dicta sint de celeberrima illa controuersia de Sanguine Christi Domini in Passione effuso, inter FF. inclyti Ordinis Prædicatorum, & FF. Seraphici Ordinis Minorum; quę habetur relata à Iacobo de Surato in antiquissimo Chronico Ordinis *fol. mihi* 178. nec non relata in Chronico *Constitutionum Ordinis pag. mihi* 317. *sub Generalatu Reuerendissimi P. Magistri Conradi de Ast Pedemontani.*

De Pisano Conciliabulo.

Concilium Pisanum, Conciliabulum communiter nuncupatum, indictum fuit Anno Domini millesimo quingentesimo vndecimo iuxtà Constantiensis Concilij constitutiones pro Ecclesiæ reformatione, atque pro pace inter Christianos Principes componenda, at quia non à legitimo capite, cuiusmodi erat Iulius II. Pontifex Maximus, sed à Bernardino Caraual Hispano, & à Federico de Sancto Seuerino Cardinalibus, cum plurimis alijs Prælatis, inscio quinimmò reluctante Romano Pontifice, qui indixerat item Concilium Generale Lateranense pro anno sequenti millesimo quingentesimo duodecimo, ob quam causam vtpotè, quia non conuocatum à legitimo capite, hoc est à Romano Pontifice, communiter dictum fuit, non Concilium, sed Conciliabulum, vt par erat à Iulio Papa II. damnatum, & execratum. Ita Bartholomeus Caranza *in Summa Concilij Lateranensis*, apud Vincentium Mariam Fontanam, *in Theatro Sacro Dominicano p. 2. cap. 3. de PP. in Concilijs, tit.* 13. *pag. mihi* 381. *col.* 2. 1511.

Verùm tres Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales nimirum Bernardinus Tit. Sanctæ Crucis, Guillemus Cardinalis Narbonensis, atque Franciscus Cardinalis Cosentinus Mediolanensis, asserentes se habere mandatum pro voce sex aliorum Cardinalium, quos refert Fontana vbi supra; Supradictis non acquiescentes indixere Generale Ecclesiæ Concilium Pisis Kal. Septembris eiusdem anni 1511. rogaueruntque Pontificem Iulium II. vt per se, vel per Procuratores præfato Concilio interesse vellet. At Iulius

Cardinalis Sancta Susana. *Cardinalis Narbonensis.* *Cardinalis Cosentinus.*

lius Papa II. præuidens mala, quæ ex præfato Concilio illegitimè congregato oriri poterant, atque irruere in Ecclesia, non solum eorum sugestioni aquiescere noluit; sed iustis declarauit de Causis omnia reducenda ad Concilium Generale Lateranense iam ab ipso pro sequenti anno millesimo quingentesimo duodecimo legitimè indictum; annullando de plenitudine potestatis Apostolici præfatum Pisanum Concilium illegitimè indictum, irritum, ac nullum, quinimò nullius valoris præfatam conuocationem, atque anathematis, damnationis, maledictionis, aque censuræ pænam in eos, qui eidem Conciliabulo interessent, adhærent, seù fauerent, promulgauit. Ex Spondano, *in Annal. Eccl. ad annum 1511. num. 2.*

Fr. Thomas de Vio Caietanus. Sed neque præfatis conuentionibus ab Apostolica Sede factis, atterriti seditiosi fuere, nam quadam allegatione Philippi Decij Iuris Consulti Mediolanensis allecti, Apologiam in Burgo Sancti Donini promulgarunt, qua dicebant, atque promulgabant Concilium Pisanum legitimum, atque iuridicum esse, ac fore etiam Pontifice contradicente; quæ res tanta materia scandali Pisis extitit, vt Prouincia Lombardiæ Sacri Ordinis Prædicatorum, quæ ab incunabulis ad suscipiendas in se Apostolicæ Sedis, Romaniq; Pontificis partes, ac Iura semper assueta fuit statim huiusmodi absurdis auditis, imperterrito animo, incipiendo à capite totius Ordinis Prædicatorum, Prouinciæ Lombardiæ alumno, Fratre Thoma de Vio Caietano Generali totius Ordinis Sancti Dominici, pro Summo Pontifice, proque Apostolicæ Sedis maiestate, atque Iuribus calamo impugnato, apertissimo charactere, non solum ostendit validissimis rationibus Pisanum Concilium illegitimum, atque de rigore Conciliabulum esse, & vti tale, atque satanicum esse abolendum, nec non vndequaque à quocumque Christi fideli fugiendum; sed vlterius sciens, quod funiculus triplex difficilè soluitur, è gremio Prouinciæ Lombardiæ, tres famosissimos doctissimosque Viros Theologos Pisis misit, qui suo zelo, atque sapientia seditiosis tamquam murum æneum, sic se opponerent scribendo, disputando, atque resistendo, etiamsi cum profusione sanguinis si opus esset, dummodo tam impium conciliabulum Pisanum optatum finem non haberet. Et reuera ita euenit, nam tres Patres Lombardi Pisis è Prouincia Lombardiæ missi; sic calamo, lingua, studio, atque opere se gessere, vt impeditum fuerit tale Pisanum Conciliabulum, summa cum Apostolicæ Sedis maiestate, atque Romani Pontificis lætitia. Ex Bartholomeo Carranza, *in Summa Concilij Lateranensis*, Dominico Grauina, *Tom. 4. Præscriptionum p. 2. q. 1. art. 10.* Michaele Plodio, *p. 2. lib. 3. de Viris Illustribus Ordinis in Vita Thomæ de Vio Caietani*, Alphonso Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum ad Annum 1512.* apud Vincentium Mariam Fontanam, *in Sacro Theatro Dominicano p. 2. cap. 3. de PP. in Concilijs, tit. 13. pag. mihi 383. col. p.*

Patres autem Teologi è gremio Prouinciæ Lombardiæ qui in Concilio Pisano partes Apostolicæ Sedis, nec non legitimi Ecclesiæ capitis Iura defendenda in se sumpsere; sunt.

Fr. Thomas de Vio Caietanus. Fr. Thomas de Vio Caietanus Magister Generalis Sacri Ordinis Prædicatorum Prouinciæ Lombardiæ alumnus; Vir potens in opere, ac sermone, qui hac occasione exprofesso egregie scripsit Opusculum de authoritate Romani Pontificis, omni eruditione, tam ex Sacræ Scripturæ, Iuris Pontificij, nec non Sanctorum PP. auctoritatibus refertum; qui & tres doctissimos PP. de Prouincia Lombardiæ, ad sustinendam, Apostolicæque Sedis maiestatem defensandam ex Bononia Pisis misit; quorum primus fuit.

Fr. Augustinus Nallius. Fr. Augustinus Nallius origine Ragusinus Conuentus Anconitani alumnus, qui tunc Regentis munus in Studio Bononiensi obibat; Vir eruditissimus, atque tam in Theologia, quàm in Iure Pontificio doctissimus.

F. Matthæus de Lulmo. Fr. Matthæus de Lulmo Brixiensis, vel vt volunt alij Bergomensis Conuentus alumnus; Vir sapientissimus, qui & ipse in Studio Bononiensi fuit Regens, & insuper Prior Prouincialis Prouinciæ Lombardiæ. Et

Fr. Bartholomeus Rōdaninus. Fr. Bartholomeus Rondaninus Fauentinus Theologus clarissimus, atque in parte Oratoria eloquentissimus, qui vna cum supradictis incomparabili eloquentia ita Romani Pontificis Iura, Apostolicæque Sedis splendorem sustinuit, vt idem Conciliabulum euanuerit. Ex Mo-

Monumentis Conuentus Pisani, & Grauina, atque Fernandez, apud Fontanam, *p. 2. cap. 3. tit. 13. pag. 363.* Et hæc satis dicta sint de Conciliabulo Pisano.

De Concilio Lateranensi Vltimo.

1512. CONuocatum itaque fuit Concilium Lateranense vltimum à Iulio Papa II. ad exurandum condemnandumq; Conciliabulum Pisanum Anno Domini millesimo quingentesimo duodecimo in alma Vrbe celebrandum, inchoatum die prima Maij adstantibus ipso Iulio II. Pontifice Maximo, multis Sanctæ Romanæ Ecclesiæ DD. Cardinalibus, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, alijsque Doctissimis Theologis, ex quibus plures Sacrum FF. Prædicatorum Ordinem in præfata Generali Synodo illustrarunt. Ex Spondano, *in Annal. Eccles. ad annum 1512. num. 9.* & Alphonso Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum ad annum 1513.* apud Vincentium Mariam Fontanam, *in Sacro Theatro Dominicano p. 2. cap. 3. de PP. in Concilijs tit. 14. pag. mihi 383. col. 1. & 2.*

Inter Theologos autem Prouinciæ Lombardiæ, qui præfato Concilio Lateranensi vltimo de famil a Diui Dominici cum gloria singulari eiusdem Prouinciæ, titulo doctrinæ, ac eloquentiæ; tripliciter effulsere famosiores Theologi, vndequaque celeberrimi fuere.

F. Thomas de Vio Caietanus. Fr. Thomas de Vio Caietanus proximè laudatus Generalis Ordinis, qui eruditissimam Orationem Coram Romano Pontifice, atque PP. Concilij habuit in sessione 2. 17. Kal Iunij anni 1512. nec non Opusculum eruditissimum edidit de Romani Pontificis authoritate; Quam Orationem Iulius Papa II. imprimi iussit, atque in Actis præfati Lateranensis Concilij constitui, mandauit. Tanti ponderis apud PP. extitit oratio illa Domini Caietani in Concilio habita. Ex Spondano, *in Annal. Eccles. anno 1515. num 15.* Vincentio Maria Fontana, *loco citato, Theatri p. 2. cap. 3. de PP. in Concilijs, tit. 14. pag. mihi 389. col. 2.* & Ambrosius de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis, Centuria 4. ad annum 1515. pag. mihi 232. col. 1.*

F. Thomas de Albicys. Fr. Thomas de Albicis Cæsenatensis Conuentus filius, Episcopus Calliensis in Vmbria à Leone Papa X. Anno millesimo quingentesimo tertio decimo creatus Prouinciæ Lombardiæ alumnus; Vir sapientissimus, qui præfatæ Lateranensi Synodo adfuit. Ex Fontana, *in Sacro Theatro p. 2. cap. 3. tit. 14. pag. mihi 383. col. 2. & p. 1. cap. 5. tit. 121. col. 1. num. 4. pag. mihi 151.*

F. Bartholomeus de Senica Brixiensis. Item præfato Lateranensi Concilio Generali, è gremio Prouinciæ Lombardiæ cum PP. itidem existentibus adfuit Fr. Bartholomeus de Senica Brixiensis Diœcesis, quamuis alij Bergomensem faciant, Vir eruditissimus, & præco famosissimus Iustinopolitanus Episcopus, qui in sessionibus 6. 7. 8. & 10. sub Leone Papa X. se subscripsit. Ex Ferdinando Vghello, *Tom. 5. Italiæ Sacræ*, apud Fontanam, *in Theatro in Appendice pag. mihi 623. col. p.* & Ambrosio de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis Centuria 4. pag 232. col. 2. ad annum 1511.*

Fr. Thomas de Catancis. Interfuit quoque eidem Lateranensi Concilio Fr. Thomas Cataneus nobilis Bergomensis, Ceruiensis Episcopus, Lombardus, Vir omni disciplinarum genere ornatus, qui inter PP. præfatæ Synodi sedit, atque pro morum reformatione eleganti oratione perorauit, quemadmodum & in Romana Curia ob peritiam litterarum semper in summa existimatione extitit. Ex Vghello, *Tom. 2. Italiæ Sacræ*, Vincentio Maria Fontana, *in Theatro Sacro p. p. cap. 5. de Episcopis, tit. 161. pag. mihi 165. col. 2. num. 3.* & Ambrosio de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis, Centuria 4 ad annum 1511. pag. mihi 231. col. 2. num. 6.*

Fr. Augustinus Nallius. Adfuit pariter eidem Generali Concilio Lateranensi è gremio Prouinciæ Lombardiæ Fr. Augustinus Nallius origine Ragusinus, qui ex Regente Studij Bononiensis à Magistro Generali Ordinis Fr. Thoma de Vio Caietano missus fuit Pisas, & inde Romam ad disertandum contra, atque opponendum Pisano Conciliabulo; in quo Concilio perorauit, & cum perorasset à Iulio Papa II. eodem anno millesimo quingentesimo duodecimo creatus fuit Mirenensis, atque Tribunensis Episcopus in Sclauonia. Ex Ioanne Michaele Plodio, *de Viris illustribus p. 2. lib. 4.* Seraphino Razzio, *de Viris Illustr. Ordinis*, Ambrosio Gozzio, *in Catalogo Scriptorum Ordinis*; Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. p. cap. 5. tit. 380. num. 6.* & Ambrosio de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis, Centuria 4.*

ad annum 1511. *pag. mihi* 252. *col.* 2. §. *Augustinus Nallius*.

Fr. Mattheus de Lulmo.

Neque huic Generali Lateranensi Concilio defuit Fr. Mattheus de Lulmo Lombardus, Prior Prouincialis Prouinciæ, vti rogatus à Ludouico Mediolanense Duci, quemadmodum videtur insinuare voluisse Vincentius Maria Fontana, *p. p. Theatr. cap.* 5. *tit.* 313. *num.* 7. Quoniam ex eodem Fontana colligitur, ex *p.* 2. *Theatr. cap* 3. *de PP. in Concilijs, tit.* 13. *pag.* 382. quod Fr. Thomas de Vio Caietanus Magister Generalis Ord. Prædicatorum Matthæum Lulmo direxerit Pisas, inchoato Concilio se oppositurum; Et rursus quod ipse Matthæus Lulmus cum socijs Pisas perexerit, & vlterius quod Pisis Concionibus assiduis, nec non frequentibus disputationibus, probauerit Pisanum Concilium, non esse Concilium, sed Conciliabulum; & vlterius, quod tunc temporis præfatus Matthæus de Lulmo erat Prior Prouincialis Lombardiæ, ac perinde subiectus obedientiæ Magistri Ordinis, è qua eximi non poterat in re tam iusta, atque graui. Et postremo quoniam idem Fontana fatetur præmemoratum Matthæum de Lulmo anno millesimo quingentesimo duodecimo è viuis discessisse à Iulio Papa II. creatus Episcopus Laodiceæ; vel ergo iam antea erat Episcopus, vel non? si Episcopus; ergo non subditus obedientiæ Magistri Ordinis, neque Ludouico Mediolanensi Duci; si non; ergo promotus fuit à Iulio II. Pontifice Maximo intuitu doctrinæ ostensæ in Lateranensi Concilio, aliàs nunquam promotus fuisset ad Episcopalem dignitatem si Magistri Generalis Fratris Thomæ de Vio Caietani mandato de accedendo Conciliabulum Pisanum ad opponendum restitisset. Vide Fontanam, *in Sacro Theatro Dominicano p. p cap* 5. *tit.* 313. *pag. mihi* 210. *col.* 1. *num* 7. & *p.* 2. *cap.* 3. *de PP. in Concilijs, tit.* 13. *pag. mihi* 382. *col.* 1. §. *Neque his contentus*; atque Ambrosio de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis, Centuria* 4. *ad annum* 1527. *pag. mihi* 252. *col.* 2. §. *Augustinus Nallius in calce*. Quare Concilia dicta attetè recole, & posteà iudica, an interfuerit, nec ne præfato Conciliabulo Pisano se opponendo, & postea in Concilio Lateranensi immediatè Romæ cum assistentia Romani Pontificis, atque doctissimis Theologis de anno 1512. celebrato.

Fr. Bartholomeus Rõdaninus.

Quod pariter inter PP. Theologos consedentes in eodem Concilio Lateranensi vltimo, siue 5. vti vult Cardinalis Robertus Bellarminus, adfuerit Fr. Bartholomeus Rondaninus de Fauentia Lombardiæ Prouinciæ Bononiensis Conuentus alumnus, series Historiæ hucusq; relatæ circa personam respectiuè Fr. Augustini Nallij Episcopi Mirenensis, atque Tribunensis, nec non Matthæi de Lulmo Leodicensis pariter Episcopi, id conuincit; cum singulorum par sit ratio, tam circa accessum ad Pisanum Conciliabulum, quam ad Lateranensem Synodum Generalem, vti videre est apud Vincentium Mariam Fontanam, *in Sacro Theatro Dominicano p.* 2. *cap.* 3. *de PP. in Concilijs tit.* 13. *pag.* 382. *col.* 1. §. *Neque his contentus* Et apud Ambrosium de Altamura, *in Bibliotheca Ordinis, Centuria* 4. *ad annum* 1527. *pag. mihi* 252. *col.* 2. §. *Augustinus Nallius in calce*; ad quas attestationes relatio habeatur; dum antiquitas temporum maiorem probationis vim non permittat in casu de quo agitur; vt innuere voluere ex Monumentis Conuentus Pisani, Dominicus Grauina, *in Præscriptionibus tom.* 4. *p.* 2. *quæst.* 1. *art.* 10. Ioannes Michael Plodius, *de Viris Illustribus Ordinis, p.* 2. *lib.* 3. *in Vita Caietani*, & Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum ad annum* 1512. apud Fontanam, *in Theatro Sacro p.* 2. *cap.* 3. *de PP. in Concilijs, tit.* 13. *pag.* 383. *col.* 1.

De profliganda hæresi Lutherana.

F. Thomas de Vio Caietanus. F. Syluester de Prierio.

ADuersus impiam, atque pestiferam Lutheri doctrinam, quæ totam deuastabat Germaniam, calamum acuere non cessarunt ex Prouincia Lombardiæ assumpti, nimirum Eminentissimus, ac Reuerendissimus Fr. Thomas de Vio Caietanus S. R. E. Presbyter Cardinalis Tit. Sancti Sixti, & Fr. Syluester de Prierio Sacri Palatij Apostolici Magister, qui tali facundia, solidoque fundamento, atque calamo aduersus præfatam hæresim scripsere vt anno millesimo quingentesimo vigesimo die 21. Maij, in publico Consistorio emanata, atque publicata fuerit Bulla contra errores Martini Lutheri, eiusque Libri publice damnati ignique traditi fuerint; se subscribente Carolo, & alijs. Ex Alphonso

ſo Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum, ad annum* 1521. & Fontana, *in Theatro Sacro p.* 2. *cap.* 3. *tit.* 15. *pag. mihi* 390. *col. p. & 2.*

De Concilio Tridentino.

1536. OEcumenicum Concilium Tridentinum quamuis indictum fuerit à Paulo III. Pontifice Maximo habendum Mantuæ Anno millesimo quingentesimo trigesimo sexto pro pace inter Christianos Principes introducenda, pro reformatione morum, nec non ad profligandam penitus Lutheranorum Hæresim; Deinde inchoandum Vincentiæ anno millesimo quingentesimo trigesimo octauo; Postea inchoandum Bononiæ anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo secundo. Tandem à Deo pacis Principe inter Imperatorem Cæsarem, & Galliæ Regem obtentá pace ab eodem Romano Pontifice Paulo Papa translatum Tridenti Anno Domini millesimo quingentesimo quarto, vbi inchoatum fuit, sedentibus Tridenti in Generali Concilio DD. Cardinalibus de Monte Ceruino, ac Polo eiusdem Summi Pontificis ad hoc specialiter peragendum de Latere Legatis, ac Præsidentibus nomine Apostolicæ Sedis.

In quo Generali Concilio Tridentino præter Præsides Cardinales, Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum, Theologorumque incomparabilem multitudinem, præsertim de Sacro FF. Prædicatorum numero Archiepiscoporum, Episcoporum, nec non Theologorum, qui abundanter huic Generali Synodo adfuere, de gremio Prouinciæ Lombardiæ eiusdem Ordinis Prædicatorum, tam de choro Archiepiscoporum, atque Episcoporum, quam de Illustrium Theologorum qui Tridentino Concilio consedere inter PP. visi sunt; nomina breui manu hic recensemus. Ex Alphonso Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum, ad annum* 1562. apud Vincentium Mariam Fontanam, *in Theatro Sacro Dominicano p.* 2. *cap.* 3. *de PP in Concilijs, tit.* 15. *pag. mihi* 391. *col.* 2. *§. Interfuere.*

ARCHIEPISCOPI.

FR. Augustinus Saluagus nobilis Ianuensis Conuentus Sancti Dominici Genuæ alumnus, Vir eloquentissimus, in Theologiaque, atque Diuinis Scripturis versatissimus, qui ob egregias animi dotes à Paulo IV. Pontifice Maximo, è Priore Conuentus eius originalis antedicti ad Patriæ Sedem, hoc est ad Ianuensem Ecclesiam regendam translatus fuit anno Domini millesimo quingentesimo nono. Ex Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustr. Ordinis lib.* 4. Ferdinando Vghello, *Tom.* 4. *Italiæ Sacræ*, Vincentio Maria Fontana, *in Theatro p. p. de Pastor. Eccles. cap.* 4. *de Archiepiscopis, tit.* 52. *pag. mihi* 80. *col.* 1. *num.* 3. *& p.* 2. *cap.* 3. *de PP. in Concilijs tit.* 15. *pag.* 391. *col.* 2 *Fr. Augustinus Saluagus.*

Fr Iulius Pauesius de Quintiano Brixiensis Diæcesis Conuentus Sancti Dominici Brixiæ filius, Vir tam in Philosophia, quàm in Theologia doctissimus, qui ex Commissario Generali Sanctissimæ Inquisitionis de Vrbe primo creatus Episcopus Vestanus, deinde à Paulo Papa IV. Episcopus Surrentinus denunciatus fuit anno Domini millesimo quingentesimo octauo Concilioque Tridentino interfuit. Ex Fontana, *in Theatro p. p. cap.* 4. *de Archiepiscopis tit.* 95. *pag. mihi* 101. *col.* 2. *& p.* 2. *cap.* 3. *de Patribus in Concilijs tit.* 15. *pag.* 392. *col.* 1. *Fr. Iulius Pauesius.*

Fr Leonardus de Marinis nobilis Ianuensis Archiepiscopus Lancianensis, incomparabilis acuminis Vir; qui expletis lecturis in principalioribus Prouinciæ Lombardiæ Conuentibus, Laodicensi Ecclesiæ primò a Iulio Papa III. anno millesimo quingentesimo quinquagesimo præficitur, ac tandem à Pio Papa IV. Lancianensis in Aprutio Ecclesiæ Archiepiscopus creatus fuit anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo; & in Concilio Tridentino sublimem sui doctrinam ostendit. Ex Fontana, *in Theatro p. p. cap.* 5 *de Episcopis, tit.* 313. *pag. mihi* 210. *col.* 2. *num.* 9. *& p. p. cap.* 18. *de Archiepiscopis, tit.* 54. *pag.* 81. *col.* 1. *num.* 2. *& p.* 2. *cap.* 3. *de Patribus in Concilijs tit.* 15. *pag. mihi* 392. *col.* 1. *F. Leonardus de Marinis.*

Fr. Antonius Iustinianus nobilis Ianuensis de Chio, Conuentus Sanctæ Mariæ de Castello Genuæ alumnus; Vir san- *Fr. Antonius Iustinianus.*

sanguinis nobilitate, atq; doctrinę præstãtia celebris, qui à Pio Papa IV. ad Concilium Tridentinum Oecumenicũ missus, ab eodem Pio IV. Põtifice Maximo Anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo Naxiensis, atque Pariensis in Græcia Archiepiscopus creatus fuit. Ex Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustribus Ordinis p. 2. lib. 4.* exque Registro *Cancell. Apostol.* apud Vincentium Mariam Fontanam, *in Theatro Sacro Dominicano p. p. cap. 4. de Archiepiscopis tit. 65. pag. mihi 68. col. 1. num. 3. & p. 2. cap. 3. de PP. in Concilijs, tit. 15. pag. 392. col. 1.*

EPISCOPI.

F. Ambrosius Catharinus. FR. Ambrosius Catharinus Politus Senensis Conuentus Sanctæ Catharinæ super Formelum de Neapoli filius; vir doctrina, atque virtutibus spectabilis, Theologusque famosissimus, qui in Concilio Tridentino Sessione 3. Die Iouis 4. Februarij celebrato doctissimam habuit orationem ad PP. qui pariter à Paulo Papa III. anno millesimo quingentesimo quadragesimo sexto, dum actu Actis Concilij interesset Minorensis Episcopus creatus fuit. Cuius cum singulari laude meminit Eminentissimus Cardinalis Pallauicinus. *in Historia Concilij*. & Vincentius Maria Fontana, *in Sac. Theatro p. p. cap. 5. de Episcopis tit. 390. pag. mihi 237. col. p. num. 4. & p. 2. cap. 3. de Patribus in concilijs, tit. 15. pag. 392. col. p. inter Episcopos Concilij Tridentini.*

Fr. Thimotheus Instinianus. Fr. Thimotheus Iustinianus Patesius Genuensis, Episcopus Calamonensis in Cretensi Regno, Conuentus Sanctæ Mariæ de Castello Genuæ per translationem suæ affiliationis alumnus factus, vir summæ eruditionis, atque exemplaritatis, Beatissimo Pio Papæ V. gratus, à quo postquam Oecumenico Concilio Tridentino interfuisset, tandem anno millesimo quingentesimo sexagesimo octauo ad Strongolensem Ecclesiam in Calabria sub Archiepiscopali Sanctæ Seuerinæ Metrolitana translatus est. *Ex Actis Consistorialibus*, Beati Pij Papæ V. & Vincentio Maria Fontana, *in Sacro Theatro Dominicano p. p. cap. V. de Episcop. s tit. 167. pag. mihi pariter 167. col. 2. num. 2. & pag. 168. col. 2. §. Cæterum Thimotheus inter huiusmodi mala, & p. 2. cap. 3. de Patribus in Concilijs. tit. 15. pag. mihi 392. col. p.*

Fr. Hieronymus de Nichisola. Fr. Hieronymus Michael de Nichisola Veronensis Episcopus Theanensis nobilitate sanguinis, nec non doctrina, & maximè in Theologia clarissimus, qui à Paulo Papa IV. anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo septimo ad Ecclesiam Episcopalem Theanensem regendam promotus fuit. In Concilioque Tridentino inter PP. ibi considentes cordati, atque doctissimi viri nomen sibi comparauit. Ex Ioanne Michaele Plodio *de Viris Illustr. Ordinis p. 2. lib. 4.* Ferdinando Vghello, *Tom. 6. Italiæ Sacræ*, atque Vincentio Maria Fontana, *in Sacro Dominicano Theatro, p. p. cap. 5. de Episcopis tit. 582. pag. 306. col. 2. & p. 2. cap. 3. de Patribus in Concilijs. Tit. 15. pag. 392. col. p.*

Fr. Ægidius Fuscararius. Fr. Ægidius Fuscararius nobilis Bononiensis Episcopus Mutinensis, vir doctissimus, qui ex Regente, Priore, atque Inquisitore Bononiensi, Magister Sacri Palatij Apostolici primò, deinde à Iulio Papa III. anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo Mutinensis Episcopus denunciatus fuit, & intèr Patres Concilij Tridentini maxima cum gloria Prouinciæ Lombardiæ sedit. Ex Vincentio Maria Fontana, *in Sacro Theatro p. p. cap. 5. de Episcopis tit. 407. pag. mihi 243. col. p. num. 2. & p. 2. cap. 3. de Patribus in Concilijs, tit. 18. pag. 392. col. p.*

F. Hieronymus Triuisanus. Fr. Hieronymus Triuisanus Nobilis Venetus, Conuentus Sancti Dominici Venetiarum alumnus, vir in omni disciplinarum genere eruditissimus, qui à Pio Papa IV. Veronensis Episcopus creatus fuit millesimo quingentesimo sexagesimo primo, & Synodo Generali Tridentinæ interesse voluit, in qua suæ doctrinæ maximam famam sibi comparauit; Verùm in eodem Concilio Tridentino è viuis non sine Prouinciæ Lombardiæ merore decessit anno secundo eius regiminis. Ex Vincentio Maria Fontana, *in Theatro Sacro p. p. cap. V. de Episcopis Tit. 629. pag. mihi 321. col. p. num. 2. & p. 2. cap. 3. de Patribus in Concilijs. tit. 15. pag. 392. col. p.*

Fr. Antonius de Comitibus Luccani. Fr. Antonius de Comitibus Lucani nobilis Ianuensis Episcopus Brugnatensis Conuentus Sanctæ Mariæ de Castello Genuæ alumnus, vir tam in Theologia, quam in Diuina Scriptura, nec non in Ecclesiasticis Annalibus versatissimus, qui

qui à Paulo Papa III. Brugnatensis Episcopus nominatus fuit, Concilioque Tridentino Generali adstitit, nec non Vicarius Generalis Archiepiscopi Genuensis extitit, promotusq; est ad præfatam Brugnatensem Ecclesiam, anno millesimo quingentesimo quadragesimo octauo. Ex Ferdinando Vghello, *tom. 4. Italiæ Sacræ*, Ioanne Michaele Plodio, *lib. 4. Historiæ Vir. Illustr Ordinis p. 2.* & Vincentio Maria Fontana, *in Theatro Dominicano p p. cap. 5. de Episcopis tit. 107. pag. 147. col. p. & p. 2. cap. 3. de Patribus in Concilijs tit. 18. pag 392. col. p.*

F. Thomas Stella.

Fr. Thomas Stella Venetus Episcopus Iustinopolitanus Prouinciæ Lombardiæ alumnus Conuentus Sancti Dominici Venetiarum filius, vir in Sacra Theologia, atque auctoritatibus Sanctorum Patrum versatissimus, qui Anno ab Incarnatione Dominica millesimo quingentesimo quinquagesimo à Iulio III. Pontifice maximo, Iustinopolitanus Episcopus denuntiatus fuit. Concilioque Tridentino Generali interfuit. Ex Vincentio Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p p. cap. 5. de Episcopis tit. 307. pag. mihi 208. col p. num. 3. & p. 2. cap. 3. de Patribus in Concilijs tit. 15. pag. 392. col. p.*

Fr. Iacobus Naclantus

Fr Iacobus Naclantus Origine Florentinus; verum affiliatione Conuentus Clugensis alumnus, Clugensisque Ecclesiæ Episcopus à Paulo Papa III. anno Domini millesimo quingentesimo quadragesimo quarto, cuius præclara Doctrina in Oecumenica Synodo Tridentina plurimum innotuit, ita ex Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustr. Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 4.* Ferdinando Vghello, *Tom. 5 Italiæ Sacræ*, & Vincentio Maria Fontana. *p. p. Theatri cap. 5. de Episcopis tit. 290. pag. mihi 174. col. p. num. 3. & p. 2. cap. 3. de Patribus in Concilijs. tit. 15. pag. 383. col. p.*

Fr. Hieronymus Vielmus.

Fr. Hieronymus Vielmus Venetus Argolicensis Episcopus, vir perspicacissimi ingenij, profundaque doctrina dotatus; Prouinciæ Lombardiæ tamen, qui in Concilio Tridentino de celsitudinæ doctrinæ sancti Thomæ Aquinatis duo volumina in lucem edidit, factusque primo à Pio Papa IV. Argolicensis Episcopus anno millesimo quingentesimo sexagesimo tertio, & postmodum ob egregia eius merita à Beatissimo Pio Papa V. translatus fuit ad Acmoniensem Ecclesiam anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo. Ex Ferdinando Vghello *tom. 5. Italiæ Sacræ*, apud Vincentium Mariam Fontanam, *in Sacro Dominicano Theatro p. p. cap. 5. de Episcopis tit. 50. pag. mihi 130. col. p. num. 3. & p. 2. cap 3. de Patribus in Concilijs. tit. 15. pag. mihi 394. col p. §. P. F. Hieronymus Vielmus.*

Fr. Petrus Bertanus.

Fr. Petrus Bertanus Mutinensis, vir sui æui in Theologia, auctoritatumque Sanctorum Patrum, nec non Sacrorum Conciliorum nemini Secundus, qui à Paulo III. Pontifice Maximo in extimatione semper habitus, creatus fuit Fanensis Episcopus anno Domini millesimo quingentesimo trigesimo septimo, ab eoque ad Oecumenicum Concilium Tridentinum missus, siue destinatus, in quo eius singularis doctrina inter cæteros Patres mirificè effulsit, vnde à Iulio Papa III. anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo primo terminata feliciter ad Carolum V Imperatorem Legatione creatus fuit S. R. E. Presbiter Cardinalis tit. SS. Petri, & Marcellini. Ex Fontana *p. p. Sacri Theatri Dominicani cap. 2. de S. R. E. DD. Cardinalibus tit. 33. pag mihi 34. col. 2. & cap. 5. de Episcopis tit. 241. pag. 191. num. 5. col. 2. & p. 2. cap. 3. de Patribus in Concilijs tit. 15. pag. mihi 394. col. p. §. P. F. Petrus Bertanus Episcopus.*

Theologi Lombardi.

Fr. Vincentius Iustinianus.

FR. Vincentius Iustinianus Chiensis Prouinciæ Lombardiæ alumnus, Magister Generalis totius Ordinis Prædicatorum, cum Nobili sui Ordinis Theologorum, atque Ecclesiæ Prælatorum corona ad Oecumenicum Concilium Tridentinum accessit, nec non ob singularem doctrinam magno in prætio à PP. semper habitus fuit, ex Fontana, *in Theatro Dominicano p. p. cap. 2. de S. R. E. Cardinalibus tit. 37. pag. mihi 38. col. p. & p. 2. cap. 3. de Patribus in Concilijs, tit. 15. pag. mihi 392. col. p.* & Seraphino Razzio, *in Historia Illustr. Virorum Ordinis pag. mihi 181.* Qui postea à Beato Pio Papa V. creatus fuit S. R. E. Præsbiter Cardinalis, sub titulo Sancti Nicolai inter Imagines anno millesimo quingentesimo septuagesimo primo. Ex Seraphino Razzio, *de Viris Illustribus Ordinis pag. 182.* & Fontana, *in Sacro Theatro*

tro

tro p.p. cap. 2. de S. R. E. Cardinalibus, tit. 37. pag. mihi 39. col. p.

Fr. Hieronymus Muzzarellus. Fr. Hieronymus Muzzarellus Bononiensis, vir doctissimus, linguarumque Hebraicæ, Græcæ, atque Latinæ possessor incomparabilis, qui ex Priore Bononiensi, Priore Prouinciali Lombardiæ, nec non Inquisitore Bononiensi, creatus Sacri Palatij Apostolici Magister à Iulio III. Pontifice Maximo in locum Fr. Ambrosij Catharini prædefuncti ad Sacrum Oecumenicum Concilium Tridentinum missus fuit, anno millesimo quingentesimo quinquagesimo tertio, in quo Anno pariter ab eodem Iulio Papa III. ad Archiepiscopatum Compsanum promotus fuit, ex Vincentio Maria Fontana, *in Sacro Theatro Dominicano p, 2. cap. 3. de PP. in Concilijs, Tit. 15. pag. 394. col. p. & p. 2. cap. V. de Magistris Sacri Palatij Apostolici, tit. 44. pag. mihi 446.*

Fr. Thomas Badia. Fr. Thomas Badia Mutinensis vir eruditione, doctrina, morumque probitate clarus, qui ex Magistro Sacri Palatij Apostolici à Paulo Papa III. circa annum millesimum quingentesimum quadragesimum septimum, ad Concilium Tridentinum Missus; à Romano Pontifice, & à PP. in præfato Concilio consiđentibus, pro Cleri reformatione electus fuit, atque cum alijs doctis Theologis, ad Vormatiense colloquium ad disputandum cum Lutheranis designatus fuit, quos vicit, atque superauit; quamobrem postea ab eodem Paulo Papa III. S. R.E. Præsbiter Cardinalis creatus fuit, ex Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. p. cap. 2. de S. R. E. Cardinalibus tit. 32. pag. 34. col. p. & p. 2. cap. 3. de PP. in Concilijs tit. 15 pag mihi 394. col. p. & p. 2. cap. 5. de Magistris Palatij Apostolici tit. 4. pag. mihi 444. col. p.* & Cardinalis Pallauicinus *in Historia Concilij Tridentini.*

Fr. Bartholomeus Spina. Fr. Bartholomeus Spina Natione Pisanus Conuentus Sancti Thomæ, & Apolinaris Papiæ alumnus, vir litteratissimus Theologusque doctissimus, qui à Paulo Papa III. specialiter fuit nominatus inter Theologos, pro Congregationibus habendis in Sacra Tridentina Synodo in materia Fidei, & tantæ æstimationis extitit apud Romanum Pontificem, vt promoto ad Sacram Purpuram Fr. Thoma Badia Mutinensi, ipse Bartholomeus Spina Sacri Palatij Apostolici Magister fuerit ab eodem Paulo Papa III. denunciatus, cuius meminit Cardinalis Pallauicinus, *in Historia Conc. Trid.* Apud Fontanam, *in Theatro Sac p. 2. c. 5. de Mag. Sacr. Pal. Apost. tit. 41. p. 444. col. 2. & p. 2. c. 3. de PP. in Concil. tit. 15 pag. mihi 394. col. 2. §. Paulus Papa III. Romæ deputauit.*

F. Camillus Campegius. Fr. Camillus Campegius Papiensis Inquisitor Ferrariæ Theologus famosissimus à Pio Papa V. missus ad Generale Concilium Tridentinum, anno millesimo quingentesimo sexagesimo, cuius Sapientia, atque doctrina adeo effulsit coram PP. vt facta relatione Sanctissimo Pio Papæ V. cum ex Inquisitore Ferrariensi, Nephesinum Episcopum creauerit, anno millesimo quingentesimo sexagesimo octauo. Cuius meminit Fontana, *in Sacro Theatro p. p. cap. 5. de Episcopis. tit. 418. pag. 247. col. p. & p. 2 cap. 3. de Patribus in Concilijs, tit. 15. pag. 392. col. p.*

Fr. Adrianus Valenticus. Fr. Adrianus Valenticus Venetus, Prouinciæ Lombardiæ alumnus, vir morum integritate, solidaque eruditione conspicuus à Pio Papa IV. ad præfatum Oecumenicum Concilium Tridentinum, vna cum Fr. Camillo Campeggio, vt præfatæ cógregationi interesse directus, qui postmodum à Pio Papa V. Episcopus Iustinopolitanus, anno Domini millesimo quingentesimo sexagesimo sexto die 28. Februarij creatus fuit, ex Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. p cap. 5. de Episcopis tit. 307. pag. 208. col. 2. num. 4. & p. 2. cap. 3. de Patribus in Concilijs tit. 15. pag. mihi 392. col. 2. §. P. F. Petrus de Soto Hispanus.*

F. Seraphinus Caballus. Fr. Seraphinus Caballus Brixiensis, Socius Reuerendissimi Magistri Generalis Ordinis Prædicatorum Prior Prouincialis Terræ Sanctæ, vir tum in Philosophia, tum in Theologia versatissimus, atque doctus, ex Frocomissario Sancti Officij de Vrbe Prouincialis generalis Ordinis, interfuit Concilio Tridentino, & postmodum factus est Inquisitor Generalis totius Ordinis Prædicatorum, ex Vincentio Maria Fontana, *in Sacro Theatro Dominicano p. 2. cap. 3. de Patribus in Concilijs tit. 15 pag. mihi 392. col. p. §. Magister Generalis Ordinis in calce.*

F. Michael de Ast. Fr. Michael de Ast Nobilis Ianuensis, vir non tam sanguinis nobilitate, quam litterarum copia, atque eruditione commendabilis, Prior Conuentus Sancti Laurentij de Tridento Sacri Ordinis Prædicatorum Theologus profundus, qui inter PP. in Concilio Tridentino, non solum

lum interfuit, sed & suæ singularis doctrinæ inter disputandum euidentissima dedit indicia. Ex Vincentio Maria Fontana, *in Sacro Theatro Dominicano p. 2. cap. 3. de Patribus in Concilijs tit. 15. pag. mihi 393. col. p. §. Fr. Michael de Ast Genuensis.*

De Procuratoribus, atque Socijs Prælatorum.

Fr. Felicianus Niguarda. FR. Felicianus Niguarda à Morbineo Prouinciæ Lombardiæ alumnus Conuentus Sanctæ Mariæ Gratiarum Mediolani Filius, Theologus, atque Canonista celeberrimus, Concilio Tridentino Generali adstitit inter PP. ibi cōsedentes Orator, ac Procurator pro Illustrissimo, & Reuerendissimo Archiepiscopo Salisburgensi, Theologus, inquam insignis, qui Scalensis Episcopus primò, Sanctæ Agatæ deinde, & postmodùm Nouocomensis Episcopus creatus fuit à Sixto Papa V. anno Domini millesimo quingentesimo octuagesimo octauo, die 7. Octobris; Cuius meminit, Antonius Lusitanus, *in Bibliotheca Ord.* vna cum Ioanne Michaele Plodio, *de Vir. Illustr. Ordinis p. 2. lib. 4.* & Ferdinando Vghello, *Tom. 5. Italiæ Sacræ:* apud Fontanam, *in Theatro Sacro p. p. cap. 5. de Episcopis tit. 195. pag. mihi 177. col. p. & p. 2. cap. 3. de Patribus in Concilijs tit. 15. pag. mihi 393. col. p. §. F. Felicianus Niguarda.*

F. Hælisæus Caius. Fr. Hælisæus Caius, siuè de Cays Venetus Conuentus S. Dominici Venetiarum alumnus, Vir Theologicarum disciplinarum exacta cognitione dotatus, ad præfatam Oecumenicam Synodum Tridentinam, vna cum Illustrissimo, ac Reuerendissimo Domino Archiepiscopo Pragensi adijt, tanquam Theologus vocatus. Ex Fontana, *p. 2. cap. 3. de PP. in Concilijs. tit. 15. pag. 392. col. 2. in calce.*

Fr. Benedictus Herba. Fr. Benedictus Herba Mantuanus Prouinciæ Lombardiæ alumnus, Conuentus Sancti Dominici Mantuæ filius, ab Apostolica Ecclesia aduersus hæreticam prauitatem in Diœcesi Mantuana Inquisitor Apostolicus delegatus, vir doctrinæ, atque eruditionis copia clarus, qui vna cum Brixiensi Episcopo, Theologi sapientissimi titulo Tridentinæ Generali Synodo inter PP. adfuit, & postmodum à Pio Papa V. Casalensis Episcopus, etsi reluctans per præceptum eidem factum creatus fuit Anno ab Incarnatione Dominica millesimo quingentesimo septuagesimo. Quem celebrant Ferdinandus Vghellus, *Tom. 4. Italiæ Sacræ.* Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, Ioannes Michael Plodius, *de Vir. Illustr. Ordinis p. 2. lib. 4.* & Vincentius Maria Fontana *in Sac. Theatro p. p. cap. 5. de Episcopis tit. 142. col. p. & p. 2. cap. 3. de Patribus in Concilijs tit. 15. pag. mihi 393. col. p.*

Fr. Marcus Medices Veronensis Lombardiæ Prouinciæ decor; Vir litteratissimus sui æui, expletis in insignioribus Prouinciæ Conuentibus Lecturis, Sanctissimæ Inquisitioni Veronensi Fidei Censor præfectus est, & cum Illustriss. atque Reuerendissimo Episcopo Cenetensi Concilium Oecumenicum Tridentinum cum eodem munere Theologi adijt, in quo Concilio sui doctrinam in difficilioribus materijs pertractandis ostendit. Ex Vincentio Maria Fontana, *in Sacro Theatro Dominicano p. 2. cap. 3. de Patribus in Concilijs tit. 15. pag. mihi 393. col. p. §. Marcus Medices.* *Fr. Marcus Medices.*

Fr. Constantinus de Isorella Brixiensis Diœcesis Conuentus Sancti Dominici Brixiæ alumnus; Vir spectatæ integritatis, atque doctrinæ, & præcipuè doctrinæ Doctoris Angelici propugnator acerrimus, siquidem malleus, atque terror in disceptationibus Scotistarum nuncupabatur, vna cum Illustrissimo, ac Reuerendissimo Domino Episcopo Politiano ad Theologi titulum huic Concilio Generali Tridentino interfuit, & in eadem Synodo simul cum alijs Patribus suum votum dedit. Ex Vincentio Maria Fontana, *in Sacro Theat. Dominicano p. 2. cap. 3. de PP. in Concilijs tit. 15. pag. mihi 393. col. p. §. Constantinus Coccianus.* *F. Constantinus de Isorella.*

Fr. Baptista, siue Ioannes Baptista de Lugo natione Romandiolus, Prouinciæ tamen Lombardiæ alumnus, vir in omni ferè disciplinarum genere versatissimus, signanter verò in Sacra Theologia, Iureque Pontificio nemini sui temporis secundus, Concilio Generali Tridentino, vna cum Illustrissimo, ac Reuerendissimo Domino Veronensi Episcopo titulo Theologi cum cæteris PP. adfuit, ex Vincentio Maria Fontana, *in Sacro Theatro Dominicano p. 2. cap. 3.* *Fr. Baptista de Lugo.*

de Patribus in Concilijs tit. 15. pag mihi 393 col. p. §. P F. Baptista de Lugo.

F. Hieronymus Barolus. F. Hieronymus Barolus Papiensis Conuentus Mediolanensis alumnus, in Ticinensi Vniuersitate in via Sancti Thomæ Aquinatis Theologus, atque Cathedraticus Publicus, præexcellentissimæ famæ acclamatus, & ipse in præfato Oecumenico Tridentino Concilio, cum cæteris PP. in Ordine Theologorum sedit, atq; in materia de iustificatione, & gratia perorasse fertur. *Ex Actis eiusdem Concilij*, apud Vincentium Mariam Fontanam, *in Sacro Theatro Dominicano p. 2. cap. 3. de Patribus in Concilijs tit. 15. pag. mihi 393. col. p. §. P. Fr. Hieronymus Barolus Papiensis*. Hæc de Concilio Tridentino.

De Disceptatione habita cum Lutheranis in Vormatiensi colloquio.

F. Thomas Badia. FR. Thomas Badia Mutinensis, vir tum in Summa Sancti Thomæ Aquinatis, tum in Lectura Sacrarum Litterarum, atque Conciliorum versatissimus, ex Magistro Sacri Palatij Apostolici à Paulo III. Pontifice Maximo primò, Postmodum à PP. Concilij Tridentini ad Vormatiense colloquium cum Lutheranis publicè habendum, cum alijs præstantissimis Theologis ad disputandum directus postquam in arenam cum Lutheranis ad disceptandum seu perduellandum descendit, Hæreticos, vi rationum, atque Sacrarum Scripturarum auctoritatibus præ cæteris excellentius retudit, deuicit, atque confutauit. Quapropter ab eodem Paulo Papa III. circa annum ab Incarnatione Dominica millesimum quingentesimũ quadragesimũ nonũ S. R. E. Presbyter Cardinalis, sub Tit. S. Syluestri in Campo Martio creatus est. Ex Sebastiano Olmeda, *in vita Magistrorum Generalium Ordinis*, Alphonso Ciaccono, *in Vita Pauli III*. Alphonso Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*. Vincentio Maria Fontana, *in Sacro Theatro Dominicano p. p. cap. 2. tit. 32. pag. mihi 34. col. p & p. 2. cap. 3. de PP. in Concilijs, tit. 5. pag. 394. col. p. §. 4.*

Hæc sunt, quæ breui manu de PP. Prouinciæ Lombardiæ Sacri Ordinis Prædicatorum, siue in Generalibus Concilijs hucusquè celebratis, siue in publicis cum Hostibus Fidei Disceptationibus scribere potui.



TA-

TABVLA CHRONOLOGICA V.

Illustrium Virorum Prouinciæ Lombardiæ Sacri Ordinis Prædicatorum, qui ob singularem doctrinam, & incomparabilis prudentiæ, dexteritatis, cæterarumque virtutum copiam, ad diuersa ardua, perdifficiliaque Apostolicæ Sedis negotia pertractanda, ab exordio Ordinis ad hæc vsque tempora, è gremio Prouinciæ Lombardiæ à Romanis Pontificibus, iuxtà *Luc. cap. 21.* *illud* (Ego dabo vobis os, & sapientiam) *assumpti fuere.*

TABVLÆ V.

ARGVMENTVM.



ANtequam Eliam per currum igneum, & equos igneos ab oculis Elisæi Prophetæ tolleret Dominus, Elisæum precibus magistrum *Lib.4.Reg. cap. 2.* enixè obsecrasse, vt Eliæ Spiritus in ipso duplicaretur, indubiè credendum est, sic diuina attestante pagina. Pariformiter antequam Sanctissimus Patriarcha Dominicus per Scalas in Cælum subduceretur, Sanctissimum Patrem Bononiæ alumnis suis è Cælo maiora, se præstiturum illis, promisisse, quàm in hac lachrymarum valle ab ipso sperare potuissent pariter, indicare voluere Inclyti FF. Prædicatorum Ordinis Historiæ. Sed quid? asserere ne audebimus, de Diui Dominici Filijs, quæ de Filijs Israel docebat Apostolus, videlicet; Quod omnia in figuris contigerint illis? Non tantum asserere auderem. Si tamen in hac parte aliquid tutè affirmare liceret; Dicerem, quod ardua, perdifficiliaque Apostolicæ Sedis negotia à FF. Prouinciæ Lombardiæ, non nisi in spiritu, fiducia, atque Sanctissimi Patriarchæ Dominici intercessione à præfatis eiusdem Patris filijs Prouinciæ Lombardiæ hæroibus iuxtà illud. *(Spiritus meus, qui est in te, & verba mea, quæ posui in ore* *Isaiæ cap 59.* *tuo, non recedent de ore tuo, & de ore seminis tui, amodò, & vsque in sempiternum;* tam insigniter pertractata fuisse. Quodq; rerum euentus id comprobauerit, Illustrium facinorum FF. Prædicatorum Prouinciæ Lombardiæ narrationes ab Ordine condito ad hęc vsque tempora in subiecta materia, de qua agitur, indicabunt. Sit itaque factorum series.

Primus omnium priscorum PP. Prouinciæ Lombardiæ inclyti Ordinis Prædicatorum, qui adiutus Diui Dominici spiritu partes Apostolicæ Sedis ad perdifficilia negotia pertractanda susceperit; fuit Fr. Gualla Bergomensis, qui à Gregorio IX. Pontifice Maximo Anno millesimo ducentesimo vigesimo nono, creatus Brixiensis Episcopus, illicò ab eodem Gregorio ad Pataui nos, atque Taruisinos inter se dissidentes, confæderandos in vinculo pacis, missus fuit tamquam Legatus Apostolicus, quam Legationem ita adamussim omnibus numeris cum tali prudentia, atque dexteritate adimpleuit vt odi s vicissim dimissis, non sine singulari sui animi lætitia Romanus Pontifex Taruisinos, atque Patauinos pacis fædere simul reconciliatos, atque vnitos viderit. Ex Abrahamo Bzouio, *in Annalibus Eccles. circa annum* 1244. *num.* 9. &

1229. Fr. Gualla Bergomensis.

9. & Ferdinando Vghello, *in Italia Sacra tom. 4. inter Episcopos Brixienses*, apud Fontanam, *in Theatro Sacro Dominicano p. 2. de Legatis Apostolicis cap. 2. tit. 2. pag. mihi 353. col. 1. num. 1. §. B. Gualla Bergomensis.*

1229. *Fr. Gualla Bergomẽsis.* Quinimmò ex fælici exitu primæ Legationis motus idem Gregorius Papa IX. eundem P. Fr. Gualla Episcopum Brixiensem ferè eodem anno millesimo ducentesimo vigesimo nono, iterum Legatum Apostolicum misit ad Fridericum Imperatorem; Ciuitatesq; confæderatas, qui Mediolani coram Friderico Imperatore Apostolicæ Sedis partes tam egregiè sustinuit, vt apud Imperatorem, confederatasque Vrbes, omnia ad Summi Pontificis voluntatem obtinuerit. Cuius Legationis Apostolicæ meminit Vincentius Maria Fontana, *in Sacro Theatro Dominicano p. 2. cap. 2. de Legatis Apostolicis, tit. 2. pag. mihi 333. col. p. n. 1. §. B. Gualla Bergomensis.* Ex Abrahamo Bzouio, *in Annal. Eccles. ad Annum 1244. num 9.* Et Ferdinando Vghello, *Tom 4. Italia Sacra, inter Episcopos Brixienses.*

1233. *Fr. Ioannes Vicentinus.* Cum belli motus inter Florentinos, atque Senenses, qui Italiæ pacem plurimum perturbare potuissent, in Tuscia suscitati fuissent, ad eos sedandos, animosque tam Florentinorum, quàm Senensium componendos, illuc Gregorius IX. Pontifex Maximus, Legatum Apostolicum misit de anno millesimo ducentesimo trigesimo tertio Fr. Ioannem Vicentinum Virum litteratissimum, qui tali, ac tanta eloquentia, atque dexteritate Apostolici Legati partes egit; vt breuissimo tempore depositis inter partes odijs, cuncta pro eiusdem voto compleuerit. Ex Abrahamo Bzouio, *in Annal. Eccles. ad Annum 1233.* Alphonso Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum ad annum 1233.* apud Fontanam, *in Theatro Sacro p. 2. cap. 2 de Legatis Apostolicis, tit. 2. pag. mihi 353. col. 1. num. 2. §. Gregorius IX. Pont. Max.*

1233. *Fr. Ioannes Vicentinus.* Subortis similiter in partibus Lombardiæ; in processu eiusdem anni millesimi ducentesimi trigesimi tertij, quotidianis bellicis tumultibus, idem Sanctissimus Dominus noster Gregorius Papa IX. timens, nè Fridericus Romanorum Imperator, cum Germanorum copijs, atque exercitibus in Lombardiam descenderet, ipsamque, igne, fame, ac ferro penitus deuastaret, è Bononiæ domicilio, vbi Fr Ioannes Vicentinus residebat, eundem Legatum Apostolicum in Lombardiam ad sedandos animos diffidentium misit; qui Ioannes Vicentinus Bononia discedens, Patauium venit, deinde Veronam; vbi pacem inter diffidentes, quam Summus Pontifex plurium Cardinalium auctoritate consequi nequiuerat; incomparabili dexteritate obtinuit. Tantum valuit apud populos nostri Ioannes Vicentini æstimatio; vt odijs depositis, firmatis, atque in pace compositis animis, omnia ad Summi Pontificis votum obtinuerit. De qua reconciliatione commemorationem fecere, Abraham Bzouius, *in Annal. Eccles. ad annum 1233.* Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum ad annum 1233.* & Vincentius Fontana, *in Theatro p. 2. cap. 2. tit. 2. pag. mihi 353. col. 1. num. 2. §. Gregorius IX. Pont. Max.*

Dum circa hæc tempora Diui Petri Nauicula fluctibus, atque tempestatibus, nimirum, Saracenorum incursionibus, Græcorum Schismate, Tartarorum sæuitia, nec non morum corruptela, atq; occupatione Sancti, Domini Iesu Christi Saluatoris, Sepulchri ab infidelibus, plurimum vexaretur. Hoc anno millesimo ducentesimo quadragesimo quarto Sanctissimus Dominus noster Innocentius Papa IV. pro recto regimine Ecclesiæ diuinitus sibi commissæ ad huiusmodi grauissima Apostolicæ Sedis negotia cum Imperatore Orientis tractanda, proque Concilio Generali conuocando, Constantinopolim misit Fr. Vualterum Venetum, Episcopum Teruisinum, Nuncium, atque Legatum Apostolicum ad Balduinum II. Imperatorem Orientis, Virum doctum, ac summa dexteritate in rebus arduis pertractandis dotatum, qui exposita Apostolica Legatione, omnia eius munera prout par erat adimpleuit. Ex Ferdinando Vghello, *in Italia Sacra, tom. 5 & in Appendice tom. 9* Ioanne Michaele Plodio, *in lib. Progenici Sancti Dominici, in Italia lib. 2. cap. 89.* & Vincentius Maria Fontana, *in Theatro p. 2. cap. 2. tit. 2. pag. mihi 354. col. 2. num. 7. §. Vualterus Venetus.* 1244. *Fr. Vualterus Venetus.*

Eodem pariter anno millesimo ducentesimo quadragesimo quarto; Videns idem Summus Pontifex Innocentius IV. in Italia perturbatorem publicę pacis esse Ezelinum de Romano; Quapropter plu- 1244. *Fr. Rolandus Cremonensis.*

plurimum Christiani Orbis, & signanter in partibus Italiæ desiderans tranquillitatem Ecclesiæ, publicamque pacem. Idem Innocentius Papa IV. Commissarium Apostolicum creauit Fr. Rolandum Cremonensem, vt in Ezelinum Clauium Ecclesiæ contemptorem, atq; Italiæ pacis perturbatorem iniquissimum, inquisitionem institueret, illumq; aliquo vicino in loco, atque tuto coram populi multitudine in iudicio iuridicè vocaret, argueret, castigaret, atque pro iustitia damnaret. Quæ omnia Fr. Rolandus iuxtà Romani Pontificis votum infracto animo præstitit, atque peregit. Ex Cæsare Baronio, *in Annal. Eccles. ad annum* 1244. *num.* 2. apud Fontanam, *in Theatro p.* 2. *cap.* 2. *tit* 8. *pag. mihi* 364. *col.* 1. *n.*3. §. *Anno millesimo ducentesimo*.

1248. *Fr. Bartholomeus de Bragantijs.* Fr. Bartholomeus de Bragantijs Vicentinus, Vir Sapientissimus, Prouinciæque Lombardiæ splendor indeficiens, ab Innocentio Papa IV. ex Magistro Sacri Palatij Apostolici Nemosiensis Episcopus in Cyprio Regno creatus, ab eodem Innocentio IV. Pontifice Maximo in Siriam ad Sanctum Ludouicum Galliæ Regem Anno millesimo ducentesimo quadragesimo octauo Legatus de Latere directus est, cuius singularem doctrinam, vitæque sanctitatem, Sanctus Ludouicus admiratus in suę animæ directorem, atque custodem sibi eum delegit, cui & animæ labes voluntaria confessione manifestare consueuerat: Sicque in Galliam cum eodem Rege reuersus, apud eumdem mansit, quo vsque ab Alexandro Papa IV. Vicentinus Episcopus constitutus fuit, videlicet, Anno millesimo ducentesimo quingentesimo sexto; quo tempore ad patriam sedem accessit. Huius Spondanus *in Auct. Chronolog.* meminit, & cum eo Ferdinandus Vghellus, *Tom.* 5. *Italia Sacra*, atque Fontana, *in Theatro p.* 2. *cap.* 2. *tit.* 1. *pag. mihi* 343. *col.* 2. *num.* 2. §. *B. Bartholomeus de Bragantijs*.

1265. *F. Annibal de Annibaldis.* Vt publicum fidelitatis erga Sanctam Sedem, Christique Domini Vicarium, præstitum Sacramentum à Carolo Siciliæ Rege non esset sine præmio Vrbanus IV. Pontifex Maximus hoc anno millesimo ducentesimo sexagesimo quinto misit cum potestate Legati de Latere Fr. Annibalem de Annibaldis S. R. E. Presbyterum Cardinalem Sacri Ordinis Prædicatorum Conuentus Sanctæ Sabinæ de Vrbe alumnum, associatum à Ioanne Caietano Vrsino, Riccardo de Annibalis, atque Iacobo Sabello S. R. E. Cardinalibus, vt Regio Diademate Carolum Siciliæ Regem redimiret, quod solemniter dictus Fr. Annibal præstitit, post susceptum ab eodem Rege publicum fidelitatis, erga Apostolicam Sedem Sacramentum. Ex Abrahamo Bzouio *in Annal. Eccles. ad annum* 1265. *num.* 2. Alphonso Ciaccono, *in Vita Cardinal.* Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustribus Ordinis*, & Alphonso Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum inter Cardinal.* apud Fontanam, *in Theatro p.* 2. *cap.* 2. *tit.* 1. *de Legatis de Latere pag. mihi* 344. *num.* 3. *col.* 1. *nu.* 3. §. *Cardinalis Annibaldensis*.

Fr. Bonifacius ex Comitibus Lauaniæ nobilis Ianuensis Conuentus Sancti Dominici Genuæ, Prouinciæ Lombardiæ alumnus; Vir natalium splendore, morum candore, atque in pertractandis negotijs singulari prudentia, nec non dexteritate præditus, à Gregorio Papa X. hoc currente anno millesimo ducentesimo septuagesimo quarto, Nuncius, siue Legatus Apostolicus ad Philippum Francorum Regem missus, Apostolicæ Sedis partes egregiè ita sustinuit, vt ab eodem Gregorio X. Pontifice Maximo postea Archiepisc. Rauenatensis, nec non Æmiliæ Prouinciæ Legatus Apostolicus denunciatus fuerit. Ex Ferdinando Vghello, *Tom.* 2. *Italia Sacra*, apud Fontanam, *in Theatro Sacro p.* 2. *cap.* 2. *tit.* 2. *pag. mihi* 354. *col.* 2. *num.* 10. §. *P. F. Bonifacius ex Lauania Comitibus*. 1274. *F. Bonifacius ex Comitibus Lauaniæ.*

Nicolaus Papa III. ex Vrsinorum familia ad D. Petri Thronum vix sublimatus, ea, quæ pacis sunt excogitare cæpit, & signanter in regionibus illis, quæ Sanctæ Romanæ Ecclesiæ dominio subduntur. Quamobrem considerans Summus Pontifex, quatenus tam Nobiles Æmiliæ Prouinciæ, quàm Ciues Bononienses debitam erga Apostolicam Sedem reuerentiam dimisissent idcirco vt Bononienses, totamque Flaminiam in debita erga eandem Sanctam Sedem obedientia contineret; Hoc anno millesimo ducentesimo septuagesimo octauo Fr. Ioannem de Vercellis Prouinciæ Lombardiæ alumnum Magistrum Generalem Sacri Ordinis Prædicatorum Nuncium Apostolicum, vna cum Fr. Laurentio de Tridento, atque alia vice vnà cum Gui- 1278. *Fr. Ioannes Vercellensis.*

done Montefenetrio; ad Flaminiam, Bononiensesque Ciues misit. Qui tanta prudentia, taliquedexteritate Apostolicæ Sedis negotium disposuit; vt cuilibet Flaminiæ Ciuitati fidelitatis Sacramento auctoritatiuè præstito; à cunctisque Ciuitatis Bononiensis viris summa submissione erga Sanctam Sedem suscepto, cuncta ad Romani Pontificis votum obtinuit. Ex Abrahamo Bzouio *in Annal. Eccles. ad annum* 1278. *num.* 13. *& num.* 15. apud Vincentium Mariam Fontanam, *in Theatro p.* 2. *cap.* 2. *tit.* 2. *de Legatis Apostolicis pag. mihi* 355. *col.* 1. *num.* 12. §. *Nicolaus Papa III.*

Videns Nicolaus Papa IV. nuper ad
1288. *Fr. Bonifacius ex Co: Lauania.* Diui Petri Solium assumptus ob varios bellorum motus omnia in Siculo, atque Neapolitano Regnis in præceps ire, statim applicato animo ad reddendam pacem, atque tranquillitatem à præfatis Regnis iam diu desideratam, vtq; Carolum II. Tarentinum Principem in custodia ab Alphonso Aragoniæ Rege detentum, in libertatem reponeret, Fr. Bonifacium è Lauaniæ Comitibus Rauenatensem Archiepiscopum Prouinciæ Lombardiæ alumnum de quo supra; cum Petro Archiepiscopo Montis Regalis, & F. Raynerio Viterbiensi, Internuncium, atque Legatum misit in Siciliam, qui Fr. Bonifacius talis Legationis munus adeo prudenter, ac incomparabili dexteritate, tam Neapolis, quàm Siciliæ peregit, vt omnia, & singula, prout Romanus Pontifex ordinauerat, à Regibus Siciliæ, atque Neapolitano benignissimè obtinuerit, demisso è custodia Carolo, summa cum Romani Pontificis animi exultatione. Ex Abrahamo Bzouio, *in Annal. Eccles. ad Annum* 1281. *num.* 8. apud Vincentium Mariam Fontanam, *in Theatro Sacro Dominicano p.* 2. *cap.* 2. *tit.* 2. *de Legatis Apostolicis, pag. mihi* 355. *col.* 2 *num.* 15. §. *Assumptus ad Apostolatus Apicem.*

Fr. Nicolaus Boccasinus de Taruisio,
1298. *F. Nicolaus Boccasinus.* ex Priore Prouinciali Lombardiæ vix ad supremum sui Ordinis Prædicatorum gradum sublimatus fuit, quod currente anno millesimo ducentesimo nonagesimo octauo, à Bonifacio Papa VIII. pro grauissimis Apostolicæ Sedis negotijs tractandis ad Philippum Galliæ Regem Legatus Apostolicus missus est, à quo benignè acceptus suam Legationem tali dexteritate, impleuit vt omnia à Philippo Galliarum Rege ad desiderium Sanctissimi D. N. Bonifacij Papæ VIII. obtinuerit: ob quam causam idem Bonifacius Papa VIII. eundem F. Nicolaum Boccasinum S. R. E. Presbyterum Cardinalem creauit, de Mense Decembri eiusdem anni. Ex Ioanne Michaele Plodio *de Viris Illustribus Ordinis p.* 2. *lib.* 4. *inter Cardinales*, & Vincentio Maria Fontana, *in Theatro Sacro p.* 2. *cap.* 2. *tit.* 2. *pag. mihi* 355. *col.* 2. *num* 18. §. *P. F. Nicolaus Boccasinus.*

Factus Cardinalis Fr. Nicolaus Boccasinus de Taruisio de quo supra ab eodem Bonifacio Papa VIII. cui eiusdem pietas, vita inculpabilis, doctrina, sanctitas, atque in pertractandis Apostolicæ Sedis negotijs mira dexteritas innotuerant; hoc anno millesimo tercentesimo, Florentiam primò, deindè Poloniam, postea Dalmatiam, Croatiam, Sueciam, & postmodum Pannoniam anno 1301. ad grauissima Ecclesiæ negotia pertractanda de Latere Legatus Apostolicus cum plena auctoritate directus fuit; vbi respectiuè eiusdem Summi Pontificis votis omnibus numeris impletis, in Vrbem tandem reuersus, ibi à Romano Pontifice, tota Apostolica Romana Curia, Romanisque singulis applaudentibus, summisque lætitiæ signis receptus est. Bonifacio postea VIII. sublato, communi omnium gaudio 12. Kal. Nouembris anno 1303. Pontifex Maximus nomine Benedicti XI. assumpto denunciatus fuit. Ex Sebastiano Olmeda, *in eius Vita*, Ferdinando Vghello, *Tom.* 1. *Italia Sacra, in Episcopos Ostienses*, Abraham Bzouio, *in Annal. Eccles. ad annum* 1303. apud Fontanam, *in Theatro Sacro cap.* 2. *p.* 2. *tit.* 1. *de Legatis Apostolicis, pag. mihi* 344. *col.* 1. *num.* 6. *inter Legatos de Latere*, §. *Nicolaus Boccasinus.* 1300. *F. Nicolaus Boccasinus.*

Fr. Guido de Pileo ex Comitibus Montis Belli Vicentinus Prior Prouincialis Lombardiæ, atque primus Ferrariensis aduersus hæreticam prauitatem Inquisitor Generalis Apostolicus; Vir doctissimus, atque Apostolicæ Sedis Minister imperteriti animi, qui publicè in Ciuitate Ferrariensi ossa impijssimi Ermani qui ibidem à populo vti Sanctus colebatur igne concremari fecit; à Benedicto Papa XI. hoc anno millesimo tercentesimo quarto, pro grauioribus Apostolicæ Sedis negotijs pertractandis Commissarius Apostolicus è gremio Pro- 1304. *Fr. Guido de Pileo.*

Prouinciæ Lombardiæ assumptus fuit. Quamobrem hoc eodem anno 1304. ab eodem Benedicto Papa XI. Ferrariensis Episcopus denunciatus fuit. Ita Ferdinandus Vghellus, *tom. 2. Italiæ Sacræ, inter Episcopos Ferrarienses*, & Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. p. cap. 5. de Episcopis Tit. 244. pag. mihi 192. col. p. num. 2. & p. 2. cap. 2. tit. 4. de Commissarijs Apostolicis, pag. mihi 364. col. p. num. 6.*

1308. *Fr. Ægidius de Ferraria.* Fr. Ægidius de Ferraria Theologus vndequaque celebris, atque in perdifficilibus Apostolicæ Sedis negotijs pertractandis, singulari lepore, atque dexteritate ornatus, à Clemente Papa V. Anno Domini millesimo sexcentesimo octauo, vnà cum Fr. Lupo Ordinis Prædicatorum, & Fr. Athanasio Ordinis Minorum, cum esset Patriarcha Gradensis, ad Regem Rastiæ Vrosium, pro grauissimis Ecclesiæ negotijs Legatus Apostolicus missus fuit; Et cum in præfata Legatione cuncta ad Romani Pontificis, specialiter commissa, voluntatem implesset, ad Apostolicam Curiam reuersus, ex Gradensi Patriarcha ab eodem Clemente Papa V. ad Alexandrinam Patriarchalem Sedem translatus fuit anno 1310. cuius meminere Odericus, *in Annal. Eccl. tom. 15.* & Ferdinandus Vghellus, *in Italia Sacra Tom. 5. inter Patriarchas Gradenses*, apud Vincentium Mariam Fontanam, *in Sacro Dominicano Theatro, p. 2. cap. 2. tit. 1. de Legatis Apostolicis, pag. mihi 356. col. 1. num. 22. §. P. F. Ægidius de Ferraria.*

1333. *Fr. Bartho. Paruus.* Fr. Bartholomeus Paruus de Piscialis nuncupatus, natione Bononiensis, Vir omnium sui æui doctissimus, Conuentus Sancti Dominici Bononiæ alumnus, ob promouendam vnionem Armenorum Ecclesiæ cum Ecclesia Romana, à Ioanne XXII Pontifice Maximo hoc anno millesimo tercentesimo trigesimo tertio ex Episcopo Turcellano Archiepiscopus Armeniæ creatus fuit; Vbi septem Ecclesias Episcopales à PP. Ordinis Prædicatorum administratas erexit; tanta fuit eiusdem Viri dexteritas in rebus Apostolicæ Sedis perdifficilibus pertractandis. Ex Clemente Galaro Theatino *in Libro ab ipso Romæ euulgato* 1550 *de Conciliatione Ecclesiæ Armenæ cum Romana* & Plodio *de Viris Illustr. Ordinis lib. 2. p. 2.* Ferdinando Vghello, *tom. 5. Italiæ Sacræ, inter Episcopos Turcellanenses*, apud Fontanam, *in Theatro p. p. cap. 4. de Archiepiscopis tit. 9. pag. mihi 55. col. 1.*

1418. *Fr. Ioannes Dominici.* Fr. Ioannes Dominici origine Florentinus, Conuentus verò Sancti Dominici Venetiarum per translationem suæ affiliationis alumnus; S. R. E. Cardinalis celebrato Constantiensi Concilio Generali, cui inter cæteros adfuit ingrauescente in partibus Septentrionalibus Hussitarum impia hæresi; à Martino V. Pontifice Maximo, id petente Imperatore, de Latere Legatus Apostolicus ad compescendam, profligandamque tam impiam Hæresim in Hungariam, atque Boemiam directus fuit, hoc anno millesimo quadringentesimo decimo octauo; quo cum peruenisset, sui doctrina, eloquentia, zelo Apostolico, atque dexteritate, docendo, declamando, damnando Apostolicæ Sedis partes ita gessit, vt à regionibus illis præfatam Hussitarum impijssimam hæresim eiecerit, eliminauerit, atque deleuerit; & maiora præstasset, nisi inuida mors tantum Virum miraculis clarum, de Ecclesia Sancta Catholica summoperè benemeritum, è mortalium oculis rapuisset; anno millesimo quadringentesimo vigesimo; in Ecclesia Sancti Pauli Eremitæ apud Monachos Budæ tumulatum. Ex Diuo Antonino *3. p. Hist. tit. 23.* Alphonso Ciaccono, *inter Cardinales*, Sigismundo Ferrario, *de Reb. Vngariæ Prouinciæ Ordinis Prædicatorum p. 2. lib. 1. cap. 10.* & Vincentio Maria Fontana, *in Theat. Sac. p 2. cap. 2 tit. 1. de Legatis de Latere pag. mihi 345. col p. num. 12. §. B. Ioannes Dominici Florentinus.*

1499. *Fr. Paulus de Monelia.* Fr. Paulus de Monelia Ligur, vir eruditissimus, qui & Sacri Palatij Apostolici Magister, tantæ æstimationis fuit apud Apostolicam Curiam, vt ex Episcopo Chiensi, ab Alexandro Papa VI. hoc anno millesimo quadringentesimo nonagesimo nono, ob grauissima Apostolicæ Sedis negotia pertractanda, Legatus Apostolicus in Hungariam missus fuerit. Vbi dum digni Nuncij Apostolici partes, in maius Ecclesiæ incrementum, exerceret, immatura morte, è viuis raptus fuit, sepultusque Budæ, doctissimi, atque pijssimi Viri nomine sibi acquisito. Ex Sigismundo Ferrario, *de Reb Hungar. Prouinc. Ordinis Prædicatorum p. 3. lib. 4.* apud Fontanam, *in Sacro Theatro Dominicano p. 2. cap. 2. tit. 2.*

de

de Legatis Apostolicis pag. mihi 358. col. p. num. 33. §. P. F. Paulus de Monelia Ligur.

1518. F. Thomas de Vio Caietanus. Fr. Thomas de Vio Caietanus S. R.E. Tit. Sancti Sixti Presbyter Cardinalis Prouinciæ Lombardiæ decor, totiusque Dominicanæ Familiæ splendidissimum Iubar, à Leone Papa X. Sacra purpura insignitus, ab eodem de Latere Legatus pro expeditione habenda in Turcas, Christiano Orbi extremas clades minitantes, nec non ad impij Lutheri nouorum peruersorum dogmatum disseminatoris audaciam compescendam in publico Concistorio apud Sanctum Petrum collecto, atq; habito, die Mercurij 3. Mensis currentis anni millesimi quingentesimi decimi octaui, in Germaniam directus fuit: vt hac Solemni Legatione prædictus Fr. Thomas de Vio Caietanus Maximiliano Imperatori electo ensem benedictum deferret. Ita ex Actis Concistorialibus, *Leonis Papæ X.* Apud Vincentium Mariam Fontanam, *in Sacro Theatro Dominicano p. 2. cap 2. tit. p. de Legatis de Latere, pag mihi 345. col. 2. num. 13. §. Card. Fr. Thomas de Vio Caietanus.*

1522. Fr. Thomas de Vio Caietanus. Sublato è viuis Leone Papa X. eiq; in D. Petri Solio Adriano Papa VI. succedente hoc anno millesimo quingētesimo vigesimo secundo, iterum ab Adriano VI. idem Fr. Thomas de Vio Caietanus S. R. E. Cardinalis, pro expeditione celeri in Turcas, ad Hungariæ, Boemiæque Regna, nec non ad vniuersam Germaniam cum ingenti auri copia, ac vi pro validissimo exercitu in Christiani nominis hostes comparando, Legatus de Latere Apostolicus missus fuit; & signanter in Hungariam Varadiensi Episcopo pijssimo directus fuit. Ex Vincentio Maria Fontana, *in Sacro Theatro Dominicano p. 2. cap. 2. tit. p de Legatis de Latere, pag. mihi 348. col. p. §. cum autem spiritum creatori suo.*

1547. Fr. Petrus Bertanus. Fr. Petrus Bertanus Nonantolanus, Mutinensis Diæcesis, doctrina, atque prudentia celebris, ex Fanense Episcopo, à Paulo Papa III. ad PP. Concilij Tridentini Legatus Apostolicus, vtpote, qui tunc temporis in Theologia nemini erat secundus, directus est; postmodum ab eodem Paulo Papa III. ad Carolum V. Imperat. Legatus, atq; Nuncius Apostolicus, ob grauissima Apostolicæ Sedis negotia pertractanda destinatus fuit; quibus felicissimè cum lætitia Christianorum Principū peractis postea à Iulio III. Pont. max. anno millesimo quingentesimo quinquagesimo primo S. R. E. Presbyter Cardinalis creatus fuit. Cuius meminere Ferdinandus Vghellus, *tom. p. Italiæ Sacræ inter Fanenses Episcopos*, Alphonsus Ciacconus *inter Cardinales*. Ioannes Michael Plodius, *de Vir. Illustr. Ordinis p. 2. lib. 4.* & Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum inter Cardinales*. Apud Fontanam *in Theat. Sacro Dominicano p. 2. cap. 2. de S. R. E. DD. Cardinalibus tit. 33. pag. mihi 34. col. 2. & p. 1. cap. 2. tit. 2. de Legatis Apostolicis, pag. mihi 358. col. 2. nu. 35. § Petrus Bertanus.*

Fr. Hieronymus Muzzarellus Bononiensis, ex Sacri Palatij Apostolici Magistro à Iulio Papa III. ad Carolum V. Romanorum Imperatorem pro grauissimis Ecclesiæ negotijs pertractandis in Germaniam missus Nuncius, atque Legatus Apostolicus hoc anno millesimo quingentesimo quinquagesimo secundo, ijsdem ad Romani Pontificis votum peractis, ad Apostolicam Sedem, magna post se apud Cæsarem sui relicta æstimatione in Vrbem reuersus, ab eodem Iulio Papa III. Archiepiscopus Compsanus denunciatus fuit. Ex Ferdinando Vghello, *Tom. 6. Italiæ Sacræ*, apud Vincentium Mariam Fontanam, *p. 2. Theatro Sacro Dominicano p. 2. cap. 2. tit. 2. de Legatis Apostolicis pag. mihi 358. col. 2. num. 36. §. P. Fr. Hieronymus Muzzarellus Bononiensis.* 1552. F. Hieronymus Muzzarellus.

Fr. Leonardus de Marinis Iannensis, Lancianensis Archiepiscopus, à Iulio III. Pontifice Maximo hoc anno millesimo quingentesimo quinquagesimo tertio, cum amplissima facultate in Hispaniam ad Carolum V. Imperatorem, atque Hispaniarum Regem, ad grauissima negotia Apostolicæ Sedis pertractanda in locum Ioannis Cardinalis Poggij Legatus, atque Nuncius Apostolicus missus, omnia ad Summi Pontificis votum peregit, optatumque suæ Legationis finem obtinuit: Ex Ferdinando Vghello, *Tom. 4. Italiæ Sacræ, inter Episcopos Albenses*, de quo, *& tom. 6. Italiæ Sacræ inter Archiep. Lancianenses*, & apud Vincentium Mariam Fontanam, *in Sacro Theatro p. 2. cap. 2. tit. 2. de Legatis Apostolicis, pag. mihi 358. col. 2. num. 37. §. P. Fr. Leonardus de Marinis Lancianensis.* 1553. Fr. Leonardus de Marinis.

Fr.

Fr. Leonardus de Marinis Ianuenſis,
1556. *Fr. Leonardus de Marinis.* Archiepiſcopus Lancianenſis, Vir in arduis Apoſtolicæ Sedis negotijs pertractandis ſumma dexteritate dotatus, à Marcello II. Pontifice Maximo, qui in Pontificatu Iulio III. ſucceſſit, iterum ad Philippum Regem Hiſpaniarum Caroli V. filium Legatus Apoſtolicus hoc anno milleſimo quingenteſimo quinquageſimo ſexto directus fuit, & à Paulo Papa IV. poſtmodum confirmatus. Ex Vincentio Maria Fontana, *in Sacro Theatro Dominicano p. 2. cap. 2. tit. 2. de Legatis Apoſtolicis. pag. mihi 358. col. 2. num. 37. §. P. Fr. Leonardus de Marinis,*

Præmemoratus Fr. Leonardus de Ma-
1560. *Fr. Leonardus de Marinis.* rinis Ianuenſis, Archiepiſcopus Lancianenſis iam antea à Paulo Papa IV. inſtitutus Legatus Apoſtolicus apud Philippum II. Hiſpaniarum Regem Caroli V. Imperatoris Filium, per annum, & amplius in præfata Regia Curia Apoſtolicæ Sedis iura, contra eos, qui tunc Ius Eccleſiaſticum perturbare conabantur, infracto animo, etiam cum ſumma rerum notabilium iactura, ità ſuſtinuit, vt eius conſtantiam in tot arduis etiam aduerſarij admirati ſint. Quapropter magna prudentia, atque dexteritate, omnibus compoſitis, illius executionem ſummis laudibus tam Summus Pontifex, quam Philippus Rex extulere. Ex Vincentio Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. 2 cap. 2. tit. 2. de Legatis Apoſtolicis pag. mihi 359. col. p. in inito Columnæ prædictæ.*

1561. *Fr. Iulius Pauesius.* Fr. Iulius Pauesius Brixienſis Diæceſis de Opido Quintiani Prouinciæ Lombardiæ alumnus, morum probitate, atque Doctrina, nec non rerum experientia clariſſimus ex Commiſſario Sancti Officij de Vrbe primò, deinde ex Epiſcopo Sancti Leonis in Calabria, poſtmodum ex Epiſcopo Veſtanenſi, & Archiepiſcopo poſtremò Surrentino à Pio IV. Pontifice Maximo hoc anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo primo, ex Nuncio Apoſtolico Neapolitano, directus fuit Legatus Apoſtolicus in Belgiũ ad grauiſſima Eccleſiæ negotia pertractanda, quibus ad intentum Vicarij Chriſti Domini completis, Apoſtolicæ Sedis benemeritus, ad ſuam Eccleſiam Surrentinam glorioſus redijt. Ex Vincentio Maria Fontana, *in Theatro Sacro p. p. cap. 4. tit. 95. pag. mihi 101.*

Tanta extitit in perdifficilibus Apoſto- 1570. *Fr. Leonardus de Marinis.*
licæ Sedis negotijs pertractandis noſtri Fr. Leonardi de Marinis Archiepiſcopi Lancianenſis præſtantia, vt & Sanctiſſimus in Chriſto Pater, Pius V. Pontifex maximus, eundem iam diù de Apoſtolica Sede tam benemeritum ad Maximilianum II. Imperatorem, pro rebus Concilij Tridentini, alijſque arduis Chriſtianæ Reipublicæ negotijs, reſpectiuè pertractandis, atq; componendis miſerit; quam Legationem Apoſtolicam apud Cæſaream Maieſtatem, ità egregiè compleuit, vt omnibus compoſitis ad Apoſtolicam Curiam redierit, ſibi Summi Pontificis, nec non Cæſaris beneuolentia conciliata, & præſertim ex parte Beati Pij Papæ V. à quo ex Archiepiſcopo Lancianenſi, ad Albenſem Sedem antea translatus fuerat. Ita ex Actis Conciſtorialibus *Beati Pij Papæ V.* & Ferdinando Vghello, *Tom. 6. Italiæ Sacræ*; apud Vincentium Mariam Fontanam, *in Sacro Theatro Dominicano p. p. cap. p. de Archiepiſcopis tit. 54. pag. mihi 81. col. p. & p. 2. cap. 2. tit. 2. de Legatis Apoſtolicis, pag. 359. col. p. §. à Pio V. ad Maximilianum II. Imperatorem.*

Fr. Vincentius Iuſtinianus Chienſis
Patritius Ianuenſis, Conuentus Sanctæ 1570. *Fr. Vincentius Iuſtinianus.*
Mariæ de Caſtello Genuæ filius, Vir acri ingenio dotatus, atq; in Sacris Litteris eruditiſſimus; in Oecumenico Concilio Tridentino in maxima æſtimatione habitus, hoc anno milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo à Beatiſſimo Pio Papa V. ob grauiſſima Eccleſiæ negotia pertractanda ad Philippum Hiſpaniarum Regem in Hiſpaniam Legatus Apoſtolicus, ſiue Nuncius directus fuit, vbi breuiſſimo tempore ad Summi Pontificis voluntatem à Catholico Rege omnia liberaliſſimè obtinuit, & dum ad Apoſtolicam Sedem expleta fæliciter Legatione rediret medio in itinere, denunciatus fuit S. R. E. Presbyter Cardinalis cum tit. prædicti Nicolai ad imagines; quem poſtea in illum Sanctæ Sabinæ Gregorius Papa XIII. commutauit. Ex Alphonſo Ciaccono, *in Vitis Sanctorum Pontificum.* Alphonſo Fernandez, *inter S. R. E. Cardinales in Concertatione Prædicatorum,* Ioanne Michaele Plodio *de Vir. Illuſtr. Ordinis inter Cardinales*; & Vincentio Maria Fontana, *in Theatro Sacro p. p. cap. 2.*

de

de S. R. E. Cardinalibus, *tit. 37. pag. mihi 38. col. p. & p. 2. cap. 2. tit. 2. pag. mihi 359. col. p. num. 38.*

1572. *Fr. Leonardus de Marinis.* Fr. Leonardus de Marinis Ianuensis Lancianensis Archiepiscopus, de quo supra iterum post gloriosum obitum Beatissimi Pij Papæ V. à Gregorio XIII. Pontifice Maximo, hoc anno millesimo quingentesimo septuagesimo secundo, pro grauissimis totius Orbis Christiani negotijs, & præsertim pro construenda validissima Christianorũ classe aduersus Turcas, Legatus Apostolicus in Hispaniam ad Philippum II. Hispaniarum Regem, nec non in Lusitaniam ad Sebastianum similiter Portughensem Regem, missus fuit, à quibus benignè acceptus, cum Catholico Rege Sacri fœderis confirmatione obtenta, & à Lusitano Rege in Mauros arma mouente, pro suppetijs ferendis, de non exigua auri summa contribuenda à confœderatis Christianis Principibus, pactũ firmatum obtinuisset; In Vrbem à Gregorio Pontifice reuocatus Sacra Purpura pro tot laborum condigna in terris remuneratione cohonestandus vix in illam ingressus, sequenti die grauissimè infirmatus; laborum suorum præmia in triumphanti Ecclesia percepturus, transijt in osculo Domini fœlici fine vt piè credimus, ad superos; anno Domini millesimo quingentesimo septuagesimo tertio. Ex Ferdinando Vghello, *in Tom. 4. Italiæ Sacræ, inter Episcopos Albanses*, apud Vincentium Mariam Fontanam, *in Theatro Sacro Dominicano p. 2. cap. 2. tit. 2. de Legatis Apostolicis pag. mihi 358. col. 2. num. 37. §. P. Fr. Leonardus de Marinis, versus finem*; & clarius idem Fontana, *p. p. cap. 5. de Episcopis, tit. 17. pag. mihi 118. col. p. num. 2. §. P. Fr. Leonardus de Marinis*. Vbi supradicta omnia in Summario habentur.

1604. *Fr. Deodatus Gentilis.* Fr. Deodatus Gentilis Patritius Ianuensis, Episcopus Casertanus, ex Generali Commissario S. Officij de Vrbe creatus; Vir prudentia, morum integritate, atque doctrinæ copia, cunctis celeberrimus à Beatissimo Paulo V. Pontifice Maximo, in Neapolitano Regno Nuncius Apostolicus declaratus fuit hoc anno millesimo sexcentesimo quarto. Ex Vghello, *Tom. 6. Italiæ Sacræ*; apud Vincentium Mariam Fontanam, *in Theatro Sacro Dominicano, p. 2. cap. 2. tit. 2. de Legatis Apostolicis pag. mihi 359. col. 2. num. 39. §. P. Fr. Deodatus Gentilis*.

Hic pariter gloriosa gesta Illustrium Virorum Prouinciæ Lombardiæ, qui in Concilio Oecumenico Tridentino singulari nota claruere, essent referenda. Quemadmodum celeberrimorum virorum Fr. Petri Bertani Nonantulani, Episcopi Mutinensis, atque Ambrosij Catharini Minorensis Episcopi, qui à Patribus præfati Concilij Tridentini ad tollendos abusus, qui in legendo, & interpretando Sacram Scripturam irrepserant electi fuere. *Fr. Petrus Bertanus. F. Ambrosius Catharinus.*

Insuper recensenda essent acta gloriosæ memoriæ Fr. Leonardi de Marinis Genuensis Archiepiscopi Lancianensis, nec non Fr. Thomæ Badiæ Mutinensis, qui vna cum Francisco Ferrario, à præfatis PP. præmemorati Tridentini Concilij, Missalis, Breuiarijque Romani correctioni fuere destinati. *Fr. Leonardus de Marinis. F. Thomas Badia.*

Item prætereundus non esset, Fr. Iulij Pauesij Brixiensis, Archiepiscopi Surrentini; Fr. Ægidij Fuscararij Mutinensis Episcopi, nec non Fr. Vincentij Iustiniani Genuensis, Magistri Ordinis Prædicatorum; inculpabilis Obseruantiæ Regularis zelus; Dum ab illis PP. Oecumenici Concilij Tridentini, pro Summo Reformationis negotio, fuere deputati. At quoniam distinctè inter Acta Sacrosancti Concilij Tridentini leguntur, habenturque vlterius apud Eminentissimum Cardinalem Sfortiam Pallauicinum, *in Historia Concilij Tridentini*, atque apud Vincentium Mariam Fontanam, *in Theatro Sacri Ordinis Prædicatorum*, signanter *p. 2. cap. 3. tit. 15. de Concilio Tridentino pag. 394. col. p.* à quo hæc fere omnia descripsimus; Idcirco breuitati Studentes Lectorem illuc mittimus. Vndè hæc Pro Legatis Apostolicis, siuè Delegatis Prouinciæ Lombardiæ sufficiant. *Fr. Iulius Pauesius. Fr. Ægidius Fuscararius. Fr. Vincentius Iustinianus.*

TA-

TABVLA CHRONOLOGICA VI.

Inclytorum Athletarum Prouinciæ Lombardiæ Sacri Ordinis Prædicatorum, qui ob singularem doctrinam, incomparabilemque constantiam aduersus Hostes Fidei, strenuè dimicando, aut pro Orthodoxæ Fidei defensione, Catholicarumque veritatum propugnatione, siue imperterito animo Censoris Fidei, Inquisitorisque munus aduersus hæreticam prauitatem, iuxta illud, (ad obediendum Fidei in omnibus gentibus in nomine eius) *exercendo, proprio sanguine laureati fuere.*

TABVLA VI.

ARGVMENTVM.



Icet vt plurimum parentes, eorum inclinationes, siue animi propensiones, tam ad vitium, quàm ad virtutes ordinatas, in filios suos transfundere esse solitos, adagium Ethnicorum Philosophorum fuerit, adeo tamen apud rectè sentientes inualuit, vt ille Poeta pessimas parentum deplorando inclinationes ad vitia, posteritati potius cum lachrymis quàm attramento scripserit.

Heu, Heu, vt illud dictant rectè; Probum Patre ab improbo, non posse nasci filium.

Et adeò verum esse experientia comprobatur, siquidem nunquam ex malo Patre bonus filius. *In filijs enim suis agnoscitur Vir. Eccles. cap.* 11. Quà propter Chrysostomus in Matthæum *cap.* 23. *Hom.* 45. dicit; *Sicut arbor in fructu cognoscitur, & fructus per arborem demonstratur; sic parentes cognoscuntur in filijs, & filij per parentes*; idque rationabiliter, quoniam filij matrizant. Quod apparet in præsentiarum euidenter in spirituali D. Dominici sobole; cum enim esset tam ardens Sanctissimi Patriarchæ Dominici Martyrij desiderium, vt de ipso legatur in Historia sua, quod sitiebat Seruus Christi Martyrium, sicut sitit Ceruus ad aquæ fluuium; Ità talem Martyrij inclinationem ad filios suæ fidelissimæ Prouinciæ Lombardiæ transfundit. Et istud sit huius VI. Tabulæ Argumentum.

Primus igitur omnium, qui de Choro Prouinciæ Lombardiæ ex Diui Dominici filijs, Conuentusque Bononiensis alumnis, prioritate temporis Patris propensionem ad subeundum Martyrium pro Orthodoxæ Fidei defensione, in se transfusam ostenderit, fuit Fr. Conradus Maspurgensis Theuthonicus; Vir singulari doctrina, parique pietate præditus, qui à Beato Dominico in Conuentu Bononiensi, Clericali FF. Prædicatorum habitu indutus, lacteq; Diuinæ doctrinæ imbutus, ab eodem Sanctissimo Patriarcha Dominico in Germaniam missus est vt partes sui Ordinis, docendo, atque prædicando Catholicas veritates ibi ex officio exercere posset. Vti docendo, prædicando, atque ad- 1233. *Fr. Conradus Maspurgensis.*

aduersus omnia vitia mundi pro salute animarum, proque perditorum conuersione declamando, adeo profecit, vt ex Euangelicæ Prædicationis eiusdem vi, atque efficacia fructus innumeri collecti sint, multique hæretici, eiurata hæresi ad Catholicam fidem adducti. Quibus à Gregorio Papa IX. auditis, præfatus Conradus Maspurgensis anno millesimo vigesimo octauo Generalis in Germania aduersus hæreticam prauitatem Inquisitor Apostolicus institutus est. In quo munere demandatam sibi Prouinciam, ita constanti animo, virilique pectore administrauit, vt in foro publico, nec nobilibus parcendo, nec plebeis, siue popularibus in materia hæresis condonando, quamplurimos hæreticos eius prædicatione ad fidem Catholicam adductos Sanctæ Matri Ecclesiæ reconciliauerit, & alios multos in errore obstinatos supplicis publicè consumpserit. Quamobrem, anno millesimo ducentesimo trigesimo tertio, cum noster Christi Domini Athleta, Maspurgi in foro, de more, coram frequenti populo aduersus hæreses inuicto animo ostendendo, quantum præfatis hæresibus a recta semita Orthodoxæ, Euangelicæq; veritatis deuiarent, prædicando Apostolico spiritu declamaret; Suborto tumultu, ab Hæreticis, in ipso prædicationis Euangelico exercitio, gloriosa sanguinis profusione Orthodoxæ fidei veritatem comprobando trucidatus fuit, multis miraculis coruscans; Cuius corpus in Maspurgensi Ecclesia, ad pedes Sanctæ Elisabethæ Andreæ Regis Hungariæ filiæ, quæ illum sibi in animæ custodem elegerat, conditum est; De quo tamquam de Beato tractant, Abrahamus Bzouius, *in Annal. Ecclesiasticis ad annum* 1228. *num.* 6. Thomas Maluenda, *in Annal. Ordinis ad annum* 1223. Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum ad annum* 1228. Ferdinandus Castillus, *in Historia Ordinis p. p. lib.* 2. *cap.* 12. & Sigismundus Ferrarius, *de Rebus Hungaricæ Prouinciæ Ordinis Prædicatorum p. p. cap.* 8. apud Vincentium Mariam Fontanam, *in Sacro Theatro Dominicano p.* 3 *de Ministris Sanctæ Inquisitionis cap.* 1. *de Inquisitoribus Sanguine Laureatis, tit.* 3. §. 11. *pag. mihi* 303. *col.* 2.

1237. *Fr. Rolandus de Cremona.* Fr. Rolandus de Cremona Vir in Sacra Scriptura, atque Theologia Sapientissimus, à Gregorio IX. Pontifice Maximo aduersus hæreticam prauitatem Placentinus Inquisitor Generalis Apostolicus creatus; cum post multos Hæreticos, è Placentina Diœcesi partim eiectos, & partim perditos, siue igne ob pertinaciam in proprio errore consumptos, ex officio, in nobiliori Ciuitatis foro aduersus impijssima, pessimaque eorum dogmata inueheret, ab eisdem hæreticis vi excitato tumultu ex suggestu deiectus graui capitis contusione, nec non membrorum collisione, sanguinisque effusione sauciatus fuit. Verùm ad ostendendam, animi promptitudinem ad subeundam etiam pro fidei Orthodoxæ defensione mortem; vix recuperata valetudine ardentiori zelo, contra eos declamare nunquam destitit; vnde Anno millesimo ducentesimo trigesimo septimo, proprio sanguine laureatus, decertauit deuicit, atque bellauit. Ex Ferdinando Castillo, *in Historia Ordinis p. p. lib.* 2. *cap.* 2., & Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustribus Ordinis lib.* 1. apud Vincentium Mariam Fontanam, *in Sac. Theatro Dominicano p.* 5. *cap.* 1. *de Inquisitoribus Sanguine Laureatis, tit.* 3. *de Inquisitoribus ab Hæreticis mactatis, pag. mihi* 509. *col. p.* 3. *Non erit abs re. Vers. P. Fr. Rolandus de Cremona.*

Alter inclyti Ordinis Prædicatorum Prouinciæ Lombardiæ Inquisitor, qui in se Sanctissimi Patris Dominici erga Martyrium vehementissimi animi propensionem, transfusam ostendit; hic laudandus venit Fr. Petrus de Russia, Vir eruditus, ac doctus, qui ab Innocentio IV. Pontifice Maximo, cum plenaria auctoritate Apostolica aduersus hæreticam prauitatem creatus Inquisitor Generalis in partibus Pedemontium; cumq; signanter in Pedemontana Prouincia ex officio sibi demandato vulpes paruulas, quæ vineam Domini demoliebantur cum maxima animarum iactura, caperet, atque in carcerem detruderet, igneque in errore pertinaces consumeret: ab eisdem hæreticis impiè mactatus; sic proprio cruore laureatus, repositam sibi à iusto Iudice coronam promeruit in Summam Prouinciæ Lombardiæ laudem, atque commendationem. Anno millesimo ducentesimo quinquagesimo. Ex Eymerico *Serm.* 2. *de Sancto Petro Martyre*, Ludouico Pa- 1250. *Fr. Petrus de Russia.*

ramo *lib. 2. tit. 2. cap. 23.* & Alphonso Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum ad annum* 1250. apud Vincentium Mariam Fontanam, *in Theatro Sacro Dominicano p. 3. cap. 1. tit. 3. de Inquisitoribus ab Hæreticis mactatis pag. mihi 505. col. 2. §. 7. Petrus de Russia.*

1252. *Fr. Petrus Martyr de Verona.* Verùm inter Sacros Inquisitores sanguine laureatos, omnium antesignanus, ac princeps iure merito emicat Sanctus Petrus Martyr de Verona, qui etsi à parentibus Manichæorum hæresi infectis, atque inquinatis in lucem fuerit editus, ab ipsa tamen infantia Symbolo Christianæ, Catholicæque Fidei, memoriæ mandato, eisdem parentibus ita viriliter restitit, vt neque Patris, Patruiuè blanditijs, aut minis vllo modo à veritatis tramite amoueri potuerit. Iste Bononiæ Sacris Studijs addictus, & a Spiritu Sancto ad sublimioris vitæ formam vocatus; In Conuentu Bononiensi, Sacro Fratrum Prædicatorum Ordinis Clericali habitu suscepto, in eodem Sacris Studijs Diuinarum Scripturarum, adeo animum aplicauit, vt in inclyto FF. Prædicatorum Ordine, breuissimo tempore, maximo doctrinæ, cæterarumque virtutum splendore coruscauerit. Quapropter manum mittens ad fortia, in animarum procuranda salute, totus intentus, sicque peculiari superni luminis dono perfusus pro hæreticorum conuersione, eosdem tam publicè, quàm priuatim acriter, inter disceptandum, confutabat: Tantoque fidei ardore flagrabat, vt pro vt de more, incruenti Sacrificij oblatione, eadem animi propensione, qua Diuus Dominicus Martyrium sitiebat, vt à Deo enixè cum lacrymis etiam, efflagitaret. Nec in vacuum Sancti Viri profusæ sunt preces, quod & rerum euentus comprobauit. Cum enim Florentiæ in vi delegationis ab Innocentio Papa IV. sibi factæ Sanctam Inquisitionis Tribunal aduersus hæreticam Manichæorum prauitatem pluribus annis dignissimè ardenti spiritu administrasset, Manichæorumq; hæresim ab ea Vrbe penitus eliminasset ab eodemque Innocentio Papa IV. Mediolanum Inquisitor Generalis pariter directus est anno millesimo ducentesimo quadragesimo quinto; Vbi cum alios septem annos, lingua, calamo, atque igne respectiuè in Apostolico munere sibi demandato viriliter, atque infracto animo Manichæos persecutus fuisset; Anno tandem millesimo ducentesimo quinquagesimo secundo, cum Sanctissimæ Inquisitionis munus gereret, illum Como Mediolanum redeuntem, impius Sicarius semel atque iterum in capite gladio vulnerauit, iamque penè mortuus Symbolum Fidei, quā infans virili fortitudine coram parentibus confessus fuerat, in ipso supremo spiritu pronunciauit, iterumq; latera mucrone transuerberatus ad optatam Martyrij coronam migrauit in Cælum; quem postea multis illustrem miraculis anno sequenti idem Innocentius Papa IV. Sanctorum Martyrum numero, tota exultante Ecclesia, adscripsit. Quem celebrant, eius Canonizationis Bulla. *Magnis, & crebris declarata prodigijs,* Breuiarium Sacri Ordinis Prædicatorum *in ipsius diei Festi Solemnijs*, Eiusdem *Eccl. Histor.* Alphonsus Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum ad annum* 1245. & Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. 3. cap. 1. de Inquisitoribus sanguine laureatis, tit. 3. de Inquisitoribus ab Hæreticis mactatis, num. 1. pag. mihi 503. col. 1.*

Fr. Paulus Hungarus, siue Dalmata, cum Bononiæ è manibus S. Patris Dominici habitum Clericalem Ordinis recepisset, nomineque Conuentus Bononiensis de anno millesimo ducentesimo vigesimo professionem emisisset, statim à D. Dominico cum munere Inquisitoris Apostolici, in Dalmatiam, & Hungariam ad prædicandum Sacrosanctum Iesu Christi Euangelium aduersusque hæreticam prauitatem missus fuit, in quibus non paruum populum Deo suis prædicationibus, atque exemplis acquisiuit; quibus Hæretici permoti, adeo Dei famulum odio habuere, vt conspiratione facta in Christi Domini athletam Diuina Mysteria diuerso populo è suggestu explicantem; eumdem plagis impositis, lanceaque percussum, atque proprio cruore pro Christi fide aspersū, semiuiuum in ignem ad hoc paratum iniecere; circa hunc annum millesimum ducentesimum quinquagesimum quintum, quo sanguine laureatus vt piè credimus ascendit in Cælum. De quo Martyrologium Dominicanum. Franciscus Diecetus *in cap finali Vitæ Sancti Dominici*, Ludouicus à Paramo *de Orig. ne San-* 1255. *Fr. Paulus Hungarus.*

ctæ

cta Inquisitionis lib. 2. *cap.* 28 & Vincentius Maria Fontana, *in Theatro Sacro Dominicano p. 3. de Inquisitoribus Sanguine Laureatis, tit. 3. de Inquisitoribus ab Hæreticis mactatis, num.* 18. *pag.* 509.

1259. *Fr. Raynerius de Placentia.* Fr. Raynerius Sacconus Placentinus, ex Duce hæreticorum, diuina gratia sic aspirante ad veritatis agnitionem à Deo vocatus, hæresi eiurata, susceptoque Sacro FF. Prædicatorum Clericali habitu, factus Antesignanus Catholicorum; statim tam publicè, quàm priuatim eisdem Hæreticis perpetuum bellum indixit. Qua propter ab Alexandro Papa IV. cum plenaria auctoritate Apostolica Mediolani aduersus hæreticam prauitatem anno ab Incarnatione Dominica millesimo ducentesimo quinquagesimo nono Generalis Inquisitor denunciatus, infracto animo Castrum Gathæ Hæreticorum municipium, siue vt vulgo dicitur Asylum è fundamentis destruxit, pluribus eorum, ob eorumdem in errore pertinaciam, atque obstinationem, igni adiudicatis; quibus permoti hæretici, cum quodam Vbertino Pallauicino eorundem Hæreticorum fautore, adeo aduersus Raynerium egere, vt Inquisitor Apostolicus vi, ex Mediolanensi Vrbe eijceretur, atque pro fidei defensione, Sanctissimæque Inquisitionis Tribunalis manutentione, postquā multa passus fuisset, in exilium mitteretur, prout contigit Mediolani, anno supradicto millesimo ducentesimo quinquagesimo nono, in quo exilio agonizans pro iustitia in pace quieuit. Ex Abrahamo Bzouio, *in Annal. Eccles.* 1234. *num.* 25. Ludouico de Paramo, *tit.* 2. *cap.* 30. Ferdinando Castillo, *in Historia Ordinis p. p. lib.* 2. *cap.* 12. Fernandez, *Concertatione Prædicatorum, ad annum* 1559. apud Fontanam, *in Theatr. p.* 3. *cap.* 1. *tit.* 3. *pag.* 509. *col.* 1. §. *Et hoc loco.*

1277. *F. Paganus de Lecco.* Fr. Paganus de Lecco Bergomensis Diœcesis; Vir arcanorum Diuinæ Scripturæ versatissimus, præco Diuini Verbi feruentissimus, atque Theologus profundissimus, ab Innocentio Papa V. Nouocomensis Inquisitor Apostolicus creatus anno millesimo ducentesimo septuagesimo sexto, Comum petijt, vbi Apostolico zelo aduersus impiissimam Manichæorum hæresim accensus, ad Catholicæ Fidei incrementum in eius profectum ità insudauit, vt toto conatu Manichæos, falsis dogmatibus eam perturbantes omnes ex sibi concredita Prouincia scripto, verbo, ferro, vel si opus fuisset, & igne eliminare niteretur. Quapropter impij Manichæi talem sibi imminere ruinā animaduertentes in ipsa die solemni Sancto Stephano Prothomartyri dicata Sanctum Inquisitorem, impetu populari facto aggrediuntur vulneribusque plurimis ictum, ac demum lancea confossum, fælici agone pro Catholica Fide consumato, nec non sanguine laureatum anno millesimo ducentesimo septuagesimo septimo, direxere in Cælum. In die autem vltima Decembris eiusdem anni, qua Sancti Siluestri Papæ natiuitas ab Ecclesia celebratur, atque recolitur, dum Sancti Inquisitoris corpus ad Ecclesiam Sancti Ioannis Ordinis Prædicatorum in Ciuitate Comensi, sociantibus Illustrissimo, ac Reuerendissimo Domino Ioanne de Aduocatis Episcopo Comensi, ac toto Clero, deferretur, ex laterali vulnere illius maxima sanguinis copia viuissimi effluxit, tanquam purissimi agni recenter iugulati quæ omnium adstantium animos in admirationem rapuit, & ad celebrandam Dei Omnipotentiam, qui est semper mirabilis in Sanctis suis, inuitauit. Quare ex tam grandi deuoti populi concursu, sacrum pignus diù insepultum mansit suauissimum odorem exalans, ac Christicolis supplicantibus crebra miracula exhibens, Deo id ad intercessionem Serui Dei concedente. Ex Ferdinando Castillo, *in Historia Ordinis, p. p. lib.* 3. *cap.* 12. Ioanne Michaele Plodio, *de Progenie D. Dominici lib.* 1. *cap.* 13. Alphonso Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum, ad annum* 1277. & Ludouico Paramo, *de Origine Sanctissimæ Inquisitionis lib.* 2. *tit.* 1. *cap.* 5. dicente id contigisse de anno 1279. apud Vincentium Mariam Fontanam, *in Theatro Sacro Dominicano p.* 3. *cap.* 1. *de Inquisitoribus Sanguine Laureatis, tit.* 3. *de Inquisitoribus ab Hæreticis mactatis, pag. mihi* 506. *col.* 2. §. 11.

Fr. Bartholomeus Paruus Bononiensis, aliàs de Piscialis communiter nuncupatus, Vir tum in Diuina Scriptura, tum in Theologia eruditissimus, quinimo, & lingua Græca, Hæbraica, Latina, atque Armena dotatus, ex Episcopo Torcellano 1333. *F. Bartholomeus Paruus.*

à Ioan-

à Ioanne XXII. Pontifice Maximo ad promouendam vnionem Ecclesiæ Armenæ cum Latina, pænitusque tollendum Schisma, vtq; Armeni legitimum Christi Domini Vicarium, eiusque Sponsæ Ecclesiæ visibile caput agnoscerent anno millesimo tercentesimo tertio, in dignitate Archiepiscopi, ex professo in Armeniam directus fuit; Vbi munus ab Apostolica Sede sibi commissum Romanæ Ecclesiæ à qua per Schisma recesserant reconciliare cæpit. Et vt facilius id disponere posset imitatus Sanctissimi eius Patris Dominici, circa salutem animarum, proque Catholica Fide agonizandi etiamsi id opportunum fuisset ardens desiderium; noster Fr. Bartholomeus Paruus imperterrito animo, atque sine intermissione, ouibus sibi demandatis publicè, atque priuatim Apostolico zelo dicebat, saluandorum vnicam esse eorumdem necessariam, & opportunam conditionem, vt palam sustinerent hanc veritatem videlicet. Vnam esse Fidem, vnum Baptismum, vnum Numen. Atq; ob id reilatino idiomate in Armenam linguam, Biblia, Missale, Regulam Sancti Patris Augustini, Breuiarium, & Libros Sancti Thomæ Aquinatis contra Gentes transtulit; quibus permoti Turcæ Sanctum Antistitem crudeli morte peremere, manibus lento igne combustis, quo in Martyrio euolauit in Cælum, non nisi maximo fidelium dolore. Cuius venerabile corpus, miraculis, atque prodigijs, clarum vsque in præsentem diem in Ecclesia Beatissimæ Virginis in Cælum assumptæ in Oppido Chasua prope Abaranch, Ordinis Prædicatorum, conditum; maximo Fidelium, Schismaticorum, atque Turcarum concursu colitur, atque veneratur, duobus alijs sequentibus diei Assumptionis festo. Ex Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustribus Ordinis lib.* 2. Clemente Galano, *in Conciliat. Eccles. Armeniæ cum Latina cap.* 30. Ferdinando Vghello, *Tom.* 5 *Italiæ Sacræ*, *inter Episcopos Torcellanos*; & Vincentio Maria Fontana, *in Theatro p. p. cap.* 5. *de Archiepiscopis tit.* 9. *pag. mihi* 55. *col. prima*.

1374. *F. Antonius Pauo.* Fr. Antonius Pauo ex Sauignano Pedemontanus Prouinciæ Lombardiæ alumnus, Vir doctrina, vitæque Sanctitate celebris, sub Gregorio XI. Pontifice Maximo, in Pedemontis Terris aduersus hæreticam prauitatē Apostolicus Inquisitor Gen. factus dum ibi demandatum sibi munus virili pectore, constantique animo impios Hæreticos insectando exerceret, post peractum Missæ Sacrificium dum hora tertia in foro publico è suggestu, eorum praua dogmata virili animo detestaretur, ab ijsdem Hæreticis trucidatus fuit, cum pluribus diebus, antea inferendæ sibi necis, diem coram multis protulisset, qui & miraculis clarus maximam in populis consequutus est venerationem, & tandem euolauit in Cælum sanguine insignitus anno Domini millesimo tercentesimo septuagesimo quarto. Ex Ludouico Paramo, *lib.* 2. *cap.* 12. Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustribus Ordinis lib.* 2. & Alphonso Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum*, *ad annum* 1264. apud Fontanam, *in Theatro p.* 3. *cap.* 1 *tit.* 3. *de Inquisitoribus ab Hæreticis mactatis*, *pag. mihi* 507. *col.* 2. §. 15.

Fr. Bartholomeus de Ceruerio Pedemontanus, Vir non minus doctrina, quàm morum probitate clarus, sub Pontificatu Vrbani Papæ V. in Pedemontis regione aduersus hæreticam prauitatem Generalis Fidei Censor ad inquirendum, atque procedendum contra de hæresi suspectos destinatus, statim illis perpetuum bellum indixit multis eorum in suis erroribus obstinatis igne consumptis. Quæ animaduertentes superstite hæresibus infecti, eundem Inquisitorem propè Ceruerium aggressi, multis vulneribus confodere, qui flexis genibus Deum deprecans vt ipsis ignosceret, atque vt hæresibus eiuratis ad Sanctæ Matris Ecclesiæ Catholicæ sinum reduci possent dignaretur concedere, in manus conditoris animam reddidit, Anno millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto. In cuius Bartholomei Ceruerij obitu, post solis ocasum, super Ceruerium eodem vespere alius splendidissimus Sol apparuit in omnium conspectu, ac imminentis noctis tenebras fugauit. Et in eodem occisionis loco, statim adinstar Oliuæ orta est arbor folia in modum crucis habens. Cuius Sacrum corpus in Ceruerij Ecclesiam delatum, nec guttam quidem sanguinis emisit; aduenientibus postmodum Fratribus Ordinis Prædicatorum, hoc est sui Ordinis co- 1466. *Fr. Bartholomeus de Ceruerio.*

piosum cruorem effudit. Iacetque in Ecclesia Sacri Ordinis Prædicatorum, Saueliani, miraculis coruscans. Ex Ferdinando Castillo, *in Historia Ordinis p. p. lib. 3. cap. 12.* Ioanne Michaele Plodio, *de Viris Illustribus Ordinis, lib. 2.* Alphonso Fernandez, *in Concertatione Prædicatorum ad annum* 1466. apud Vincentium Mariam Fontanam *in Theatro Sacro Dominicano p. 3. cap. 1. tit. 3. de Inquisitoribus ab Hæreticis mactatis, pag. mihi* 508. *col.* 1. §. 15.

Quæ omnia satis dicta sint de Viris inclitis Prouinciæ Lombardiæ Sacri Ordinis Prædicatorum pro Catholica Fide sanguine laureatis.

F I N I S.



ELEN-

ELENCHVS

Illustrium Scriptorum Prouinciæ Lombardiæ, qui in hoc Opere continentur.

L

M

N

O

Fr. Odoardus Pius Felina, anno 1686.

P

Fr. Paganus Bergomensis, anno 1319.
Sor. Paulina de Aymericis, anno 1545.
Fr. Paulus Blancus, anno 1623.
Fr. Paulus Buttigella, anno 1530.
Fr. Paulus Carraria, anno 1623.
Fr. Paulus Christiani, anno 1263.
Fr. Paulus Constabilis, anno 1572.
Fr. Paulus Dalmata, anno 1232.
Fr. Paulus Manna, anno 1546.
Fr. Paulus de Matulianis, anno 1469.
Fr. Paulus de Monelia, anno 1483.
Fr. Paulus de Quintiano, anno 1564.
Fr. Paulus Richiedeus, anno 1676.
Fr. Paulus de Rouato, anno 1580.
Fr. Paulus Viucentius de Asculo, anno 1588.
Fr. Paulus Zocca, anno 1648.
Sor. Petronilla Baua, anno 1406.
Fr. Petrus Anedellus, anno 1271.
Fr. Petrus Bergomensis, anno 1471.
Fr. Petrus Bertauus, anno 1544.
Fr. Petrus de Bobio, anno 1533.
Fr. Petrus de Brixia, anno 1406.
Fr. Petrus Falconius, anno 1272.
Fr. Petrus Ferracha, anno 1511.
Fr. Petrus Galdinus, anno 1465.
Fr. Petrus Hieremias, anno 1452.
Fr. Petrus Kallo, anno 1316.
Fr. Petrus Maria Passerinus, anno 1673.
Fr. Petrus Martyr de Verona, anno 1252.
Fr. Petrus Martyr Festa, anno 1619.
Fr. Petrus Martyr Locatellus, anno 1625.
Fr. Petrus Martyr Morellus, anno 1582.
Fr. Petrus Martyr à Sancto Geruasio, anno 1547.
Fr. Petrus Monticellus, anno 1419.
Fr. Petrus Nerettonus, anno 1452.
Fr. Petrus de Palma, anno 1343.
Fr. Petrus de Ripa, anno 1412.
Fr. Petrus Scaligerus, anno 1462.
Fr. Petrus de Taruisio, anno 1583.
Fr. Petrus de Vincentia, anno 1479.
Fr. Philippus de Bozolo, anno 1522.
Fr. Philippus de Cremona, anno 1517.
Fr. Philippus de Ferraria, anno 1310.
Fr. Philippus de Hortonouo, anno 1645.
Fr. Philippus Muzottus, anno 1518.
Fr. Pinamaus, idest Pinamons Pelegrinus, anno 1282.
Fr. Placidus de Parma, anno 1538.

R

Fr. Raphael Grilinzonus, anno 1645.
Fr. Raphael de Parnasio, anno 1466.
Fr. Raphael de Soncino, anno 1476.
Fr. Raymundus Cassina, anno 1655.
Fr. Raymundus de Capua, anno 1399.
Fr. Raymundus Sancta Corona, anno 1688.
Fr. Raymundus Nidi, anno 1681.
Fr. Raymundus de Placentia, anno 1254.
Fr. Reginaldus Aurelianensis, anno 1220.
Fr. Ricardus de Lonato, anno 1456.
Fr. Rodulphius de Fauentia, anno 1238.
Fr. Robertus de Gabbiano, anno 1322.
Fr. Rogerius Calcagninus, anno 1289.
Fr. Rolandus de Cremona, anno 1224.
Fr. Romanus de Vincentia, anno 1295.

S

Fr. Sebastianus de Cataneis, anno 1598.
Fr. Seraphinus Caballus, anno 1577.
Fr. Seraphinus Pizzinardus, anno 1684.
Fr. Seraphinus Porecta, anno 1614.
Fr. Seraphinus Siccus, anno 1612.
Fr. Seruulus de Genua, anno 1277.
Fr. Sigismundus de Ferraris, anno 1646.
Fr. Siluester de Mediolano, anno 1426.
Fr. Siluester de Prierio, anno 1523.
Fr. Simeon de Thomasis, anno 1418.
Fr. Sixtus Fabri, anno 1593.
Fr. Sixtus Medices, anno 1561.
Fr. Sixtus Senensis, anno 1569.
Fr. Sixtus Vicedomini, anno 1586.
Fr. Stephanus de Garexio, anno 1510.
Fr. Stephanus Hispanus, anno 1249.
Fr. Stephanus Lusignani, anno 1595.
Fr. Stephanus de Mediolano, anno 1302.
Fr. Stephanus de Vicarijs, anno 1608.
Fr. Stephanus de Vimercato, anno 1307.
Fr. Stephanus Vsusmaris, anno 1561.

T

Fr. Thadæus Vrbeuetanus, anno 1463.
Fr. Theophilus de Cremona, anno 1477.
Fr. Theophilus de Patauio, anno 1505.
Fr. Thomas de Albicijs, anno 1524.
Fr. Thomas Badia, anno 1568.
Fr. Thomas de Bononia, anno 1444.

Fr.

FINIS.

ELENCHVS ALTER

Illust. Vir. in hoc Opere contentorum qui circà determinatas materias, & præcipuè super Sacram Scripturam, aduersus hereses in defensionem Fidei, super Theologiam, & Vniuersam Aristotelis Metaphisicam, ac Philosophiam calamum acuere.

Nomina Illustrium Virorum Prouinciæ Lombardiæ, qui Sacram Scripturam eruditis Commentarijs Illustrarunt.

Fr.

C

D

E

F

G

H

I

L

Fr. Lu-



ELEN-

ELENCHVS ALTER.

Nomina Illustrium Virorum Prouinciæ Lombardiæ, qui aduersus hæreses, & in defensionem Apostolicæ Sedis scripsere.

F. Ga-

Fr. Ric-



Nomina Illustrium Virorum Prouinciæ Lombardiæ, qui scripsere in materijs Theologicis.

F. Mo-

ELEN-

ELENCHVS ALTER.

Nomina Illustrium Virorum Prouinciæ Lombardiæ qui Metaphisicam, Vniuersamq; Aristotelis Philosophiam suo calamo illustrarunt.

Fr. Ia-

FINIS.

Errata .			Corrige.
pag. pen. Prolusionis	lin. 14.	gloriæ	gloria
5. col. prim.	lin. 22.	*aduersos hæreses*	*aduersus hæreses*
7.	1. lin. 14.	Artis	Aries
12.	2. lin 43.	Apostolicus generalis Inquisitor	Apostolici generalis Inquisitoris
16.	2. lin. 37.	*singularis*	*singulari*
29.	1. lin. 43.	Albus	Abbas
35.	1. lin. 8.	vt seu	seu vt
38.	2. lin. 10.	*Concilij*	*Concilijs*
48.	2. lin. 2.	vesatissimi	versatissimi
57.	2. lin. 12.	præclara testimonia	præclaris testimonijs
64.	1. lin. 10.	addire	addere
67.	2. lin. 11.	quem	quam
84.	1. lin. 27.	Iustinus	Iustinianus
86.	1. lin. 8.	*prouinciæ*	*Prouinciæ*
98.	2 lin. 2.	*Pisaurum*	*Pisaunum*
108.	2. lin. 20.	*Conuentus*	*Conuentu S.*
115.	2. lin. 48.	Purgatij	Purgatorij
136.	1. lin. 48.	Beatis	Bettis
ibid.	1 lin. 52.	Lectoris	Lecturis
ibid.	2. lin. 12.	*Beatis*	*Bettis*
176.	2. lin. 27.	bliothecas	Bibliotecchas
203.	1. lin. 17.	generalem	generale
249.	1. lin. 37.	*inito*	*initio*

